


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 06822881 0








S. CÆCILIVS CYPRIANVS.
Joh. Bapt. Aulinger Sc. A.V.

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S. S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS VI.

CONTINENS OPERA
S. CYPRIANI. NOVATIANI PRESBYT. ROM. S. GREGORII EPISC. NEOCÆS. COGNOM. THAUMATURG. S. DIONYSII EP. ALEXANDR. S. DIONYSII PAPÆ. MAGNETIS. S. ANATOLII ALEXANDR. LAODIC. IN SYRIA EPISC. ACTA DISPUTAT. S. ARCHELAI CASCHARORUM IN MESOPOTAM. EPISC. CUM MANETE HÆRESIARCHA. COMMODIANI INSTRUCTION. ADV. GENT. DEOS PRO CHRIST. DISCIPLIN. THEOGNOSTI ALEXAND. FRAGM. EX LIBRIS VII. HYPOTYPOSEON.
S. METHODII EPISC. ET MART.

CUM
DUPLICI INDICE,
UNO OPERUM PATRUM,
PUNCTORUM DOGMATICORUM, ET MORALIUM;
ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.
MDCCLXXXIV.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY



INDEX

OPERUM SANCTI CYPRIANI EPISCOPI ET MARTYRIS.



NEW YORK PUBLIC LIBRARY

NOVATIANI PRESBYTERI ROMANI OPERA.

S. GREGORII EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS THAUMATURGI OPERA.

S. DIO-

S. DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI OPERUM FRAGMENTA.

S. METHODII EPISCOPI ET MARTYRIS OPERA.

S. Me-



INDEX

OPERUM PATRUM, ET PUNCTORUM DOGMATICORUM, MORALIUM, ET DISCIPLINARIUM,

QUÆ

IN HOC TOMO SEXTO CONTINENTUR.

Primus Numerus Paginam, secundus Sectionem indicat.

S. CÆCILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS OPERA.

PUNCTA DOGMATICA.

Scriptura Sacra.

Ecclesia.

Hære-

Bap-

Confirmatio.

Euchariſtia.

Sacrificium.

Confeſſio.

Epi-

Infer-

Infernus.

PUNCTA MORALIA.

Oratio.

Eleemoſyna.

Patientia.

Martyrium.

Virginitas.

Idololatria.

Auguria.

Spectacula.

Verbum divinum.

Exterior Christianorum Vita.

Non

PUNCTA DISCIPLINARIA.

NOVATIANI PRESBYTERI ROMANI OPERA.

PUNCTA DOGMATICA.

Vetus Testamentum.

Deus.

Deus.

SS. Trinitas.

Verbi Divinitas & Conſubſtantialitas.

Spiritus ſanctus.

PUNCTA MORALIA.

SANCTI GREGORII EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS COGNOMENTO THAUMATURGI OPERA.

PUNCTA DOGMATICA.

SS. Trinitas.

Divi-

Divinitas Verbi.

Angelus.

PUNCTA MORALIA.

PUNCTA DISCIPLINARIA.

S. DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI OPERUM FRAGMENTA.

PUNCTA DOGMATICA.

SS. Trinitas.

Verbum.

Æternitas, & Consubstantialitas Filii.

Providentia.

Materia.

Baptis-

SANCTI DIONYSII PAPÆ FRAGMENTUM ADVERSUS SABELLIANOS.

PUNCTA DOGMATICA.

MAGNETIS FRAGMENTUM EX LIBRO III. APOLOGIÆ EVANGELIORUM ADVERSUS THEOSTHENEM ETHNICUM.

PUNCTUM DOGMATICUM.

S. ANATOLII ALEXANDRINI LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPI CANON PASCHALIS.

ACTA

ACTA DISPUTATIONIS S. ARCHELAI CASCHARORUM IN MESOPOTAMIA EPISCOPI CUM MANETE HÆRESIARCHA.

PUNCTA DOGMATICA.

COMMODIANI INSTRUCTIONES ADVERSUS GENTIUM DEOS PRO CHRISTIANA DISCIPLINA.

PUNCTA DOGMATICA.

Extre-

PUNCTA MORALIA.

Infir-

THEOGNOSTI ALEXANDRINI FRAGMENTA EX LIBRIS VII. HYPOTYPOSEON.

PUNCTUM DOGMATICUM.

S. METHODII EPISCOPI, ET MARTYRIS OPERA.

PUNCTA DOGMATICA.

SS. Trinitas.

Christus.

Natu-

Casti-

Castimonia.


PUNCTA MORALIA.

Virginitas.

Psal.



BANC



SANCTI

CÆCILII CYPRIANI

EPISCOPI CARTHAGINENSIS, ET MARTYRIS

OPERA.

§. I.

De Gestis, & Scriptis S. Cypriani.

Sanctus Cyprianus natione Afer, patria Carthaginensis genere, & divitiis potens, senatorio ordine clarus, eloquentiae fama celebris publice Rhetoricam Carthagine docuit. Ex Ethnico ad Christi fidem conversus est Caecilii Presbyteri suasionibus circa annum 244.; unde Caecilius appellatus fuit. Ex Neophyto per omnes gradus Presbyter, ac demum Carthaginensis Episcopus ordinatus est circa annum 248., qui, dum suam Ecclesiam sancte gubernaret, ingruente anno 250. Decii persecutione eam prudenter declinavit in ignotum locum secedens, in quo plures Epistolas ad Clerum Romanum exaravit. Persecutione sopita post annum, & quatuor menses circiter e suo secessu redux librum de lapsis scripsit, antequam eorum causa in Concilio Carthagi- *S.Cypriani gesta.*

nensi anno 251. agitaretur: mox in comprimendo schismate Novatiani, & confirmando Papatu S. Cornelii laboravit. Exorta denique nova persecutione sub Imperatore Gallo, & Volusiano S. Cornelio confessionis laudem gratulatus, & Carthaginenses Confessores per litteras ad Martyrium cohortatus est. Anno 253. dissensio inter S. Cyprianum, & S. Stephanum Papam de rebaptizandis hæreticis orta est. Ac denique anno 257. a Paterno Proconsule in persecutione Valeriani in exilium Cucurbitam missus, sed inde a Galerio Maximo Paterni successore revocatus, & capite plexus insignem Martyrii coronam consecutus est an. 258. S. Cypriani eloquentiam, & doctrinam summis laudibus Veteres celebrant. Lactantius *l.* 5. *Instit. c.* 5. ait: *Erat ingenio, facili, copioso, & aperto.* S. Hieronymus *Ep. ad S. Paulam* scribit: *Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit & placidus.* Longum foret, si titulos omnes quis referre vellet, quibus S. Augustinus S. Cyprianum cumulatissime exornavit. S. Hilarius *com. in S. Matth.* eum *virum sanctæ memoriæ* appellat. S. Pacianus *ep.* 1. eum Apostolicis viris accenset. Verum est, S. Cyprianum errasse circa baptismum hæreticorum: sed si reprehensibilis est, inquit Ceillierius *tom.* 3. *hist. Script. Eccl.* in hoc puncto, commendari tamen debet summa ejus in hac disputatione animi moderatio, qua nunquam mansuetudinis, & pacis leges violavit semper ad palinodiam paratus, si oppositam doctrinam invictis argumentis adversarii ejus comprobassent.

Se-

Sequitur modo catalogus germanorum ope- *Scripta.*
um S. Cypriani, quæ sunt: Epistolæ octo-
inta tres. Liber de habitu virginum. Liber
le lapsis. Liber de unitate Ecclesiæ. Liber de
ratione dominica. Liber ad Demetrianum.
iber de idolorum vanitate. Liber de morta-
itate. Liber de opere, & eleemosyna. Liber
le bono patientiæ. Liber de zelo, & livore.
pistola ad Fortunatum de exhortatione mar-
yrii. Testimoniorum libri tres adversus Ju-
læos. Concilium Carthaginense. Liber de spe-
taculis. Liber de laude martyrii. Præter hæc
pera S. Cypriano falso adscribuntur sequentia:
)e rebaptismate. Ad Novatianum hæreticum.
)e aleatoribus. De montibus Sina, & Sion.
)ratio Cypriani Antiocheni, quam sub die
assionis suæ dixit. Arnoldi Abbatis bonæ
allis tractatus de novissimis verbis Domini in
ruce. De ejusdem cardinalibus operibus
hristi. Carmen, Genesis. Carmen Sodoma.
armen ad Senatorem Apostatam. Hymnus
'ictorini Pictaviensis de cruce Domini. De
ingularitate Clericorum. Expositio in sym-
olum Apostolorum. Ad Vigilium Episcopum,
e judaica incredulitate. Tractatus adversus
udæos, qui insecuti sunt Dominum. De re-
elatione capitis B. Joannis Baptistæ. De du-
lici martyrio ad Fortunatum. De duodecim
busionibus sæculi. Cœna Cypriano falso in-
cripta. Confessio S. Cypriani.

Variæ ab ipsis typographiæ incunabulis *Editiones.*
fuere operum S. Cypriani editiones. Romana
anno 1471. per Conradum Schweinheim. Ve-

neta an. 1471. per Vindelinum Spirensem, & innominata sine nomine urbis, & typographi. Anno 1512. alia editio ex typographia Remboldi prodiit. Novam adornavit Erasmus anno 1520. Basileæ impressam, & variis in locis sæpius recusam. Anno 1544. altera editio sub nomine Gravii Coloniæ in lucem prodiit. Romæ item anno 1564. Paulus Manutius aliam editionem procuravit. Accuratiorem dedit Pamelius Antwerpiæ 1568. & alibi maxime anno 1616. recusam Parisiis. Nova prodiit Oxonii an. 1682. Denique Baluzius optimam Operum S. Cypriani editionem elaboravit, cui tamen Baluzius immortuus est, eam vero absolvit Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri præfatione, & vita S. Cypriani adjecta, quæque Parisiis an. 1726. lucem aspexit.

S. CÆCILII CYPRIANI EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

Donati ad Cyprianum.

Donatus uti antea oratoriæ artis, ita etiam in Baptismo Collega S. Cypriano epistolam scripsit, cujus nonnisi breve fragmentum ad nos pervenit, unde etiam illud Baluzius in sua editione omisit. Est autem sequentis tenoris: „Credo te retinere, sanctissime Cypria„ne, quæ nobis fuerit apud oratores garruli„tas, unus sensus, una cogitatio, individua „le-

„lectio. Quare non & in divina lectione ita „animis roboramur? aut non ea ſemper nobis „fuit cogitatio, ut ſimul crederemus?

Epistola II.

S. Cypriani ad Donatum de gratia Dei.

§. I.

Argumentum hujus Epiſtolæ.

Epiſtola hæc in codice Marchinenſi ita inſcribitur: „Ad Donatum de erroribus mundi, „& contemptu ejus.“ In altero vero Affliginienſi: „Liber Cypriani ad Donatum.“ Si colloquium quis dixerit hanc epiſtolam cum præcedenti, fortaſſis a vero non aberrabit, quanquam tamen præcipuas partes Cyprianus in eo agat. Promiſerat quippe Cyprianus Donato, ſe ſermonem cum illo de rebus divinis habiturum: cui promiſſo ſatisfacit, ac multis Dei gratiam per Baptismum collatam commendans, quantum ſit ab illo mutatus, oſtendit, ac demonſtratis mundi erroribus, ad ejus contemptum, & aſſiduam lectionem, & orationem adhortatur. Ex quo colligi videtur, non multo poſt Baptismum ſuum S. Cyprianum hanc epiſtolam ſcripſiſſe.

Analyſis.

1. Sanctus Cyprianus promiſſi Donato facti memor, „Bene admones, inquit, Do-„nate chariſſime. Nam & promiſiſſe me me-„mini, & reddendi tempeſtivum prorſus hoc „tem- *Divinum verbum eloquentia non vane ornandum. pag. 5.*

„tempus est, quo indulgente vindemia solutus „animus in quietem solemnes, ac statas anni „fatigantis inducias sortitur. Locus etiam „cum die convenit, & mulcendis sensibus, ac „fovendis ad lenes auras blandientis autumni „hortorum facies amœna consentit.... Quan„quam tibi sola nunc gratia, sola cura sermo„nis est: contemptis voluptariæ visionis ille„cebris in me oculus tuus fixus est, tam ore, „quam mente totus auditor es, & hoc amo„re, quo diligis.... Aggrediar ergo facul„tate, qua valeo; nam & materia dicendi fa„cit mecum. In judiciis, in concione pro ro„stris opulenta facundia volubili ambitione ja„ctetur; cum de Domino Deo vox est, vocis „pura sinceritas non eloquentiæ viribus niti„tur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique „accipe non diserta, sed fortia, nec ad elo„quentiæ popularis illecebram culto sermone „fucata, sed ad divinam indulgentiam prædi„candam rudi veritate simplicia: accipe, quod „sentitur, antequam discitur, nec per moras „temporum longa agnitione colligitur, sed „compendium gratiæ maturantis hauritur.

Baptismus spiritualis regeneratio, pag. 6.

2. „Ergo cum in tenebris, & in nocte cæ„ca jacerem, cumque in salo jactantis sæculi „nutabundus, ac dubius vestigiis oberrantibus „fluctuarem vitæ meæ nescius, veritatis, ac „lucis alienus; difficile prorsus, ac durum pro „illis tunc moribus opinabar, quod in salutem „mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis „renasci denuo posset, utque in novam vitam „lavacro aquæ salutaris animatus, quod prius „fue-

„fuerat, exponeret, corporis licet manente „compage hominem animo, & mente mutaret. „Qui possibilis, ajebam, est tanta conversio, „ut repente, ac perniciter exuatur, quod vel „genuinum situ materiæ naturalis obduruit, „vel usurpatum diu senio vetustatis inolevit? „Quando parsimoniam discit, qui epularibus „cœnis, & largis dapibus assuevit? Tenaci- „bus semper illecebris assuetum, necesse est, „ut solebat, vinolentia invitet, inflet super- „bia, iracundia inflammet, rapacitas inquie- „tet, crudelitas stimulet, ambitio delectet, „libido præcipitet. Hæc egomet sæpe me- „cum: sed postquam undæ genitalis auxilio „superioris ævi labe detersa in expiatum pe- „ctus, ac purum desuper lumen infudit, post- „quam cœlitus spiritu hausto in novum me „hominem nativitas secunda reparavit, mirum „in modum protinus confirmare se dubia, pa- „tere clausa, lucere tenebrosa, facultatem „dare, quod prius difficile videbatur; geri „posse, quod impossibile videbatur, ut esse „agnosceret terrenum fuisse, quod prius car- „naliter natum delictis obnoxium viveret, Dei „esse cœpisse, quod jam Spiritus S. animaret.

3. „Scis ipse profecto, & mecum recog- „noscis, quid detraxerit nobis, quidve contu- „lerit mors ista criminum, vita virtutum, sit „tantum timor innocentiæ custos, ut Domi- „nus, qui in mentes nostras indulgentiæ cœ- „lestis allapsu clementer influxit, in animi „oblectantis hospitio justa operatione teneatur, „ne accepta securitas indiligentiam pariat, & *Baptismus crimina delet. pag. 6.*

 „vetus

„vetus denuo hostis obrepat. Cæterum si tu „innocentiæ viam teneas, & hoc sis tantum, „quod esse cœpisti, tantum tibi ad licentiam „datur, quantum gratiæ spiritualis augetur: „manat gratia jugiter, exuberat affluenter, „nostrum tantum sitiat pectus, & pateat, quan„tum illuc fidei capacis afferimus, tantum „gratiæ inundantis haurimus. Inde jam fa„cultas datur, castitate sobria, mente inte„gra, voce pura, virtute sincera in medelam „dolentium vulnerum posse venenorum virus „extinguere.

Mundi vanitates, & errores.

4. „Atque ut illustrius veritate patefacta „divini muneris indicia clarescant, lucem tibi „ad cognitionem dabo, malorum blandientium „caligine abstersa opertas sæculi tenebras re„velabo. Paulisper te crede subduci in mon„tis ardui verticem celsiorem, speculare inde „rerum infra te jacentium facies, & oculis in „diversa porrectis ipse a terrenis contactibus „liber fluctuantis mundi turbines intuere. Jam „sæculi & ipse misereberis, tuique admonitus, „& plus in Deum gratus majore lætitia quod „evaseris, gratulaberis. Cerne tu itinera la„tronibus clausa, maria obsessa prædonibus, „cruento horrore castrorum bella ubique di„visa, madet orbis mutuo sanguine, & impu„nitatem sceleribus acquirit non innocentiæ „ratio, sed sævitiæ magnitudo. Jam si ad „urbes ipsas oculos tuos, atque ora convertas, „celebritatem offendes omni solitudine tristio„rem. Paratur gladiatorius ludus, ut libidi„nem crudelium luminum sanguis oblectet.

„Con-

„Converte hinc vultus ad diverſa ſpectaculi „non minus pœnitenda contagia, in theatris „quoque conſpicies, quod tibi & dolori ſit, „& pudori. Admonetur ætas omnis auditu „fieri poſſe, quod factum eſt, nunquam ævi „ſenio delicta moriuntur, exempla fiunt, quæ „eſſe jam facinora deſtiterunt. Tum delectat „in mimis turpitudinum magiſterio, vel quid „domi geſſerit, recognoſcere, vel quid gerere „poſſit, audire. Adulterium diſcitur, dum „videtur, & lenocinante ad vitia publicæ au„ctoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpe„ctaculum matrona proceſſerat, de ſpectaculo „revertitur impudica. *Contra ſpectacula.*

5. „Deos ſuos, quos venerantur, imitan„tur, fiunt miſeris & religioſa delicta. O ſi „poſſes oculos tuos inferere ſecretis, recludere „cubiculorum obductas fores, aſpicias ab im„pudicis geri, quod nec poſſit aſpicere frons „pudica! Libidinibus inſanis in viros viri pro„ruunt, fiunt, quæ nec illis ipſis poſſunt pla„cere, qui faciunt: damnant foris, quod in„tus operantur, admittunt libenter, quod „cum admiſerint, criminantur. *Gentilium impudicitia.* *pag. 7.*

6. „Sed tibi forum fortaſſe videatur im„mune, quod ab injuriis laceſſentibus liberum „nullis malorum contactibus polluatur. Inci„ſæ ſint licet leges duodecim tabulis, & pu„blice ære præfixo jura præſcripta ſint; inter „leges ipſas delinquitur, inter jura peccatur, „innocentia nec illic, ubi defenditur, reſer„vatur. Sævit invicem diſcordantium rabies, *Gentilium injuſtitia.* *pag. 8.*

„& inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum, hasta illic, & gladius, & carnifex præsto est, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus unum supplicia plura, quam membra sunt. Quis inter hæc vero subveniat? Patronus? Sed prævaricatur, & decipit: Judex? Sed sententiam vendit. Qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens Judex. Flagrant ubique delicta. Hic testamentum subjicit; ille falsum capitali fraude conscribit. Hic arcentur hæreditatibus liberi, illic bonis donantur alieni. Inimicus insimulat, calumniator impugnat, testis infamat, utrobique grassatur in mendacium criminum prostitutæ vocis venalis audacia, cum interim nocentes nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus est, quod potest redimi, non timetur: esse jam inter nocentes innoxium crimen est, malos quisquis non imitatur, offendit. Consensere jura peccatis, & cœpit licitum esse, quod publicum est.

mi honores. 7. „Jam tibi illa, quæ ignorantia sæcularis bona opinatur, ostendam, illic etiam fugienda conspicies. Quos honores putas esse? Quam affluentiam in divitiis? Quam potentiam in castris? in magistratu purpuræ speciem? In principatu licentiæ potestatem? Malorum blandientium virus occultum est, quod ubi epotaveris, pernicies hausta grassatur. Quippe illum vides, qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi videtur in purpura,

„pura, quibus hoc fordibus emit, ut fulgeat? „Quos arrogantium faftus prius pertulit? Quas „fuperbas fores matutinus falutator obfedit? „Horum denique videas exitus turpes, cum „temporum palpator abfceffit, cum privati la„tus nudum defertor affecla fædavit, tunc la„ceratæ domus plagæ confcientiam feriunt, „tunc rei familiaris exhauftæ damna nofcun„tur, quibus redemptus favor vulgi, & cadu„cis, atque inanibus votis popularis aura quæ„fita eft.

8. „Sed & quos divites opinaris conti„nuantes faltibus faltus, & de confinio pau„peribus exclufis infinita, ac fine terminis ru„ra latius porrigentes, quibus argenti, & au„ri maximum pondus, & pecuniarum ingen„tium vel exftructi aggeres, vel defoffæ ftrues: „hos etiam inter divitias fuas trepidos cogi„tationis incertæ follicitudo difcruciat, ne „prædo vaftet, ne percuffor infeftet, ne ini„mica cujusque locupletioris invidia calum„niofis litibus inquietet. Non cibus fecuro, „fomnusve contingit: fufpirat ille in convi„vio, bibat licet gemma, & cum epulis mar„cidum corpus torus mollior alto finu condi„derit, vigilat in pluma, nec intelligit mifer, „fpeciofa fibi effe fupplicia, auro fe alligatum „teneri, & poffideri magis, quam poffidere „divitias, atque opes. O deteftabilis cæcitas „mentium, & cupiditatis infanæ profunda ca„ligo! cum exonerare fe poffet, & levare pon„deribus, pergit magis fortunis angentibus in„cubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaci„ter

Divitiarum vanitas. *pag.* 8.

„ter adhærere. Nulla in clientes inde largi-„tio eſt, cum indigentibus nulla partitio, & „pecuniam ſuam dicunt, quam velut alienam „domi clauſam ſollicito labore cuſtodiunt, ex „qua non amicis, non liberis quidquam, non „ſibi denique impertiunt, poſſident ad hoc „tantum, ne alteri poſſidere liceat.

Vanitas regalis ſplendoris. pag. 9.

9. „An tu vel illos putas tutos, illos ſal-„tem inter honorum infulas, quos regalis au-„læ ſplendore fulgentes armorum excuban-„tium tutela circumſtat? Major illis, quam „cæteris metus eſt, tam ille timere cogitur, „quam timetur. Quam ſecuros non ſinit eſſe „ſubjectos, tam neceſſe eſt, non ſit & ipſe ſe-„curus. Ante ipſos terret poteſtas ſua, quos „facit eſſe terribiles; arridet, ut ſæviat, blan-„ditur, ut fallat, illicit, ut occidat, extollit, „ut deprimat: fœnore quodam nocendi, quam „fuerit amplior ſumma dignitatis, & hono-„rum, tam major exigitur uſura pœnarum.

Terrena contemnenda, & cœleſtia amanda.

10. „Una igitur placida, & fida tranquil-„litas: una ſolida, & firma, & perpetua ſe-„curitas, ſiquis ab his inquietantis ſæculi tur-„binibus extractus, ſalutaris portus ſtatione „fundatus ad cœlum oculos tollat a terris, & „Deo ſuo mente jam proximus quidquid apud „cæteros in rebus humanis ſublime, ac mag-„num videtur, intra ſuam jacere conſcientiam „glorietur. Nihil appetere jam, nihil deſi-„derare de ſæculo poteſt, qui ſæculo major „eſt. Quam ſtabilis, quam inconcuſſa tutela „eſt, quam perennibus bonis affluens cœleſte

„præ-

„præsidium, implicantis mundi laqueis solvi, „in lucem immortalitatis æternæ de terrena „fæce purgari. Plus amare compellimur, „quod futuri sumus, dum & scire conceditur, „& damnare, quod eramus. Postquam aucto„rem suum cœlum intuens anima cognovit, „solo altior, & hac omni terrena potestate „sublimior id esse incipit, quod se esse credit.

11. „Tu ergo, quem jam spiritalibus ca„stris cœlestis militia signavit, tene incorrup„tam, tene sobriam religiosis virtutibus disci„plinam. Sit tibi vel oratio assidua, vel le„ctio: nunc cum Deo loquere, nunc Deus te„cum: ille te præceptis suis instruat, ille di„sponat: quem ille divitem fecerit, nemo „pauperem faciet. Penuria nulla esse jam po„terit, cum semel pectus cœlestis sagina sa„turaverit. Jam tibi auro distincta laquearia, „& pretiosi marmoris crustis vestita domici„lia sordebunt, cum scieris te excolendum „magis, domum tibi esse hanc potiorem, „quam Dominus insedit templi vice, in qua „Spiritus S. cœpit habitare. Pingamus hanc „domum pigmentis innocentiæ, illuminemus „luce justitiæ. Non hæc unquam procumbet „in lapsum senio vetustatis, nec pigmento „parietis, aut auro exolescente fædabitur. „Caduca sunt, quæcunque fucata sunt, nec „fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ „possessionis non habent veritatem. Hæc ma„net cultu jugiter vivido, honore integro, „splendore diuturno, aboleri non potest, nec „extingui, potest tantum in melius corpore re„deunte formari.

Assidua oratio, lectio commendat *pag. 5*

EPI-

Epistola III.

Hæc Epiſtola non eſt S. Cypriani, ſed Cleri Romani ad Clerum Carthaginenſem de ſeceſſu D. Cypriani. Intellexerat enim Clerus Romanus a Clementio Hypodiacono, ſeceſſiſſe S. Cyprianum in perſecutione. Pro ſuo itaque zelo fidei Clerum Carthaginenſem officii ſui admonet, ac inſtruit, quid circa lapſos interea, dum abeſt illorum Epiſcopus, fieri oporteat.

Epistola IV.

In hac familiari Epiſtola S. Cyprianus Clerum Romanum de obitu, & Martyrio Epiſcopi Urbici, ſeu S. Fabiani Papæ conſolatur, quem ſuum collegam vocat quoad ordinem Epiſcopatus, non vero quoad poteſtatem Primatus, & Jurisdictionis.

Epistola V.

S. Cyprianus in hac Epiſtola hortatur Clerum ſuum, ut tempore ſui ſeceſſus vice ſua rite fungatur, neve quid aut conſtitutis in carcere, aut cæteris pauperibus deſit. Deinde monet, ut Clerus plebem in quiete contineat, ne, ſi glomeratim ad Martyres in carcere viſitandos concurrant, tandem hoc illis interdicatur.

Epistola VI.

Epiſtola hæc ejusdem pene argumenti eſt cum præcedenti, præterquam quod Confeſſores quoque vult admoneri a Clero, ut humilitati dent operam, & Presbyteris, ac Diaconis morem gerant. Obiter etiam ſeceſſus ſui cau-

causam reddit, pacem nempe, & salutem omnium subditorum.

EPISTOLA VII.

In hac Epistola S. Cyprianus Rogatianum, & cæteros Confessores exhortatur ad disciplinam observandam, ne, qui Christum voce confessi fuerant, operibus abnegare viderentur. Obiter item quosdam objurgat, quod ob fidem extorres facti, injussi tamen in patriam reversi sint.

EPISTOLA VIII.

Epistola hæc „ad Clerum, & plebem de „deprecando Deo pro peccatis directa est.“ Et S. Cyprianus ita scribit: „Admoneo religiosam „sollicitudinem vestram, ut ad placandum, „& exorandum Dominum non voce sola, sed & „jejuniis, & lachrymis, & omni genere de„precationis ingemiscamus; intelligendum est „enim, pressuræ istius tam turbidam vastitatem „secundum peccata nostra venisse. . . . Unus„quisque ergo oret Deum non pro se tantum, „sed pro omnibus fratribus: si nos Dominus „humiles, & quietos, si nobis invicem copu„latos, si circa iram suam timidos, si præsenti „tribulatione correctos conspexerit, tutos ab „inimici infestationibus exhibebit. Præcessit „disciplina, sequetur & venia.

Deus pı peccatis depreca dus. p. 23.

EPISTOLA IX.

Ad Martyres, & Confessores de Mappalico directa est, in qua S. Cyprianus Martyres Africæ mirifice commendans eos ad perseveran-

De sanl Mappa co M. p. 27.

rantiam cohortatur, exemplo S. Mappalici M. eorum collegæ.

EPISTOLA X.

apsis on cito, ? temere ax dan- a. p. 29.

„Ad Clerum de Presbyteris, qui temere „lapsis pacem dederant necdum sedata perse„cutione, & quidem citra conscientiam Epi„scoporum, directa est.“ In hac S. Cyprianus ita scribit: „Contumelias Episcopatus nostri „dissimulare, & ferre possem, sicut dissimula„vi semper, & pertuli: sed dissimulandi nunc „locus non est, quando decipiatur fraternitas „nostra a quibusdam vestrum, qui, dum sine ra„tione restituendæ salutis plausibiles esse cu„piunt, magis lapsis obsunt. Summum enim „delictum esse, quod persecutio committi coe„git, sciunt ipsi etiam, qui commiserunt, „cum dixerit Dominus: Qui me negaverit, & „ego illum negabo. *Matth.* 10. Hæc qui sub„trahit fratribus nostris, decipit miseros, ut, „qui possunt agentes pœnitentiam veram Deo „Patri misericordi precibus, & operibus suis „satisfacere, seducantur, ut magis pereant, „& qui erigere se possent, plus cadant. Nam „cum in minoribus peccatis agant peccatores „pœnitentiam justo tempore, & secundum di„sciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, „& per manus impositionem Episcopi, & Cle„ri jus communicationis accipiant, nunc cru„do tempore, persecutione adhuc perseverante, „nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace ad „communicationem admittuntur, & offertur „nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, „nondum exomologesi facta, nondum manu

„eis

„eis ab Episcopo, & Clero imposita, Eucha- „ristia illis datur. Sed nunc illi rei non sunt, „qui minus scripturæ legem noverunt, erunt „autem rei, qui præsunt, & hæc fratribus „non suggerunt, ut instructi a præpositis fa- „ciant omnia cum Dei timore, & cum data „ab eo, & præscripta observatione.

Euchar. stiæ pœnitentia præmittenda.

EPISTOLA XI.

Quæ est ad Martyres, & Confessores data, qui lapsis petierunt pacem dari, in qua S. Cyprianus ita scribit: „Credideram quidem Pres- „byteros, & Diaconos monere vos, & instruere „plenissime, ut Diaconi ad carcerem com- „meantes Martyrum desideria consiliis suis, „& scripturarum præceptis gubernarent, sed „nunc cum maximo animi dolore cognosco, „quod illi contra Evangelii legem, contra ve- „stram quoque honorificam petitionem ante „actam pœnitentiam offerre lapsis pacem, & „Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini „corpus profanare audeant. Et lapsis quidem „potest in hoc venia concedi; quis enim non „mortuus vivificari properet? Sed præposi- „torum est, præceptum tenere, & vel prope- „rantes, vel ignorantes instruere, ne, qui „ovium pastores esse debent, lanii fiant; ea „enim concedere, quæ in pernitiem vertant, „decipere est, nec erigitur sic lapsus, sed per „Dei offensam magis impellitur in ruinam. „Vel ex vobis itaque discant, quod docere de- „buerant. Petitiones, & desideria vestra Epi- „scopo servent, & ad pacem vobis petentibus „dandam maturum, & pacatum tempus ex-

Pax, & remissio pœnitentiæ, seu Indulgentiæ caute petendæ. p. 31.

„pectent. . . . Et ideo peto, ut eos, quos ipsi „videtis, quos nostis, quorum pœnitentiam „satisfactioni proximam conspicitis, designetis „nominatim in libello, & sic ad nos fidei, ac „disciplinæ congruentes literas dirigatis.

EPISTOLA XII.

Ad plebem de rescripto Martyrum, ac iis, qui pacem petebant, ejusdem argumenti est, cujus prior Epistola existit, quam ita concludit: „Vos itaque singulos regite, & consilio, „ac moderatione vestra, & secundum divina „præcepta lapsorum animos temperate. Ne„mo adhuc importuno tempore acerba poma „decerpat. Audiant, quæso, patienter consilium nostrum, expectent regressionem no„stram, ut, cum ad vos per Dei misericor„diam venerimus, convocati Coepiscopi plu„res secundum Domini disciplinam, & Confes„sorum præsentiam beatorum Martyrum lite„ras, & desideria examinare possimus.

EPISTOLA XIII.

Lapsi in periculo mortis ad pœnitentiam admissi. p. 35.

Hanc Epistolam S. Cyprianus ad Clerum de lapsis, & Catechumenis, ne vacui communione exeant, dedit, & ait: „Occurren„dum, puto, fratribus nostris, ut, qui libel„los a Martyribus acceperunt, & prærogativa „eorum apud Deum adjuvari possunt, si in„commodo aliquo, & infirmitatis periculo oc„cupati fuerint, non expectata præsentia no„stra apud Presbyterum quemcunque præsen„tem, vel si Presbyter repertus non fuerit, „& urgere exitus cœperit, apud Diaconum

„quo-

„quoque exomologesin facere delicti sui pos-
„sint, ut manu eis in pœnitentiam imposita
„veniant ad Dominum cum pace, quam dari
„Martyres literis ad nos factis desideraverunt.

Nota. D. Ceillier plurima profert antiquitatis monunumenta, in quibus innuitur, Diaconos ex mandato Episcopi potestatem clavium habuisse. Alii vero plures Doctores contendunt, S. Cyprianum hic loqui de absolutione pure cœremoniali, quam etiam Diaconus ex mandato Episcopi impertiri poterat.

EPISTOLA XIV.

Ad Clerum de eis, qui ad pacem festinabant, tractat, ejusque argumentum idem est, ac præcedentis Epistolæ.

EPISTOLA XV.

Ad Clerum Romanum rescribit, & rationem recessus sui dat, scilicet „Ne per in„verecundam præsentiam nostram seditio, quæ „cœperat, plus provocaretur" quo tamen non obstante „absens licet corpore, nec spiritu, „nec actu, nec monitis meis defui, quominus „circa Domini præcepta fratribus nostris, in „quibus possem, mea mediocritate consule„rem. Ubi denique repetit, quæ de lapsis, „& libellis in prioribus Epistolis statuerat.

EPISTOLA XVI.

Moysi, & Maximo Presbyteris, & cæteris Confessoribus fratribus Romanis directa est, in qua eorum fortem confessionem deprædicat, & ait inter alia: „Nos quidem vestri „diebus, ac noctibus memores, & quando

„in sacrificiis precem cum pluribus facimus, „& cum in secessu privatis precibus oramus, „coronis, ae laudibus vestris plenam a Domi-„no faventiam postulamus.

EPISTOLA XVII.

In hac Epistola, quæ est Confessorum ad S. Cyprianum de pace lapsis data, Lucianus nomine eorum scribit S. Cypriano, Confessores omnibus lapsis pacem dedisse, & hanc formam etiam aliis Episcopis volunt innotescere.

EPISTOLA XVIII.

Est responsoria ad præcedentem Epistolam, ubi S. Cyprianus respondet: „Cum res petita „omnium nostrum consilium, & sententiam „expectet, præjudicare ego, & soli mihi rem „communem vindicare non audeo, & ideo in-„stetur interim Epistolis, quas ad vos proxi-„me feceram, donec pace nobis a Domino „reddita in unum convenire, & singulorum „causas examinare possimus.

EPISTOLA XIX.

Cum quidam lapsorum nova urgente persecutione Christum confessi essent, & antequam in exilium proficiscerentur, pacem peterent, Caldonius in hac Epistola S. Cyprianum consulit, an pax illis danda foret.

EPISTOLA XX.

S. Cyprianus in hac Epistola Caldonio respondet, pacem illis lapsis non esse negandam, qui vera pœnitentia, & Christi nominis con-

confessione illam meruerunt, & sibi reddiderunt.

EPISTOLA XXI.

Celerini ad Lucianum, ut Numeriam, & Candidam ad pacem admitti procuret.

EPISTOLA XXII.

Lucianus Gelerino respondet, pacem lapsis omnibus esse datam.

EPISTOLA XXIII.

Cum Lucianus Pauli, & aliorum Confessorum nomine passim lapsis omnibus sine discrimine, & examine libellos concederet, & ideo lapsi pacem a S. Cypriano extorquere nitterentur, conqueritur apud Clerum Romanum le eorum importunitate.

EPISTOLA XXIV.

S. Cyprianus Clero in urbe consistenti nuntiat, „fecisse se lectorem Saturum, & Hypodiaconum Optatum Confessorem.

EPISTOLA XXV.

In hac S. Cyprianus Moysis, & Maximi Presbyterorum, & cæterorum Confessorum constantiam in forti fidei confessione dilaudat, & quod lapsis non temere libellos concedant.

EPISTOLA XXVI.

A Moyse, & Maximo Presbyteris, Nicostrato, & Rufino Diaconis, & cæteris Confessoribus ad S. Cyprianum data est, in qua illi

 pro

pro literis ſibi ab eo ſubmiſſis devotiſſimas gratias rependunt, ejusque preces pro conſummando feliciter agone ſuo depoſcunt.

EPISTOLA XXVII.

Epiſcoporum poteſtas.

p. 55.

S. Cypriani ad lapſos directa eſt, qui ipſi de uſurpata pace per Paulum Martyrem data ſcripſerant, ubi S. Cyprianus hæc ſcribit: „Dominus noſter Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio loquitur, & dicit Petro: *Ego tibi dico, quia tu „es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam &c. Matth.* 16. Inde per tempora, „& ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio, „& Eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper „Epiſcopos conſtituatur, & omnis actus Eccleſiæ per eosdem præpoſitos gubernetur. Cum „hoc itaque divina lege fundatum ſit, miror, „quosdam audaci temeritate ſic mihi ſcribere „voluiſſe, quando Eccleſia in Epiſcopo, & „Clero, & in omnibus ſtantibus ſit conſtituta. „Abſit enim, ut Eccleſia eſſe dicatur lapſorum „numerus; ſi enim quidam lapſi Eccleſiam ſe „volunt eſſe, & ſi apud illos, atque in illis „eſt Eccleſia, quid ſupereſt, quam ut ipſi rogentur a nobis, ut nos ad Eccleſiam dignentur admittere? Submiſſos ergo, & quietos, „& verecundos eſſe oportet eos, qui delicti ſui „memores ſatisfacere Deo debent, nec Eccleſiæ nomine literas facere, cum ſe magis „ſciant Eccleſiæ ſcribere.

EPI-

Epistola XXVIII.

Laudat in hac Epistola S. Cyprianus Cleum suum, quod Gajum Diddensem Presbyerum, & Diaconum ejus, qui temere lapsis ommunicabant, a communione removisset, t hortatur ipsum, ut de aliis quibusdam id-ssum faciant.

Epistola XXIX.

Est ejusdem argumenti cum duabus præedentibus ad Clerum Romanum de iisdem psis, qui sibi pacem a Paulo Martyre datam indicabant.

Epistola XXX.

Compluribus Epistolis maxime vero præedenti S. Cyprianus Clero Romano indicaveat, quid negotii sibi lapsi facesserent: in hac gitur Epistola Clerus Romanus respondet, jusque sententiam in omnibus confirmat.

Epistola XXXI.

Quod in præcedenti Epistola Clerus Romaus paucis, nunc latius, & solide pertractat, bi etiam obiter S. Cypriano gratias agit pro teris ad Martyres, & Confessores Romanos iissis. Scripta est autem hæc Epistola uti & ræcedentes Cleri Romani vacante sede post ortem Fabiani Papæ.

Epistola XXXII.

Est S. Cypriani ad Clerum suis de literis Romam a se missis, & inde acceptis.

Epistola XXXIII.

Examen Ordinandorum. p. 65.

Clero, & populo S. Cyprianus renuntiat, Aurelium Confessorem a se lectorem ordinatum esse, & specialiter notat: „In Ordinationibus „Clericis, fratres charissimi! solemus vos an„te consulere, & mores, ac merita singulo„rum communi consilio ponderare.“ Ex quo examen Ordinandorum jam tunc in usu fuisse colligimus.

Epistola XXXIV.

Sacrificium in honorem Martyrum. p. 67.

Celerini Confessoris ordinationem in lectorem Clero, & plebi denuntiat, & fidei ejus constantiam in confessione, sicuti & aviæ ejus Celerinæ, Laurentii, & Ignatii maximopere deprædicat, & inter alia scribit: „Sacrificia „pro eis semper, ut meministis, offerimus, „quoties Martyrum passiones, & dies anniver„saria commemoratione celebramus.“ Et in fine ait: „Cæterum Presbyterii honorem de„signasse nos illis jam sciatis, ut & sportulis „iisdem cum Presbyteris honorentur, & divi„siones mensurnas (*menstruas*) æquatis quan„titatibus partiantur.

Sportulæ Presbyterorum. p. 68.

Epistola XXXV.

Clero, & plebi denuntiat, Numidicum a se Presbyterum esse ordinatum, cujus præclarum encomium, & confessionem deprædicat.

Epistola XXXVI.

Portio, & redditus Episcopi. p. 71.

De cura pauperum, & peregrinorum scribit S. Cyprianus: „Viduarum, & infirmorum, „& omnium pauperum curam peto diligenter „ha-

„habeatis, ſed & peregrinis, ſiqui indigentes „fuerint, ſumptus ſuggeratis de quantitate „mea propria, quam apud Rogatianum Com„presbyterum noſtrum dimiſi, quæ quantitas „ne forte jam univerſa erogata ſit, miſi ei per „Naricum Acolythum aliam portionem, ut „largius, & promptius circa laborantes fiat „portio.

EPISTOLA XXXVII.

Jubet S. Cyprianus, ut Confeſſoribus in carcere conſtitutis omnibus humanitas præbeatur tum vivis, tum defunctis, & ait: „Deni„que & dies eorum, quibus excedunt, anno„tate, ut commemorationes eorum inter me„morias Martyrum celebrare poſſimus. Ter„tullus ſignificet mihi dies, quibus in carcere „beati fratres noſtri ad immortalitatem glo„rioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrentur „hic à nobis oblationes, & ſacrificia ob com„memorationes eorum.

Sacrificia in honorem Martyrum oblata. p. 72.

EPISTOLA XXXVIII.

Ad Caldonium, Herculanum, & cæteros de abſtinendo Feliciſſimo ſcripta eſt, ubi S. Cyprianus de illo hæc refert: „Nuntiatis mihi, „Feliciſſimum multa improbè, & inſidioſe eſſe „molitum, ut præter fraudes veteres, & ra„pinas nunc quoque cum Epiſcopo portionem „plebis dividere tentavit: cumque ego vos „pro me vicarios miſerim, ut ætates eorum, „& conditiones, & merita diſcerneretis, ut „jam nunc ego omnes optime noſſem, & dig„nos quoque, & humiles, & mites ad eccle-

Feliciſſimi factio. p. 73.

„siasticæ administrationis officia promove
„ille intercessit, ne quis posset expungi,
„ea, quæ desideraveram, possent dili
„examinatione discerni; comminatus est
„fratribus nostris, quod secum in monte
Felicissimus sua conventicula habebat) „non
„municarent, qui nobis obtemperare v
„sent. Cumque post hæc omnia prori
„se cum plurimis ducem se factionis, &
„tionis principem temerario furore conte
„accipiat sententiam, quam prior dixit
„abstentum se a nobis sciat; quando ad
„des ejus, & rapinas adulterii etiam c
„accedit, quod fratres nostri graves viri
„baturos se asseverarunt. Sed & Auge
„qui pariter se cum illius conspiratione
„ciavit, si ultra cum eo perseveraverit,
„tentiam ferat, quam ille in se factiosu
„temerarius provocavit. Sed & quisqu
„factioni ejus adjunxerit, sciat se in Ec
„nobiscum non esse communicaturum,
„sponte maluit ab Ecclesia separari.

Epistola XXXIX.

tera commu- :atoria. p. 75. Quod jusserat S. Cyprianus Epistola p
denti, Caldonius, Herculanus, Victo
perficiunt datis sequentibus literis excor
nicatoriis: „Abstinuimus communication
„licissimum, & Augendum, item Repo
„de extorribus, & Irenem Rutilorum, &
„lam Sarcinatricem, quod ex annotatione
„Clerici Carhaginenses scire debuistis.
„abstinuimus Sophronium, & ipsum de e
„ribus Soliassum Budinarium.

E

Epistola XL.

Quemadmodum Epiſtola 38. Clero, ſic nunc plebi nuntiat Cyprianus, vitandum Feliciſſimum cum ſuæ factionis quinque Presbyteris, qui tum lapſis ſine diſcrimine pacem dabant, tum ſeditionem, & ſchisma contra ſe concitabant; nam ait: „Deus unus eſt, & „unus Chriſtus, & una Eccleſia, & cathedra „una ſuper Domini voce fundata: aliud altare „conſtitui, aut ſacerdotium novum fieri præ„ter unum altare, & ſacerdotium non poteſt: „quisquis alibi collegerit, ſpargit: adulterum „eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quodcunque „humano furore inſtituitur, ut diſpoſitio divi„na violetur. *Eccleſia una.* *p. 76.*

Epistola XLI.

Sequentes Epiſtolæ ſub Papatu Cornelii, & Lucii ſcriptæ ſunt. Igitur Cyprianus acceptis literis ab utraque parte tum Cornelii, tum Novatiani, miſſos legatos, qui ordinationem Novatiani in Romanum Pontificem nuntiabant, perſpectis eorum dolis, a communione ſua ſtatim repulit, nondum tamen Cornelii ordinationem literis approbavit. Verum poſtea adventu ſuorum Collegarum Pompeii, & Stephani de legitima Cornelii electione certior factus, his literis nuntiat Cornelio, ſe ordinationem Novatiani non recepiſſe. *S. Cornelii P. ordinatio approbatur.* *p. 79.*

Epistola XLII.

Excuſat ſe S. Cyprianus in hac Epiſtola ad Cornelium Papam, quod ordinationi ejus indubitatam fidem non habuerit, priusquam ad

ſe

ſe literæ Collegarum ſuorum Caldonii, & tunati pervenirent, quibus illa legitim: comprobatur, idque ob contrariam parti vatianæ factionem: obiter etiam dicit, illi ſtatim ab initio non adhæſerit, ſed Cornelio, ita quidem, ut criminationes tra illum averſatus fuerit.

EPISTOLA XLIII.

Eſt ad eumdem Cornelium, in qua Cyprianus ſignificat, quod ad Confeſſo Novatiano ſeductos literas miſerit.

EPISTOLA XLIV.

Ad Confeſſores Romanos data eſt, qu ctione Novati, & Novatiani ſeductos hor ut ad unitatem redeant. Miſſa eſt auten Epiſtola cum præcedenti, ideoque ben ſubjungitur.

EPISTOLA XLV.

natus nanæ leſiæ. 85. Epiſtola eſt purgatoria, qua S. Cypr ſe excuſat, quod, cum Hadrumeti fı non ad Cornelium, ſed ad Clerum Roma exinde a Clero Polycarpi Hadrumetini Ep pi literæ miſſæ fuerint, cum tamen antea Polycarpus ad Cornelium ſcripſerit, ubi S prianus inter alia Romanam Eccleſiam *Ec catholicæ radicem, & matricem* agnoſcer eſſe docet.

EPISTOLA XLVI.

Eſt Cornelii Papæ ad S. Cyprianum, nuntiat, Confeſſores a factione Novatiani feciſſe, & ad unitatem Eccleſiæ rediiſſe.

I

EPISTOLA XLVII.

In hac S. Cyprianus S. Cornelio congratulatur de reditu eorum, qui factioni Novatiani, schismati adhæserant.

EPISTOLA XLVIII.

Parante jam reditum Nicephoro Acolutho, qui Romam a S. Cypriano missus Epistolas tores, secum attulerat S. Cornelius illi renunciat, novas quasdam partis Novatianæ machinationes exortas esse.

EPISTOLA XLIX.

S. Cyprianus laudat S. Cornelium, quod opportune illum monuerit, utpote cum postridie, quam ad se nocens factio venisset, literas Cornelii acceperit. Deinde multis describit Novati scelera, & scisma prius ab eo in Africa excitatum.

EPISTOLA L.

Scripta est a Maximo, & cæteris Confessoribus ad S. Cyprianum, in qua illi significant, se cum S. Cornelio, & cum universo Clero a schismate in pacem rediisse.

EPISTOLA LI.

In hac S. Cyprianus Confessoribus de eorum reditu ad unitatem Ecclesiæ gratulatur, & ad eorum laudem ea recenset, quæ prius in confessione fortiter gesserant.

EPI-

Epistola LII.

Cur rigor in recipiendis lapsis temperatus. *p.* 95.

Cum Antonianus acceptis literis a
tiano in partes illius animo propendere
firmat illum S. Cyprianus in priori sua
tia, ut nempe cum S. Cornelio, hoc es
Ecclesia catholica communicare pergat
ut illi persuadeat, totius tragœdiæ i
Cornelium, & Novatianum historian
Ante omnia autem se excusat: „Quo
„primum evangelicum vigorem defe
„postea animum suum a disciplina pri
„xisse videatur, ut his, qui conscientia
„maculaverint, vel nefanda sacrificia
„serint, laxandam pacem putaverit.
„ait, cum acies adhuc inter manus esse
„hortatu militum vires fuerunt excitan
„maxime lapsorum mentes classico
„nostræ vocis animandæ, ut pœnitenti
„non solum precibus, & lamentation
„querentur, sed ad confessionis potiu
„rem, & Martyrii gloriam provoca
„Persecutione vero sopita, cum data
„cultas, in unum conveniendi, copios
„scoporum numerus scripturis diu ex
„parte prolatis temperamentum salubr
„ratione libravimus, ut nec in totu
„communicationis lapsis denegaretur,
„desperatione deficerent, nec tamen
„censura evangelica solveretur, ut a
„municationem temere prosilirent: qui
„Cornelius cum plurimis Coepiscopis
„concilio in eamdem nobiscum sep
„consensit.

His præmissis S. Cyprianus S. Cornelium virum optimum, & legitime electum demonstrat, dicens: „Venio jam nunc ad personam „Cornelii Collegæ nostri, qui non ad Episco„patum subito pervenit, sed per omnia officia „ecclesiastica promotus ad Sacerdotii sublime „fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. „Tum deinde Episcopatum nec voluit, nec in„vasit, sed pro pudore virginalis conscientiæ „suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi, & cu„stoditæ verecundiæ ipse vim passus est, ut „Episcopatum coactus exciperet. Et factus „est Episcopus a plurimis Collegis nostris, qui „tunc in urbe Roma aderant, cum Fabiani lo„cus, id est, locus Petri vacaret, quo occu„pato de Dei voluntate, atque omnium no„strum consensione firmato post Episcopatum „non exambitum, nec extortum, sed de Dei, „qui Sacerdotes facit, voluntate susceptum, „quanta in ipso Episcopatu suscepto virtus? „Quantum robur animi? Qualis firmitas fidei? „Quod nos perspicere, & laudare debemus: „sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali ca„thedra eo tempore, cum tyrannus infestus „Sacerdotibus Dei fanda, atque infanda com„minaretur. Nonne hic summo virtutis, & „fidei testimonio prædicandus est? Nonne in„ter gloriosos Confessores, & Martyres depu„tandus, qui tantum temporis sedit expectans „corporis sui carnifices, etiamsi Majestas Do„mini protegentis, & bonitas Sacerdotem, „quem fieri voluit, factum quoque protexit, „tamen Cornelius, quantum ad ejus devotio„nem pertinet, & timorem, passus est, quid-

S. Cornelii P. encomium. p. 96.

„quid

„quid pati potuit. Quod autem quædai
„illo inhonesta, & maligna jactantur,
„mireris, cum scias, hoc esse opus se
„diaboli, ut servos Dei mendacio laceret
„plorasse autem Collegas nostros scias, c
„rissime comperisse nulla illum libelli labe
„culatum esse, sed neque cum Episcopis
„scrificaverunt, communicationem sacril
„miscuisse, sed eos demum, quorum inn
„tia comprobata sit, conjunxisse nobis
„uti de Trophimo, & illius asseclis patet.
„ne duritia foret, sacrificantes jungere
nia „libellaticis, qui ob hoc præmium dede
nitenti- „ne, quod non licet, faciant, & posteac
s danda „a nobis didicerunt, nec hoc se facere
p. 98. „buisse, flent auditis nobis, & non tam
„mine, quam errore decepti, quod jam
„cætero parati sint, contestantur....
„& mœchis a nobis pœnitentiæ tempus c
„ditur.... Aliud est, ad veniam stare, a
„ad gloriam pervenire; aliud missum in c
„rem non exire inde, donec solvat novissi
„quadrantem, aliud statim fidei, & vi
„accipere mercedem: aliud pro peccatis
rgato- „dolore cruciatum emundari, & purga
m. „igne, aliud peccata omnia passione pur
„aliud denique pendere in die judicii a
„tentiam Domini, aliud statim a Domin
„ronari. Et quidem apud antecessores n
„quidam de Episcopis isthic in provincia
„stra dandam pacem mœchis non putave
„& in totum pœnitentiæ locum contra ad
„ria clauserunt, non tamen a Coepiscopo
„suorum collegio recesserunt, aut catho

„E

„Ecclesiæ unitatem ruperunt. Miror autem „quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non „putent lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus „existiment veniam denegandam; nam cum „scriptum sit: *Deus mortem non fecit, nec læta-„tur in perditione vivorum*, *Sap*. 1. utique qui „neminem vult perire, cupit peccatores pœni-„tentiam agere, & per pœnitentiam ad vitam „redire.

„Quod vero ad Novatiani personam per-„tinet, scias, nos primo in loco nec curiosos „esse debere, quid ille doceat, cum foris do-„ceat, & qualiscunque est, Christianus non „est, qui in Christi Ecclesia non est, nisi si „Episcopus tibi videtur, qui Episcopo in Ec-„clesia a sedecim Coepiscopis facto adulter, „atque extraneus Episcopus fieri a desertori-„bus per ambitum nititur, & per plurimas ci-„vitates novos suos Apostolos mittit, ut quæ-„dam recentia institutionis suæ fundamenta „constituat, & super constitutos Episcopos „creare pseudo-episcopos audeat. Certe Epi-„scopatum tenere non posset, etiam si Episco-„pus prius factus a Coepiscoporum suorum cor-„pore, & ab Ecclesiæ unitate desciseeret. Tum „denique quantus arrogantiæ tumor est, ut „quis audeat, aut facere se posse credat, quod „nec Apostolis concessit Dominus, ut zizania „a frumento putet se posse discernere, frauda-„tores, & mœchos a latere, atque comitatu „suo separet, cum sciamus, juxta Scriptura-„rum divinarum fidem auctore, & hortatore „ipso Deo & ad agendam pœnitentiam pecca-

Novatia correpti *p.* 101

„tores redigi, & veniam, ac indulgentiam „pœnitentibus non denegari.

EPISTOLA LIII.

S. Cyprianus consultus a Collegis suis Fortunato, Ahimnio, Optato, Privatiano, Donatulo, & Felici, num admittendi essent ad communionem lapsi quidam per tormenta superati, scilicet Ninus, Clementianus, & Florus; respondet, quia jam triennio pœnitentiam egissent, sibi quidem videri, admittendos esse, sed cum in Paschate concilium Episcoporum apud se futurum esset, se cum illis hanc rem tractaturum.

EPISTOLA LIV.

Hæc Epistola est a Synodo Africana ad S. Cornelium Papam data; cum enim prius statuissent Africani Ediscopi in quodam Concilio, ut lapsi nonnisi post actam diu pœnitentiam ad pacem admitterentur, nisi forte infirmitatis periculum urgeret, nova persecutione instante statuerunt, omnibus, qui pœnitentiam egissent, pacem dandam esse, „ut, dicunt, quos excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, sed protectione „Sanguinis, & Corporis Christi muniamus; & „cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit esse „accipientibus tutela, quos tutos esse contra „adversarium volumus, munimento dominicæ „saturitatis armemus; nam quo modo docemus, aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi Sanguinem denegamus? Aut „quo-

...alis ...essentia Eucharistia. ...110.

„quomodo ad Martyrii poculum idoneos faci„mus, si non eos prius ad bibendum in Ec„clesia poculum Domini jure communicationis „admittimus? Imo Episcopatus nostri honor „grandis, & gloria est, pacem dedisse Marty„ribus, ut Sacerdotes, qui sacrificia Dei quo„tidie celebramus, hostias Deo, & victimas „in Martyribus præparemus. Nec quisquam „dicat: qui martyrium tollit, sanguine suo „baptizatur, nec pax illi ab Episcopo necessa„ria est habituro gloriæ suæ pacem; nam pri„mo idoneus esse non potest ad Martyrium, „qui ab Ecclesia non armatur ad prælium, & „mens deficit, quam non recepta Eucharistia „erigit, & accendit.

Sacrificium Missæ quotidianum.

EPISTOLA LV.

S. Cyprianus in hac Epistola monet S. Cornelium, ut Felicissimi, & Fortunati contra se calumnias non audiat, nec minis eorum terreatur, sed forti sit animo, sicuti Dei Sacerdotem contra hæreticos esse oportet, utpote qui more hæreticis usitato hæresin suam, & schismata ex contemptu unius in Ecclesia Episcopi inceperint: „neque enim aliunde hære„ses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, „quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtem„peratur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sa„cerdos, & ad tempus Judex vice Christi co„gitatur; cui si secundum magisteria divina „obtemperaret fraternitas universa, nemo sibi „placens, ac tumens seorsim foris novam hæ„resin conderet. Nec præpositum servum de„seri a quibusdam miretur aliquis, quando

Hæreses unde ortæ. p. 115.

„ipſum Dominum diſcipuli ſui reliquerint, „qui dum converſus ad Apoſtolos ſuos dixit: „*Numquid & vos vultis ire?* Petrus, ſuper quem „ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia, „unus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce „reſpondens ait: *Domine! ad quem ibimus, ver-* „*ba vitæ æternæ habes.* Verum hæreticis non „ſatis fuit ab Evangelio receſſiſſe, ſed adhuc „etiam Pſeudo-Epiſcopo ſibi conſtituto navi- „gare audent, & ad Petri cathedram, atque „ad Eccleſiam principalem, unde unitas ſa- „cerdotalis exorta eſt, a ſchismaticis, & pro- „fanis literas ferre, nec cogitare, eos eſſe Ro- „manos, quorum fides Apoſtolo prædicante „laudata eſt, ad quos perfidia non poſſit ha- „bere acceſſum.

Primatus Petri.

Epistola LVI.

Adhortatio ad Martyrium. *p. 128.*

Communio ſub duplici ſpecie.

Inſtante jam imo ſæviente ſecunda perſecutione S. Cyprianus in hac epiſtola plebem Thibaritanam ad Martyrium adhortatur, dicens: „Gravior nunc, & ferocior pugna imminet, „ad quam fide incorrupta, & virtute robuſta „parare ſe debent milites Chriſti, conſideran- „tes idcirco, ſe quotidie calicem Sanguinis „Chriſti bibere, ut poſſint & ipſi propter Chri- „ſtum ſanguinem fundere. Ubicunque autem „in illis diebus unusquisque fratrum fuerit a „grege interim neceſſitate temporis corpore, „non ſpiritu ſeparatus, non recedens, vel la- „tens deſerti loci ſolitudine terreatur: ſolus „non eſt, cui in fuga Chriſtus comes eſt. Et „ſi fugientem in ſolitudine latro &c. oppreſſe- „rit, ſpectat militem ſuum, ubicunque Chri- „ſtus

„ſtus pugnantem, & perſecutionis cauſa pro „nominis ſui honore morienti prœmium reddit.

Epistola LVII.

Laudat hic S. Cyprianus in S. Cornelio in exilium ob Chriſti confeſſionem miſſo, ejus conſtantiam, & deinde rogat: „Memores noſtri „invicem ſimus concordes, atque unanimes, „utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſu„ras, & anguſtias mutua charitate relevemus, „& ſiquis iſthinc noſtrum prior dignationis di„vinæ celeritate præceſſerit, perſeveret apud „Dominum noſtra dilectio, pro fratribus, & „ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris „non ceſſet oratio.

Sancti cœlo pr vivis orant. p. 134

Epistola LVIII.

S. Cyprianus gratulatur S. Lucio Papæ cum *Collegis* ſuis, de reditu ab exilio, docens, „in Confeſſoribus Chriſti dilata martyria non „meritum confeſſionis minuere, ſed magnalia „divinæ protectionis oſtendere.“ Deinde indicat, „divinitus eveniſſe S. Cornelii marty„rium, & S. Lucii exilium, ut ad confunden„dos hæreticos Novatianos oſtenderet Domi„nus, quæ eſſet Eccleſia, quis Epiſcopus ejus „unus divina ordinatione delectus, qui cum „Epiſcopo Presbyteri ſacerdotali honore con„juncti, quis adunatus, & verus Chriſti popu„lus dominici gregi charitate connexus, qui „eſſent, quos inimicus laceſſeret, qui contra, „quibus diabolus ut ſuis parceret. Non ceſſa„mus vero, in ſacrificiis, & orationibus pe„tere, ut, qui perfectus eſt, atque perficiens,

 „cuſto-

„custodiat, & perficiat in vobis confessionis „vestræ gloriosam coronam, qui & ad hoc vos „fortasse revocavit, ne gloria esset occulta, si „foris essent confessionis vestræ consummata „martyria; nam victima, quæ fraternitati ve„stræ præbet exemplum virtutis, & fidei, „præsentibus debet fratribus immolari.

EPISTOLA LIX.

Baptismus infantium. p. 137.

In hac epistola S. Cyprianus, & reliqui 66. Episcopi in Concilio congregati Fidum Episcopum de baptizandis infantibus ita instruit: „Quantum ad causam infantium pertinet, quos „dixisti intra secundum, vel tertium diem, „quo nati sint, constitutos baptizari non opor„tere, & considerandam esse legem circumci„sionis antiquæ, ut intra octavum diem eum, „qui natus est, baptizandum, & sacrificandum „non putares, longe aliud in concilio nostro „omnibus visum est, sed universi potius judi„cavimus, nulli hominum nato misericordiam „Dei, & gratiam denegandam. Quid enim „ei deest, qui semel in utero Dei manibus for„matus est? Esse denique apud omnes sive „infantes, sive majores natu unam divini mu„neris æqualitatem, declarat nobis divinæ „Scripturæ fides in Helisæi membris singulis „parvuli membris junctis; nam Deus ut per„sonam non accipit, sic nec ætatem, cum se „omnibus ad cœlestis gratiæ consecutionem „præbeat æqualitate librata Patrem. Nam & „quod vestigium infantis in primis partus sui „diebus constituti mundum non esse dixisti, „quod unusquisque nostrum horreat exoscu-

„lari,

„lari, nec hoc putamus ad cœlestem gratiam „dandam impedimento esse oportere; scriptum „est enim: omnia munda sunt mundis, nec „aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus „dignatus est facere. Quod autem in judaica „circumcisione carnali octavus dies observaba„tur, sacramentum est in umbra, atque in „imagine præmissum, sed veniente Christo ve„ritate completum, quia octavus dies, id est, „post sabbatum primus dies futurus erat, quo „Dominus resurgeret, & nos vivificaret. Pro„pter quod putamus, neminem a gratia conse„quenda impediendum esse, sed omnem om„nino hominem admittendum esse ad gratiam „Christi. Cæterum si homines impedire ali„quid ad consecutionem gratiæ posset, magis „adultos possent impedire peccata graviora. „Porro si etiam gravissimis delictoribus, cum „postea crediderint, remissio peccatorum da„tur, & a Baptismo, atque a gratia nemo „prohibetur, quanto magis non prohiberi de„bet infans, qui recens natus nihil peccavit, „nisi quod secundum Adam carnaliter natus „contagium mortis antiquæ prima nativitate „contraxit? Qui ad remissionem peccatoum „accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod „illi remittuntur non propria, sed aliena pec„cata. Et idcirco hæc fuit in concilio nostra „sententia, a baptismo neminem per nos de„bere prohiberi, quod circa recens natos ma„gis observandum putamus, qui hoc ipso de ope „nostra, ac de divina misericordia plus meren„tur, quod in primo statim nativitatis suæ or„tu plorantes nihil aliud faciunt, quam depre„cantur.

Peccatum originale.

Epi-

Epistola LX.

Nuntiata sibi per Episcopos Numidiæ Christianorum captivitate S. Cyprianus mittere se dicit sestertiorum centum millia pro redemptione fratrum ex captivitate Barbarorum, adscriptis nominibus singulorum fratrum, & sororum, & aliorum collegarum, qui aliquid contribuerant. Captivitas autem hæc facta videtur a Barbaris illis, contra quos Decius in bellum profectus interfectus est.

Epistola LXI.

S. Cyprianus in hac Epistola ad Euchratium data histrionem quemdam, si in turpi artificio persistat, communicare prohibet in Ecclesia. Neque vero excusari debet, quod ipse histrionicam non exerceat, quamdiu illam alios docet, nec ob rei familiaris inopiam, cum Ecclesiæ sumptibus alimenta illi præstari possint, atque adeo si bona Ecclesiæ Euchratii non sufficiant, monet, ut histrio ille Carthaginem veniat, ut ibi necessaria accipiat, nec alios extra Ecclesiam mortalia doceat, sed ipse salutaria in Ecclesia discat.

Epistola LXII.

Virginitatis votum non violandum. *p. 142.*

S. Cyprianus cum Cæcilio, Victore, Sedato, Tertullo, & cæteris Collegis suis Pomponio respondet: „Quid de virginibus iis sibi videatur, quæ, cum semel statum suum continenter tenere decreverint, detectæ sunt postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis, ex quibus Diaconus fuisse dicitur, li-

„cet

æ mulieres, quæ ſe cum viris dormiſſe
ſæ ſunt, aſſeverent, ſe integrás eſſe.
uod S. Cyprianus ita reſpondet: pati
ebemus virgines cum maſculis habitare,
ico ſimul dormire, ſed nec ſimul vive-
.beranda & vigilanter de periculóſis lo-
ıvis, ne inter ſcopulos, & ſaxa franga-
nemo diu tutus eſt periculo proximus,
vadere diabolum ſervus Dei poterit, qui
boli laqueis implicavit. Quodſi ex fide
riſto dicaverunt, pudice, & caſte ſine
abula perſeverent, ſi autem perſeverare
.t (*necdum voto obligatæ*), vel non poſ-
melius eſt, nubant, quam in ignem
is ſuis cadant. Nec aliqua putet, ſe
hac excuſatione defendi, quod inſpici,
obari poſſit, an virgo ſit, cum & ma-
bſtetricum, & oculi ſæpe fallantur: &
orrupta inventa fuerit virgo ea parte,
nulier poteſt eſſe, potuerit tamen ex
:orporis parte peccaſſe, quæ corrumpi
:, & tamen inſpici non poteſt. Certe
oncubitus, ipſe complexus, ipſa confa-
io, & oſculatio, & conjacentium tur-
& fæda dormitio quantum dedecoris, &
nis confitetur? Si ſuperveniens mari-
ponſam ſuam jacentem cum altero vi-
nonne indignatur, & per zeli dolorem
ſſis & gladium in manum ſumit? Quid?
tus Dominus, & Judex noſter cum vir-
n ſuam ſibi dicatam jacere cum altero
t, quas pœnas inceſtis ejusmodi conjun-
ibus comminatur. Et cum omnes om-
diſciplinam tenere oporteat, multo ma-

„gis Præpositos, & Diaconos curare hoc
„est, qui exemplum, & documentum cæte
„de moribus suis præbeant. Quomodo er
„possunt continentiæ præesse, si ex eis ir
„piant corruptelæ procedere. Et idcirco c
„sulte fecisti, abstinendo Diaconum, qui c
„virgine sæpe mansit, sed & cæteros,
„cum virginibus dormire consueverunt. Qu
„si pœnitentiam hujus illiciti concubitus
„egerint, & a se invicem recesserint, in
„ciantur interim virgines ab obstetricibus
„genter, & si virgines inventæ fuerint,
„cepta communicatione ad Ecclesiam ad
„tantur, hac tamen interminatione, ut,
„eosdem masculos reversæ fuerint, aut si
„eisdem in una domo simul habitaverint,
„viori censura ejiciantur, nec in Eccle
„postmodum facile admittantur. Si autem
„eis aliqua corrupta fuerit deprehensa,
„pœnitentiam plenam, & æstimato justo t
„pore exomologesi facta ad Ecclesiam red
„quodsi obstinate perseverant, nec se ab i
„cem separant, sciant, se nunquam a no
„admitti in Ecclesiam posse, ne exempl
„cæteris ad ruinam delictis suis facere in
„piant; interfici enim Deus jussit Sacerdotib
„suis non obtemperantes, & tunc quidem g
„dio occidebantur, nunc autem spirituali g
„dio superbi, & contumaces necantur, du
„de Ecclesia ejiciuntur; neque enim vivere
„ris possunt, cum domus Dei una sit, & n
„mini salus esse nisi in Ecclesia possit.

Excom-municatio

E1

EPISTOLA LXIII.

Agit hic S. Cyprianus contra Aquarios, & ait: „Quoniam quidam vel ignoranter, vel „simpliciter in calice dominicò sanctificando, „& plebi ministrando non hoc faciunt, quod „Jesus Christus Dominus, & Deus noster, sa„crificii hujus Auctor, & Doctor fecit, & do„cuit, necessarium duxi, de hoc ad vos lite„ras facere, ut, si quis in isto errore adhuc „teneatur, veritatis luce perspecta ad origi„nem traditionis dominicæ revertatur. Ad„monitos autem nos scias, ut in calice offe„rendo dominica traditio servetur, neque aliud „fiat a nobis, quam quod pro nobis Dominus „prior fecerit, . ut calix, qui in commemora„tionem ejus offertur, mixtus vino offeratur. „Nam cum dicat Christus: Ego sum vitis ve„ra, Sanguis Christi non aqua est utique, „sed vinum. Invenimus enim & in Genesi cir„ca sacramentum Noe hoc idem præcurrisse, „quod vinum bibit, & in domo sua nudatus „est. Item in Sacerdote Melchisedech sacrifi„cii dominici sacramentum præfiguratum vi„demus, qui protulit panem, & vinum, fuit „autem Sacerdos Dei summi, & benedixit „Abraham *Gen.* 14. Et typum Christi porta„vit. *Ps.* 109. Sed & per Salomonem Spiri„tus sanctus typum dominici sacrificii ante „præmonstrat immolatæ hostiæ, & panis, & „vini, sed & altaris, & Apostolorum faciens „mentionem: *Sapientia*, inquit, *ædificavit sibi „domum. . . . Venite, edite de meis panibus, „& bibite vinum, quod miscui vobis. Prov.* 9. „Vinum mixtum declarat, id est, calicem Do„mini

De Sacramento Calicis dominici contra Aquarios p. 146.

„mini aqua, & vino mixtum prophetica v
„prænuntiat, ut appareat in passione domin
„id esse gestum, quod fuerat ante prædictu
„In benedictione quoque Judæ hoc idem sig
„ficatur, ubi Scriptura dicit: *Lavabit in*
„*stolam suam, & in sanguine uvæ amictum su*
„*Gen.* 49. Quando autem sanguis uvæ dici
„quid aliud, quam vinum calicis domi
„sanguis ostenditur. Nec non & apud Esa
„hoc idem Spiritus sanctus de Domini Pass
„testatur, dicens: *Quare rubicunda sunt*
„*menta tua, & indumenta tua velut a calca*
„*torcularis?* *Is.* 63. Vini utique mentio
„& ideo ponitur, ut sanguis Domini vino
„telligatur, & quomodo ad potandum vin
„veniri non potest, nisi botrus calcetur,
„nec nos sanguinem Christi possemus bibe
„nisi Christus calcatus prius fuisset, & calic
„prior biberet, quam credentibus propinar
„Quotiescunque autem aqua sola in Scriptu
„sanctis nominatur, baptisma prædicatur, u
„*Is.* 43. *faciam flumina in loco inaquoso, adaqu*
„*re genus meum electum &c.* Rursus ipse D
„minus docuit exemplo magisterii sui calice
„vini, & aquæ conjunctioni misceri. Calice
„etenim sub die Passionis accipiens benedixi
„& dedit discipulis suis, dicens: *Bibite ex h*
„*omnes; hic est enim Sanguis novi Testamen*
„*qui pro multis effundetur in remissionem pecca*
„*rum. Dico vobis, non bibam amodo ex i*
„*creatura vitis usque in diem illum, quo vobisc*
„*bibam novum vinum in regno Patris mei. Mat.*
„26. Qua in parte invenimus calicem mixtu
„fuisse, quem Dominus obtulit, & vinu
„fuiss

„fuisse, quod Sanguinem suum dixit. Unde „apparet, Sanguinem Christi non offerri, si „desit vinum calici, nec sacrificium legitima „sanctificatione celebrari, nisi oblatio, & sa„crificium nostrum responderit Passioni: quo„modo autem de creatura vitis novum vinum „cum Christo in regno Patris bibemus, si in „sacrificio Dei Patris, & Christi vinum non „offerimus, nec calicem dominica traditione „miscemus? *Sacrificium Missæ.*

„Beatus quoque Apostolus Paulus hæc ea„dem in Epistola sua ponit, dicens: *Simili „modo & calicem, postquam cœnatum est, accepit, „dicens: Hic calix novum Testamentum est in meo „Sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis in „meam commemorationem &c.* 1. *Cor.* 11. Quodsi „& a Domino præcipitur, & ab Apostolo ejus „hoc idem traditur, calicem Domini miscen„tes a divino magisterio non recedamus. Qua„re miror satis, unde hoc usurpatum sit, ut „contra Evangelicam, & Apostolicam disci„plinam quibusdam in locis aqua offeratur in „dominico calice, quæ sola Christi Sanguinem „non possit exprimere. Cujus rei Sacramen„tum nec in Psalmis tacet Spiritus sanctus, „faciens memoriam dominici calicis: *Calix „tuus inebrians, quam peroptimus. Ps.* 22. Ca„lix autem, qui inebriat, utique vino mixtus „est; neque enim aqua inebriare quemquam „potest. Addidit autem: quam peroptimus, „quod scilicet calix dominicus sic bibentes in„ebriet, ut sobrios faciat, & mentes ad spiri„tualem sapientiam redigat.

„Por-

„Porro quam perverſum eſt, ut, cum
„minus in nuptiis de aqua vinum fecerit,
„de vino aquam faciamus, cum Sacramen
„quoque rei illius inſtruere nos debeat, u
„ſacrificiis dominicis vinum potius offerar
„Aqua nempe populos ſignificat, & quia
„omnes portabat Chriſtus, qui & peccata
„ſtra portabat, videmus in aqua populum
„telligi, in vino vero oſtendi Sanguinem C
„ſti. Quando autem in calice vino aqua
„ſcetur, Chriſto populus adunatur, quæ
„pulatio aquæ, & vini ſic miſcetur in ca
„Domini, ut commixtio illa non poſſit ab
„vicem ſeparari. Unde Eccleſiam, id
„plebem in Eccleſia nulla res poterit ſepa
„a Chriſto.

Mixtio aquæ, & vini in calice.

„Sic autem in ſanctificando calice Dom
„offerri aqua ſola non poteſt, quomodo
„vinum ſolum poteſt; nam ſi vinum tant
„quis offerat, Sanguis Chriſti incipit eſſe
„nobis: ſi vero aqua ſit ſola, plebs incipit
„ſine Chriſto, quando autem utrumque
„ſcetur, tunc Sacramentum ſpirituale, &
„leſte perficitur. Sic vero calix Domini
„eſt aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utru
„que miſceatur, quomodo nec corpus Dom
„poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola,
„utrumque adunatum fuerit, & panis un
„compage ſolidatum.

Sacrificium Miſſæ mane celebrandum. p. 150.

„Cæterum omnis religionis, & verita
„diſciplina ſubvertitur, niſi id, quod ſpirit
„liter præcipitur, fideliter reſervetur, ni

,in sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne ,per saporem vini redoleat Sanguinem Christi. ,Sic ergo incipit & a Passione Christi in perse- ,cutionibus fraternitas retardari, dum in ob- ,lationibus discit de Sanguine ejus, & cruore confundi: porro autem Dominus in Evangelio dicit: *Qui confusus me fuerit, confundetur eum Filius hominis. Marc.* 8. Quomodo au- ,tem possumus propter Christum sanguinem ,fundere, qui sanguinem Christi erubescimus ,bibere? An illa sibi aliquis contemplatione ,blanditur, quod etsi mane aqua sola offerri ,videatur, tamen cum ad cœnandum veni- ,mus; mixtum calicem offerimus: sed cum ,,cœnamus, ad convivium nostrum plebem ,,convocare non possumus, ut Sacramenti ve- ,,ritatem fraternitate omni præsente celebre- ,,mus. At enim non mane, sed post cœnam ,,mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ,ergo post cœnam Dominicum celebrare debe- ,mus? ut sic mixtum calicem Dominicis fre- ,quentandis offeramus. Christum offerre oportebat circa vesperam diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet occasum, & vesperam mundi: nos autem resurrectionem Domini mane celebramus; & quia Passionis ejus mentionem in sacrificiis omnibus facimus (Passio est enim Domini sacrificium, quod offerimus) nihil aliud, quam quod ille fecit, facere debemus.

Epistola LXIV.

Monet hic S. Cyprianus Epietetum, & plebem Assuritanorum, ut Fortunatianum quondam Episcopum, sed lapsum ad Eccle-

siam

ſiam redire non permittant, maxime quia Cornelius P. jam antea ſtatuit, ne Epiſco lapſi ad priorem gradum admitterentur.

EPISTOLA LXV.

iacona- s a quo ſtitutus. p. 158. S. Cyprianus Rogatianum Epiſcopum m net, ut cujusdam Diaconi ſuperbiam coerce qui illum contumeliis affecerat, & illum agendam pœnitentiam cogat. Nam, a „meminiſſe Diaconi debent, quoniam Apoſ „los, id eſt, Epiſcopos, & Præpoſitos Don „nus elegit, Diaconos autem poſt aſcenſi „Domini in cœlos Apoſtoli ſibi conſtituerı „Epiſcopatus ſui, & Eccleſiæ miniſtros.

EPISTOLA LXVI.

erici m ſint tores: p. 160. Epiſtola hæc ad Clerum, & plebem Fun tanorum a S. Cypriano ſcripta eſt de Victoı qui Fauſtinum Presbyterum tutorem nomiı vit, ubi S. Cyprianus nomine Synodi ita a „Graviter commoti ſumus ego, & Colle „mei, cum cognovimus, quod Geminius „ctor de ſæculo excedens Geminium Fau „num tutorem teſtamento ſuo nominaver „cum jam pridem in Concilio Epiſcopon „ſtatutum ſit, ne quis de Clericis, & Dei r „niſtris tutorem, vel curatorem teſtamento ſ „conſtituat, quando ſinguli divino Sacerdo „honorati, & in Clerico miniſterio conſtitı „non niſi altari, & ſacrificiis deſervire, & pı „cibus, atque orationibus vacare debeaı „Cujus ordinationis formam Levitæ prius „lege tenuerunt, ut tantum Deum colerε „& ad victum, atque alimentum ſuum

„u

„undecim tribubus de fructibus, qui nascebantur, decimas reciperent. Quæ nunc ratio, „& forma in Clero tenetur, ut Clerici in honore sportulantium fratrum tanquam decimas ex fructibus accipientes ab altari, & sacrificiis non recedant, sed die, ac nocte cœlestibus rebus, & spiritualibus serviant. „Quod Episcopi Antecessores nostri religiose observantes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur „pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus „celebraretur; neque enim ad altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab „altari Sacerdotes, & ministros voluit avocare. Et ideo Victor, cum ausus sit Faustinum Presbyterum tutorem constituere, non „est, quod pro dormitione ejus apud vos fiat „oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus „in Ecclesia frequentetur.

Sportulæ Clericorum.

Missa p defuncti.

Epistola LXVII.

Epistola hæc ad Stephanum Papam data est; cum enim Martianus Arelatensis Episcopus Novatiani sectam secutus multos seduxisset, & se a communione cæterorum Episcoporum per schisma separasset, S. Cyprianus S. Stephanum Papam monet, ut pro sua auctoritate absente illo alium in ejus locum substituat, & tum lapsis, tum per illum seductis acta pœnitentia pax detur, & reditus ad Ecclesiam concedatur.

Epistola LXVIII.

ectio nistro- n Ec- siae. . 166.

Cum Basilides, & Martialis Episcopi lapsi essent, & libellis idololatriae contaminati, laudat S. Cyprianus cum Coepiscopis suis Clerum, & plebem Hispaniarum, quod in locum eorum Sabinum, & Felicem legitima electione substituissent, praesertim cum juxta S. Cornelii statutum Episcopi lapsi ad poenitentiam quidem agendam admitti possent, sed tamen a sacerdotali honore prohiberentur. Ubi de electione Episcoporum haec notat: „Cum videamus de divina auctoritate descendere, ut Sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur, & dignus, atque idoneus publico judicio, ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Dominus Moysi praecepit, *Num.* 10. ut nimirum plebe praesente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita praedicentur, & sit ordinatio justa, & legitima, quae omnium suffragio, & judicio fuerit examinata. Quod postmodum secundum divina magisteria observatur in Actis Apostolorum in electione S. Matthiae *Act.* 1. Propter quod diligenter de traditione divina, & apostolica observatione observandum est, & tenendum, quod apud nos quoque, & fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui Praepositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciae proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit.

Epi-

Epistola LXIX.

In hac Epistola S. Cyprianus purgat se apud Florentium Rupianum de variis sibi ab eo objectis criminibus, & animi ejus levitatem arguit, quod obtrectatoribus suis tam temere crediderit.

Epistola LXX.

Epistola hæc ad Januarium, & cæteros Episcopos Numidiæ data quæstionem de rebaptizandis hæreticis pertractat, de qua sententiam suam erroneam in Theologia mea *Tom.* 3. §. 921. satis jam refutatam S. Cyprianus cum multis suis Collegis ita profert: „Sententiam nostram non novam promimus, sed „jam pridem ab Antecessoribus nostris statutam, & a nobis observatam vobiscum pari „consensione conjungimus, censentes scilicet, „& pro certo tenentes, neminem foris baptisari extra Ecclesiam posse, cum sit baptisma „unum in sancta Ecclesia constitutum, & scriptum sit Domino dicente: *Me dereliquerunt* „*fontem aquæ vivæ. Jer.* 2. Et iterum divina „Scriptura moneat: *Ab aqua aliena abstine te.* „Oportet ergo mundari, & sanctificari aquam „prius a Sacerdote, ut possit baptismo suo „peccata hominis, qui baptizatur, abluere: „quomodo autem mundare, & sanctificare „aquam potest, qui ipse immundus est, & „apud quem Spiritus sanctus non est? Cum „Dominus dicat in Numeris: *Et omnia, quæ*„*cunque tetigerit immundus, immunda erunt.* „*Num.* 19. Aut quomodo baptizans dare al„teri remissam peccatorum potest, qui ipse sua

De rebaptizandis hæreticis p. 175.

„peccata deponere extra Ecclesiam non potest? „Sed & ipsa interrogatio, quæ fit in baptismo, „testis est veritatis; nam cum dicimus: Credis „in vitam æternam, & remissionem peccato- „rum per sanctam Ecclesiam? Intelligimus re- „missionem peccatorum nonnisi in Ecclesia da- „ri, apud hæreticos autem, ubi Ecclesia non „sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui „hæreticos asserunt, aut interrogationem mu- „tent, aut vindicent veritatem, nisi si eis & „Ecclesiam tribuunt, quos baptisma habere „contendunt. Ungi quoque necesse est eum, „qui baptizatus sit, ut accepto Chrismate, id „est, unctione esse unctus Dei, & habere in „se gratiam Christi possit. Porro autem Eu- „charistia, & unde baptizati unguntur, oleum „in altari sanctificatur: sanctificare autem non „potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, „nec Ecclesiam. Unde nec unctio spiritualis „apud hæreticos potest esse, quando constet, „oleum sanctificari, & Eucharistiam fieri apud „illos omnino non posse. Scire autem, & me- „minisse debemus, scriptum esse: *Oleum pecca- „toris non ungat caput meum. Ps.* 140. Sed & „baptizato quam precem facere potest Sacer- „dos sacrilegus, & peccator? Cum scriptum „sit: *Deus peccatorem non audit, sed qui eum co- „luerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit. „Joan.* 9. Quis autem potest dare, quod ipse „non habeat? Aut quomodo potest spiritualia „agere, qui ipse amiserit Spiritum sanctum? „Et idcirco baptizandus est, & innovandus, „qui ad Ecclesiam rudis venit, ut intus per „Sanctos sanctificetur. Cæterum probare est „hæ-

ſirma-

„hæreticorum, & schismaticorum baptisma „consentire in illud, quod illi baptizaverint; „neque enim potest pars illic inanis esse, & „pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit „& Spiritum sanctum dare, si autem Spiri-„tum sanctum dare non potest, quia foris con-„stitutus cum S. Spiritu non est, nec bapti-„zare venientem potest, quando & baptisma „unum sit, & Spiritus S. unus, & una Eccle-„sia a Christo Domino super Petrum origine „unitatis, & ratione fundata. Ita fit, ut, „cum omnia apud illos inania, & falsa sint, „nihil eorum, quod illi gesserint, probari a „nobis debeat; quid enim potest ratum, & „firmum esse apud Deum, quod illi faciunt, „quos Dominus hostes, & adversarios suos di-„cit, in Evangelio suo ponens: *Qui non est „mecum, adversum me est, & qui non mecum col-„ligit, spargit.*

EPISTOLA LXXI.

Hæc Epistola est ad Quintum data de hæreticis baptizandis, ubi S. Cyprianus hæc habet: „Nescio, qua præsumptione ducuntur „quidam, ut putent eos, qui apud hæreticos „tincti sunt, quando ad nos venerint, bapti-„zari non debere, eoquod dicant, unum bap-„tisma esse, quod unum scilicet in Ecclesia „catholica est: quæ Ecclesia si una est, esse „baptisma extra Ecclesiam non potest. Nam „cum duo baptismata esse non possint, si hæ-„retici vere baptizant, ipsi habent baptisma, „& qui hoc illis patrocinium de auctoritate „sua præstat, cedit illis, & consentit, ut ho-„stes, *De rebaptizandis hæreticis. p. 177.*

„ſtes, & adverſarii Chriſti habere videantur „abluendi, & purificandi, & ſanctificandi ho„minis poteſtatem. Nos autem dicimus, eos, „qui inde veniunt, non rebaptizari apud nos, „ſed baptizari; neque enim accipiunt illic ali„quid, ubi nihil eſt, ſed veniunt ad nos, ut „hic accipiant, ubi & gratia, & veritas om„nis eſt, quia & gratia, & veritas una eſt. „Porro autem & quidam de Collegis noſtris „malunt hæreticis honorem dare, quam nobis „conſentire, & dum unius baptiſmi aſſevera„tione baptizare venientes nolunt, ſic aut duo „baptiſmata ipſi faciunt, dum & apud hære„ticos baptiſma eſſe dicunt, aut certe, quod „eſt gravius, hæreticorum ſordidam, & pro„fanam tinctionem vero, & unico, & legiti„mo Eccleſiæ catholicæ baptiſmo præponere „contendunt, non conſiderantes, ſcriptum eſſe, „*Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio* „*ejus. Eccl.* 34. Et dicunt, ſe in hoc veterem „conſuetudinem ſequi, quando apud veteres „hæreſeos, & ſchismatum prima adhuc fuerint „initia, ut hi illic eſſent, qui de Eccleſia re„cedebant, & hic baptizati prius fuerant, „quos tunc tamen ad Eccleſiam revertentes, „& pœnitentiam agentes neceſſe non erat bap„tizare. Quod nos quoque hodie obſervamus, „ut quos conſtat, hic baptizatos eſſe, & a no„bis ad hæreticos tranſiſſe, ſi poſtmodum pec„cato ſuo cognito, & errore digeſto ad verita„tem, & matricem redeant, ſatis ſit in pœni„tentiam manum imponere, ſi autem, qui ab „hæreticis venit, baptizatus in Eccleſia prius „non fuit, baptizandus eſt. Non eſt autem

„de

„de consuetudine præscribendum, sed ratione „vincendum; nam nec Petrus, quem primum „Dominus elegit, & super quem ædificavit „Ecclesiam suam, cum secum Paulus de cir„cumcisione postmodum disceptaret, vindica„vit sibi aliquid insolenter, ut diceret, se pri„matum tenere, & obtemperari a novellis, & „posteris sibi potius oportere, sed consilium „veritatis admisit, & rationi legitimæ, quam „Paulus vindicabat, facile consensit, docu„mentum scilicet nobis & concordiæ, & pa„tientiæ tribuens, ut non pertinaciter nostra „amemus, sed quæ aliquando a fratribus, & „collegis nostris utiliter, & salubriter sugge„runtur, si sint vera, & legitima, ipsa potius „nostra ducamus; non enim vincimur, quan„do nobis offeruntur meliora, sed instruimur, „ut sciamus, remissam peccatorum nonnisi in „Ecclesia dari posse. Quod quidem & Agrip„pinus bonæ memoriæ vir, cum cæteris Co„episcopis suis, qui illo tempore in Provincia „Africa, & Numidia Ecclesiam Domini gu„bernabant, statuit, & librato consilii com„munis examine firmavit.

Primat Petri.

EPISTOLA LXXII.

S. Cyprianus cum Collegis suis in quodam concilio nuntiat S. Stephano Romano Pontifici, ab illis statutum esse: „Eos, qui sint foris „extra Ecclesiam tincti, & apud hæreticos, „& schismaticos profanæ aquæ labe maculati, „quando ad nos, atque Ecclesiam, quæ una „est, venerint, baptizari oportere, eoquod pa„rum sit, eis manum imponere ad accipien-

De rebaptizandis hæreticis. p. 180.

Confirmatio.

„dum Spiritum ſanctum, niſi & accipiant Ec-
„cleſiæ baptiſmum; tunc enim plene ſanctifi-
„cari, & eſſe Filii Dei poſſunt, ſi Sacramento
„utroque naſcantur, cum ſcriptum ſit, *Niſi*
„*quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non po-*
„*teſt introire in regnum Dei. Joan.* 3. Inveni-
„mus enim etiam in Actis Apoſtolorum, hoc
„eſſe ab Apoſtolis cuſtoditum, & ſalutaris fi-
„dei veritate ſervatum, ut, cum in domo Cor-
„nelii Centurionis ſuper Ethnicos, qui illic
„aderant, fidei calore ferventes, & in Do-
„minum toto corde credentes deſcendiſſet Spi-
„ritus ſanctus, nihilominus tamen B. Apoſto-
„lum Petrum divini præcepti, atque Evangelii
„memorem præcepiſſe, ut baptizarentur iidem
„illi, qui jam fuerant ſancto Spiritu pleni.
„Addimus plane, & conjungimus, frater cha-
„riſſime! conſenſu, & auctoritate communi,
„ut etiam ſiqui Presbyteri, aut Diaconi, qui
„vel in Eccleſia catholica prius ordinati fue-
„rint, & poſtmodi perfidi, & rebelles contra
„Eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a
„Pſeudo-Epiſcopis, & Antichriſtis contra Chri-
„ſti diſpoſitionem profana ordinatione promoti
„ſunt, & contra altare unum, ac divinum
„ſacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre co-
„nati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi
„cum revertuntur, ut communicent laici, &
„ſatis habeant, quod admittuntur ad pacem,
„qui hoſtes pacis extiterint. Oportet enim Sa-
„cerdotes, & miniſtros altaris integros, at-
„que immaculatos eſſe. *Lev.* 21. Et idcirco
„ſatis eſt, talibus revertentibus veniam dari,
„non tamen debet in domo fidei perfidia pro-
„mo-

moveri. Cæterum scimus quosdam, quod „semel imbiberint, nolle deponere, nec pro„positum suum facile mutare, sed salvo inter „Collegas pacis, & concordiæ vinculo quæ„dam propria, quæ apud se semel sint usur„pata, retinere. Qua in re nec nos vim cui„quam facimus, aut legem damus, cum ha„beat in Ecclesiæ administratione voluntatis „suæ arbitrium quisque Præpositus, rationem „actus sui Domino redditurus.

Epistola LXXIII.

Epistola hæc ad Jubajanum data iterum de rebaptizandis hæreticis tractat, ubi sententiam Concilii Carthaginensis LXXI. Episcoporum S. Cyprianus erronee ita propugnat: „Apud nos non nova, aut repentina res est, „ut baptizandos censeamus eos, qui ab hære„ticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi „jam anni sint, & longa ætas, ex quo sub „Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes „in unum Episcopi plurimi hoc statuerint, at„que exinde in hodiernum tot millia hæreti„corum in Provinciis nostris ad Ecclesiam con„versi non aspernati sint, ut lavacri vitalis, „& salutaris baptismi gratiam consequerentur. „Plane quoniam inveni in Epistola, cujus ex„emplum ad me transmisisti, scriptum esse, „quod quærendum non sit, quis baptizaverit, „quando is, qui baptizatus est, accipere re„missam peccatorum potuerit, secundum quod „credidit, prætereundum hunc locum non pu„tavi, maxime cum in eadem Epistola ani„madverterim, etiam Marcionis fieri mentio„nem,

De rebaptizandis hæreticis ad Jubajanum. p. 182.

„nem ut nec ab ipso venientes dicat ba
„zari oportere, quod jam in nomine
„Christi baptizati esse videantur. Conside
„itaque debemus fidem eorum, qui foris
„dunt, an secundum eamdem fidem po
„aliquid gratiæ consequi; nam si fides un
„nobis, & hæreticis, potest esse & gratia
„si eumdem Patrem, eumdem Filium, e
„dem Spiritum sanctum, eamdem Eccle
„confitentur nobiscum Patripassiani, Ant
„piani, Valentiniani, Appelletiani, Oph
„Marcionitæ &c. subvertentes veritatem,
„test illic & baptisma unum esse, si est & f
„una. Verum numquid hanc Trinitatem M
„cion tenet? Numquid eumdem asserit, qu
„& nos Patrem Creatorem? Longe alia
„apud Marcionem fides, imo nihil est nisi p
„fidia, & blasphemia, & contentio sanctita
„& veritatis inimica. Quomodo ergo po
„videri, qui apud hæreticos baptizatur, c
„secutus esse peccatorum remissam per su
„fidem, qui ipsius fidei non habuerit veri
„tem? Si enim sicut quibusdam videtur,
„cundum fidem suam quis accipere aliquid
„ris extra Ecclesiam potuit, utique id acce
„quod credidit: falsum autem credens ver
„accipere non potuit, sed potius adultera,
„profana, secundum quod credebat, acce
„Quodsi secundum pravam fidem baptizari
„quis foris, & remissam peccatorum conse
„potuit, secundum eamdem fidem conse
„& Spiritum sanctum potuit; manifestum
„autem, ubi & per quos remissa peccator
„dari possit; nam Petro primum Domin

„

sit Pater, & ego mitto vos &c. Joan. 20.
e intelligimus, nonnisi in Ecclesia Prae-
is & in evangelica lege, ac dominica or-
tione fundatis licere baptizare.

Quod autem dicunt quidam de eis, qui
amaria baptizati fuerant, advenientibus
stolis Petro, & Joanne tantum super eos
um impositam esse, ut acciperent Spiri-
sanctum, rebaptizatos tamen non esse,
um istum, frater charissime! ad praesen-
causam videmus omnino non pertinere;
enim, qui in Samaria crediderant, fide
crediderant, & intus in Ecclesia, quae
est a Philippo Diacono, quem iidem Apo-
miserant, baptizati erant, & idcirco,
legitimum baptismum consecuti fuerant,
izari eos ultro non oportebat, sed tan-
modo quod deerat, id a Petro, & Joan-
ctum est, ut oratione pro eis habita, &
u imposita invocaretur, & infunderetur
r eos Spiritus sanctus. Quod nunc quo-

Confirmationis Sacramentum.
p. 184.

„Deinde fruſtra quidam, qui ratione vi
„cuntur, conſuetudinem nobis opponunt, qu
„ſi conſuetudo major ſit veritate, aut non
„ſit in ſpiritualibus ſequendum, quod in m
„lius fuerit a Spiritu ſancto revelatum; ig
„ſci enim poteſt ſimpliciter erranti, poſt re
„lationem vero factam, qui in eo, quod er
„verat, perſeverat prudens, & ſciens, ſi
„venia ignorantiæ peccat; præſumptione en
„atque obſtinatione quadam nititur, cum r
„tione ſuperetur. Nec quisquam dicat, quo
„accepimus ab Apoſtolis, hoc ſequimur, qu
„do Apoſtoli nonniſi unam Eccleſiam tradid
„runt, & baptisma unum, quod nonniſi in e
„dem Eccleſia ſit conſtitutum, & neminem
„veniamus ab Apoſtolis, cum ab hæreti
„baptizatus eſſet, in eodem baptismo admiſſu
„eſſe, ut videantur Apoſtoli baptisma hære
„corum probaſſe.

„Quod etiam quidam dicunt, quaſi ad hæ
„reticorum ſuffragium pertineat, quod dixe
„Apoſtolus Paulus *Philipp. 2. Verumtamen* o
„*nimodo ſive per occaſionem, ſive per verita*
„*Chriſtus annuntietur:* invenimus hoc quoq
„ad eorum patrocinium, qui hæreticis ſuff
„gantur, nihil poſſe proficere; neque enim d
„hæreticis, aut de eorum baptismo loque
„tur in Epiſtola ſua Paulus, ſed de fratrib
„ſive inordinate, & contra eccleſiaſticam d
„ſciplinam ambulantibus, ſive evangelicam v
„ritatem de Dei timore ſervantibus, & quo
„dam ex eis poſuit verbum Domini intrepid
„locutos, quosdam vero in invidia, & diſſen
„ſione

: verſatos; quosdam ſervaſſe circa ſe bellam charitatem, aliquos vero habuiſſe ;volam diſſenſionem; ſed tamen patienė omnia ſuſtinere, dummodo ſive in vee, ſive per occaſionem nomen Chriſti ad imorum notitiam perveniret. Porro aliud eos, qui intus in Eccleſia ſunt, de no ; Chriſti loqui, aliud eſt, eos, qui foris :, & contra Eccleſiam faciunt, in nomi ;hriſti baptizare.

Non eſt autem, quod aliquis ad circumiendam chriſtianam veritatem Chriſti noa opponat, ut dicat, in nomine Jeſu Chriubicunque quomodocunque baptizati grav Chriſti ſunt conſecuti: quando ipſe riſtus dicat: *Non omnis, qui dicit mihi, mine, Domine, intrabit in regnum cælorum.* tth. 7. Unde apparet, non ea ſtatim aſſunda, quæ jactantur in nomine Chriſti, ſed e geruntur in Chriſti veritate; quod enim Evangeliis, & in Apoſtolorum Epiſtolis ı Chriſti nomen inſinuatur ad remiſſionem atorum, non ita eſt, quaſi ſine Patre, contra Patrem prodeſſe cuiquam ſolus is poſſit, ſed ut Judæis, qui jactitabant, atrem habere, oſtenderetur, quod nihil Pater profuturus eſſet, niſi in Filium crent, quem ille miſiſſet. Alia enim fuit eorum ſub Apoſtolis ratio, alia eſt genti conditio: illi, quia jam legis & Moyſi quiſſimum baptisma fuerant adepti, in ine quoque Jeſu Chriſti erant baptizandi, ndum quod in Actis Apoſtolorum Petrus

„ad

Baptismus in nomine Jesu an valeat?

„ad eos loquitur: *Baptizetur unusquisqu*
„*ftrum in nomine Domini Jesu Christi in remi*
„*nem peccatorum &c. Act.* 2. Ubi Jesu Ch
„mentionem facit Petrus, non quasi P
„omitteretur, sed ut Patri quoque Filius
„jungeretur.

Baptismus sanguinis. p. 187.

„Denique quidam Catechumenos nobis
„ponunt: si quis ex his, antequam in Ec
„sia baptizetur, in confessione nominis ap
„hensus fuerit, & occisus, an spem salu
„& prœmium confessionis amittat, eo quod
„aqua prius non sit renatus. Sed sciant,
„mo Catechumenos illos integram fidem,
„Ecclesiæ unitatem tenere, & ad debellan
„diabolum de divinis castris cum plena
„sincera Dei Patris, & Christi, & Spi
„sancti cognitione procedere: deinde nec
„vari baptismi Sacramento, utpote qui ba
„zentur gloriosissimo, & maximo Sang
„baptismo, de quo & Dominus dicebat,
„bere se aliud baptisma baptizari. Sang
„autem suo baptizatos, & Passione sancti
„tos consummari declarat in Evangelio
„Dominus, quando ad latronem in ipsa pa
„ne credentem, & confitentem loquitur,
„quod secum futurus sit in paradiso, pollic

„Sed dicit aliquis: quid ergo fiet de
„qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam
„nientes sine baptismo admissi sunt? Pot
„est Deus misericordia sua indulgentiam d
„& eos, qui ad Ecclesiam simpliciter ad
„in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiæ suæ

„n

neribus non ſeparare: non tamen quia aliquando erratum eſt, ideo ſemper errandum eſt, cum magis congruat ſapientibus, perſpectæ veritati libenter obſequi, quam pertinaciter reluctari.

„Nec quisquam exiſtimet, hæreticos, eoquod illis *baptismata* opponitur, quaſi ſecundi baptismi vocabulo ſcandalizatos, ut ad Eccleſiam veniant, retardari: imo vero hoc ipſo magis ad neceſſitatem veniendi teſtimonio oſtenſæ ſibi, & probatæ veritatis adiguntur; nam ſi viderint, ſententia noſtra id decerni, ut baptisma juſtum, & legitimum computetur, quo illic baptizantur, putabunt ſe Eccleſiam quoque, & cætera Eccleſiæ munera juſte, & legitime poſſidere, nec erit cauſa veniendi ad nos, quando habentes baptisma habere videantur & cætera. Porro autem cum cognoſcunt, baptisma nullum foris eſſe, nec remiſſam peccatorum extra Eccleſiam dari poſſe, avidius ad nos properant, & munera Eccleſiæ Matris implorant, certi, pervenire ſe omnino non poſſe ad veram divinæ gratiæ pollicitationem, niſi prius venerint ad Eccleſiæ unitatem. Nec recuſabunt baptizari apud nos hæretici legitimo, & vero Eccleſiæ baptismo, quando ex nobis didicerint, baptizatos quoque a Paulo eos, qui in baptismo Joannis baptizati fuiſſent. *Act.*

Hæc tibi breviter pro noſtra mediocritate reſcripſimus nemini præſcribentes, aut præjudicantes, quo minus unusquisque Epiſcoporum, quod putat, faciat, habens ar„bitrii

„bitrii ſui liberam poteſtatem: nos, quantum „in nobis eſt, propter hæreticos cum Coepi„ſcopis noſtris non contendimus, cum quibus „divinam concordiam, & dominicam pacem „tenemus.

Epistola LXXIV.

De rebaptizandis hæreticis contra S. Stephanum P. p. 192.

Epiſtolam hanc S. Cyprianus ad Pompejum de rebaptizandis hæreticis contra Epiſtolam S. Stephani P. ſcripſit, de qua S. Auguſtinus *l.* 5. *contra Donatiſt. c.* 25. ita ſcribit: „Jam il„la, quæ in Stephanum iratus effudit, retra„ctare nolo, quia & opus non eſt; eadem „quippe ipſa dicuntur, quæ jam ſatis diſcuſſa „ſunt, & ea præterire melius eſt, quia peri„culum pernitioſæ diſſenſionis habuerunt." Stephanus autem & abſtinendos putaverat, qui de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinem convellere conarentur: iſte autem quæſtionis ipſius difficultate permotus, & ſanctis charitatis viſceribus largiſſime præditus in unitate eis manendum, qui diverſa ſentirent. Ita quamvis commotius, ſed tamen fraterne indignetur, vicit tamen pax Chriſti in cordibus eorum, ut in tali diſcrepatione nullum inter eos malum ſchismatis oriretur. Hactenus S. Auguſtinus, cujus verba antidoti loco eſſe poſſunt contra eos, qui ex hac Epiſtola ſchisma ſuum a Romano Pontifice confirmare nituntur.

Jam ad ipſam Epiſtolam, quam S. Cyprianus ita orditur: „Quia deſideraſti in noti„tiam tuam perferri, quæ mihi ad literas no-

„ſtras

Stephanus frater noster rescripserit, misi scripti ejus exemplum, quo lecto magis atque magis ejus errorem denotabis, hæreticorum causam contra Christianos, ntra Ecclesiam Dei asserere conatur. inter cætera vel superba, vel ad rem ertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ ite, atque improvide scripsit, etiam illdjunxit, ut diceret: *Si quis ergo a quacunque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* A quacunque ergo hæresi venientes baptizari in Ecclesia vetuit, id est, omnium hæreticorum baptismata legitima esse judicavit, & cum singulæ hæreses singula baptismata, & diversa peccata habeant, hic omnium baptismo communicans universa delicta in sinum suum coacervata con- *Nihil innovetur*, inquit, *nisi quod traditum est.* Unde est ista traditio? Utrumne dominica, & evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis, atque epistolis veniens? Ea enim facienda esse, scripta sunt, Deus testatur. *Jos.* 1. Si aut in Evangelio præcipitur, aut in Apostolorum epistolis, vel actibus continetur, quacunque hæresi venientes non baptizentur, observetur divina hæc, & sancta traditio; si vero ubique hæretici nihil aliud, n Adversarii, & Antichristi nominantur, tandi, & perversi, & a semetipsis dam- *Tit.* 3. Quale est, ut videantur dam-

„nandi a nobis non esse? Et si baptisma u
„est, quod soli Ecclesiæ de divina dignat
„concessum est, quæ ista obstinatio est, q
„ve præsumptio, humanam traditionem
„næ dispositioni anteponere, nec animad
„tere, irasci Deum, quotiens divina præc
„solvit humana traditio. *Marc.* 7. Præc
„sane, & legitima traditio Stephano fr
„nostro docente proponitur, quæ auctorita
„nobis idoneam præbeat; nam in eodem
„epistolæ suæ addidit: *Cum ipsi hæretici pr*
„*alterutrum ad se venientes non baptizent,*
„*communicent tantum.* Ad hoc enim malo
„devoluta est Ecclesia Dei, & Sponsa Chr
„ut hæreticorum exempla sectetur: & si
„ctus baptismi nomini Jesu Christi tribu
„cur non in ejusdem Christi nomine illi
„manus baptizato imponitur ad accipien
„Spiritum sanctum? Illud quoque inept
„ut, cum nativitas secunda spiritualis sit,
„cant, quod possit quis apud hæreticos s
„taliter nasci, ubi Spiritum negant esse.

„Cum vero nulla omnino hæresis ha
„salutaris baptismi sanctificationem foris po
„cur in tantum Stephani fratris nostri obst
„tio dura prorupit, ut etiam de Marcionis
„baptismo contendat filios Dei nasci. Qu
„loco considerandum est, an constare Sacer
„tis Dei ratio in die judicii possit proba
„blasphemantium Deum baptismata: an
„honorem Deo, qui Marcionis baptismo co
„municat &c.? Si sic honor Deo datur, t
„damus diabolo ordinationem Evangelii,

„s

„spositionem Christi, majestatem Dei &c. merito & sic in dies singulos schismata, & hæreses surgunt, crebrius, & liberius excrescunt, & serpentinis criminibus pullulantes „adversus Ecclesiam Dei majoribus viribus venenorum suorum virus exprimunt, dum illis „advocatione quorumdam & auctoritas præstatur, & firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum veritas proditur, „dum id, quod contra Ecclesiam foris geritur, „intus in ipsa Ecclesia vindicatur. Nec consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire debet, quo minus veritas prævaleat. „& vincat; nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Fit autem studio præsumptionis, & contumaciæ, ut quis magis sua „prava, & falsa defendat, quam ad alterius „recta, & vera consentiat. Observatur itaque, „& tenetur a nobis explorata, & perspecta veritate, ut omnes, qui ex quacunque hæresi „ad Ecclesiam convertuntur, Ecclesiæ unico „legitimo baptismo baptizentur, exceptis his, „qui baptizati in Ecclesia prius fuerant, & sic „ad hæreticos transierant; hos enim oportet, „cum redeunt, acta pœnitentia per manus impositionem solam recipi, & in ovile, unde „erraverant, a Pastore restitui.

EPISTOLA LXXV.

Epist. Firmiliani contra S. Stephanum.

Hæc Epistola est Firmiliani Cæsareæ Cappadocum Episcopi ad S. Cyprianum scripta contra eandem Epistolam S. Stephani Papæ, estque ejusdem argumenti cum præcedenti, sed paulo vehementius, & acerbius, quam Episco-

ſcopum deceat, concepta ea de cauſa, quod ad Firmilianum, & alios Epiſcopos S. Stephanus aliam quoque epiſtolam ſcripſerat, ſe illis non communicaturum, quamdiu in ſententia de rebaptizandis hæreticis perſiſterent. Cum proinde in eodem errore cum S. Cypriano Firmilianus verſatus fuerit, nullum patrocinium Eccleſiæ Romanæ hoſtes ex hac epiſtola quærere pro ſuis erroribus poſſunt.

Igitur Firmilianus poſt prolixam pacis, & unionis inter Epiſcopos commendationem, & acerbam S. Stephani P. cenſuram ita pergit: „Et quantum quidem ad id pertineat, quod „Stephanus dixit, quaſi Apoſtoli eos, qui ab „hæreſi veniant, baptizari prohibuerint, & „hoc cuſtodiendum poſteris tradiderint, ple„niſſime vos reſpondiſtis. Eos autem, qui „Romæ ſunt, non ea in omnibus obſervare, „quæ ſint ab origine tradita, & fruſtra Apo„ſtolorum auctoritatem prætendere, ſcire quis „etiam inde poteſt, quod circa celebrandos „dies Paſchæ, & circa multa alia divinæ rei „Sacramenta videat eſſe apud illos aliquas di„verſitates, nec obſervari illa omnia æquali„ter, quæ Hieroſolymis obſervantur. Secun„dum quod in cæteris quoque provinciis plu„rimis multa pro locorum, & nominum di„verſitate variantur, nec tamen propter hoc „ab Eccleſiæ catholicæ pace, atque unitate „aliquando diſceſſum eſt; quod nunc Stepha„nus auſus eſt facere, rumpens adverſus vos „pacem, quam ſemper anteceſſores ejus vobis„cum amore, & honore mutuo cuſtodierunt,

„ad-

adhuc etiam infamans Petrum, & Paulum beatos Apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint, qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt, &, ut eos evitemus, monuerunt. Unde apparet, traditionem hanc humanam esse, quæ hæreticos baptisma habere defendit." Reliqua, quæ hic Firmilianus profert, vel sunt repetitiones eorum, quæ S. Cyprianus in prioribus suis epistolis jam protulit, vel graves in S. Stephanum P. invectivæ, quæ sane Episcoporum maxime dedecebant, & exacerbatum Firmiliani erga S. Stephanum animum produnt, e quibus proinde nulla utilitas capienda est.

Epistola LXXVI.

Prior Epistolæ hujus ad Magnum datæ pars ejusdem est cum præcedentibus de rebaptizandis hæreticis argumenti, præterquam quod specialiter de baptizandis Novatianis hæc scribat S. Cyprianus: „Dicimus, omnes omnino hæreticos, & schismaticos nihil habere potestatis, ac juris. Propter quod Novatianus nec debet, nec potest excipi, quo minus ipse quoque extra Ecclesiam consistens inter Adversarios, & Antichristos computetur. Cum vero sola Ecclesia habeat aquam vitalem, & baptizandi, atque abluendi hominis potestatem, qui dicit, apud Novatianum baptizari, & sanctificari aliquem posse, prius ostendat, & doceat, Novatianum in Ecclesia esse, aut Ecclesiæ præsidere; si enim apud „Novatianum est, apud Cornelium non fuit: „si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano „Episcopo legitima ordinatione successit, No- *Novatiani rebaptizandi.* *p.* 208.

„loquatur: *Et aspergam super vos aquam mun-*
„*dam &c. Ezech.* 36. Unde apparet, asper-
„sionem quoque aquæ instar salutaris lavacri
„obtinere, & quando in Ecclesia fiunt, ubi sit
„& dantis, & accipientis fides integra, stare
„omnia, & consummari, ac perfici posse ma-
„jestate Domini, & fidei veritate. Porro au-
„tem, quod quidam eos salutari aqua, & fide
„legitima Christi gratiam consecutos non Chri-
„stianos, sed Clinicos vocant, non invenio,
„unde hoc nomen assumant, nisi forte qui plu-
„ra, & secretiora legerunt apud Hippocratem,
„vel Soranum Κλινικοὺς istos deprehenderunt.
„Ego enim, qui Clinicum de Evangelio *Joan.* 5.
„scio, paralytico illi, & debili per longa æta-
„tis curricula in lecto jacenti nihil infirmita-
„tem suam obfuisse, quo minus ad firmitatem
„cœlestem plenissime perveniret, nec tamen
„indulgentia dominica excitatum de grabato
„esse, sed ipsum grabatum suum reparatis, &
„vegetatis viribus sustulisse. Et idcirco quan-
„tum fide concipere, & sentire nobis datur,
„mea sententia hæc est, ut Christianus judi-
„cetur legitimus, quisquis fuerit in Ecclesia
„lege, & jure fidei divinam gratiam consecu-
„tus; aut si aliquis existimat, eos nihil con-
„secutos, eoquod aqua salutari tantum perfusi
„sint, sed inanes, & vacui sunt, non deci-
„piantur, ut, si incommodum languoris eva-
„serint, & convaluerint, baptizentur. Si
„autem baptizari non possunt, qui jam bap-
„tismo ecclesiastico sanctificati sunt, cur in
„fide sua, & Domini indulgentia scandalizen-
„tur? An consecuti sunt quidem gratiam do-
„mi-

icam, sed breviore, & minore mensura
ıeris divini, ac Spiritus sancti, ut ha-
ntur quidem Christiani, non sint tamen
eris adæquandi? Quin imo Spiritus san-
non de mensura datur, sed super creden-
totus infunditur. Plane eadem gratia
talis, quæ æqualiter in baptismo a cre-
:ibus sumitur, in conversatione, atque
nostro postmodum minuitur, vel auge-
Quodsi aliquis in illo movetur, quod
:em de iis, qui ægri baptizantur, spiri-
s adhuc immundis tentantur, sciat dia-
nequitiam pertinacem usque ad aquam
tarem valere, in baptismo vero omne ne-
iæ suæ virus amittere. Quippe hoc ad-
geritur, ut per Exorcistas voce humana, *Exorci-*
ıoteftate divina flagelletur, & uratur, & *starum*
peatur diabolus, & cum exire se, & ho- *potestas.*
es Dei dimittere sæpe dicat, in eo tamen, *p. 212.*
d dixerit, fallat: cum tamen ad aquam
tarem, atque ad baptismi sanctificationem
itur, scire debemus, & fidere, quia illic
ɔolus opprimitur, & homo Deo dicatus
na indulgentia liberatur. Hoc denique
'ebus ipsis experimur, ut necessitate ur-
te in ægritudine baptizati, & gratiam
secuti careant immundo spiritu, quo an-
movebantur, & laudabiles, ac probabi-
in Ecclesia vivant, plusque per dies sin-
os in augmentum cœlestis gratiæ per fidei
rementa proficiant: & contra sæpe non-
li de illis, qui baptizantur, si postmodum
:care cœperint, spiritu immundo redeunte
ıtiuntur, ut manifestum sit, diabolum in

„baptismo fide credentis excludi, si fides post-„modum defecerit, regredi.

Epistola LXXVII.

Martyrum encomium. p. 216.

S. Cyprianus in hac Epistola ad Nemesianum, & cæteros Martyres in metallo constitutos scripta, dum ipse etiam ob confessionem nominis Christi relegatus esset, eos sequentibus præconiis effert: „Non miror, ut sic vos „Dominus ad gloriarum sublime fastigium „clarificationis suæ honore provexerit, qui „semper in Ecclesia ejus custodito fidei tenore „viguistis, conservantes firmiter dominica man„data, in simplicitate innocentiam, in chari„tate concordiam, modestiam in humilitate, „diligentiam in administratione, vigilantiam „in adjuvandis laborantibus, misericordiam in „fovendis pauperibus, in defendenda veritate „constantiam, in disciplinæ severitate censu„ram: ac ne aliquid ad exemplum bonorum „factorum deesset in vobis, etiam in confessio„ne vocis, & passione corporis fratrum men„tes ad divina Martyria provocatis, duces vos „exhibendo virtutis, ut, dum grex Pastores „suos sequitur, paribus obsequiorum meritis à „Domino coronetur. Quod autem fustibus „cæsi estis, non ad fustes christianum corpus „expavit, cujus est spes omnis in ligno. Sa„cramentum salutis suæ Christi servus agnovit, „redemptus ligno ad vitam æternam, ligno „provectus est ad coronam. Quid vero mirum, „si vasa aurea, & argentea in metallum, id „est, auri, & argenti domicilium dati estis, „nisi quod nunc metallorum natura conversa

„est,

locaque, quæ aurum, & argentum dare confueverant, accipere cœperunt? Im-erunt quoque compedes pedibus veſtris, i cum corpore ligetur, & ſpiritus, aut ım veſtrum ferri contagione maculetur, menta ſunt iſta non vincula, nec Chriorum pedes ad infamiam copulant, ſed ficant ad coronam. Non fovetur in me- ; lecto, & culcitris corpus, ſed refrige- & ſolatio Chriſti fovetur. Humi jacent laboribus viſcera, ſed pœna non eſt, Chriſto jacere: Squallent ſine balneis ıbra ſitu, & ſorde deformia, ſed ſpiri-er intus abluitur, quod foris carnaliter idatur. Panis illic exiguus; at non in pane vivit homo, ſed in ſermone Dei. ıis algentibus deeſt; ſed qui Chriſtum in-:, & veſtitus abundanter, & cultus eſt. ıitonſi capitis capillus horreſcit, ſed cum aput viri Chriſtus, qualecunque illud ca-deceat, neceſſe eſt, quod ob Domini no-ı inſigne eſt. Omnis iſta deformitas qua-ɔlendore penſabitur? Nec in illo aliqua eſt aut religionis, aut fidei jactura ſentiri, ıd nunc illic Sacerdotibus Dei facultas non ur offerendi, & celebrandi ſacrificia di-a. Celebratis, imo atque offertis ſacrifi-m Deo, & pretioſum pariter, & glorio-ı, & plrimum vobis ad retributionem prœ-ɔrum cœleſtium profuturum, cum Scri-ra divina dicat: *Sacrificium Deo ſpiritus tribulatus &c. Pſ.* 50. Hoc vos ſacrificium o offertis hoſtiæ facti Deo, & vosmet ipſos ıctas, & immaculatas victimas exhibentes,

„*Rom.*

„*Rom.* 12. hoc eſt, quod ſolum Domino de be-
„neficiis ejus grandibus, & ſalutaribus fidei,
„ac devotionis noſtræ obſequia retribuant,
„prædicante in Pſalmis Spiritu ſancto: *Calicem*
„*ſalutaris accipiam &c. Pſ.* 119. Quis non li-
„benter calicem ſalutis accipiat? Placitum
„ejus oculis, qui nos in congreſſione nominis
„ſui deſuper ſpectans volentes comprobat, ad-
„juvat dimicantes, vincentes coronat, retri-
„butione bonitatis, ac pietatis paternæ remu-
„nerans in nobis, quidquid ipſe præſtitit, &
„honorans, quod ipſe perficit. Qui nunc vo-
„bis conſcientiæ victricis vigor? Qui trium-
„phus in pectore? Unumquemque veſtrum
„ſtare ad promiſſum Dei prœmium, de judicii
„die eſſe ſecurum; ambulare in metallo capti-
„vo quidem corpore, ſed corde regnante. Ex-
„pectatis quotidie læti profectionis veſtræ ſa-
„lutarem diem, poſt has mundi tenebras vi-
„ſuri candidiſſimam lucem, & accepturi ma-
„jorem paſſionibus omnibus, & conflictationi-
„bus omnibus claritatem. *Rom.* 8. Plane quia
„nunc vobis in precibus efficacior ſermo eſt,
„& ad impetrandum, quod in preſſuris petitur,
„facilior oratio eſt, petite intentius, & roga-
„te, ut confeſſionem omnium noſtrum digna-
„tio divina conſummet, ut, qui hic charita-
„tis, & pacis vinculo copulati contra hæreti-
„corum injurias, & preſſuras gentilium ſimul
„ſtetimus, pariter in regnis cœleſtibus gau-
„deamus.

Epistola LXXVIII.

Epistola hæc Nemesiani, Dativi, Felicis, & Victoris ad S. Cyprianum data nihil aliud, quam responsum continet ad Epistolam præcedentem, & gratias agit tum pro consolatione Martyribus impensa, tum pro subsidio illis submisso.

Epistola LXXIX.

Ejusdem argumenti est hæc Epistola cum præcedenti a Lucio, & cæteris Martyribus ad S. Cyprianum scripta, in qua prædicti Martyres pro solatio, & subsidio sibi impenso gratias referunt.

Epistola LXXX.

Hæc item Epistola a Felice, Jadere, Polyano, & cæteris Martyribus ad S. Cyprianum data ejusdem est cum præcedente argumenti.

Epistola LXXXI.

S. Cyprianus jam in exilium pulsus Rogatiano juniori, & cæteris Confessoribus in carcere constitutis has literas misit, illosque ad certamen ita animat: „Quid mihi optatius, „& lætius posset accidere, quam nunc vobis „inhærere, ut complecterer manus illas, quæ „puræ, & innocentes, & dominicam fidem „servantes sacrilega obsequia respuerunt. Quid „jucundius, & sublimius, quam osculari nunc „ora vestra, quæ gloriosa voce Dominum con„fessa sunt, conspici etiam præsentem ab ocu„lis vestris, qui despecto sæculo conspiciendo „Deo digni extiterunt? O beatum carcerem, „quem

Martyrum laus. *p. 222.*

„quem illuſtravit veſtra præſentia! Q
„nes Dei mittit ad cœlum! Nec q
„nunc verſetur in cordibus veſtris, c
„vina præcepta, quibus vos ad tol
„paſſionis Spiritus ſanctus ſemper a
„nemo mortem cogitet, ſed immorta
„nec temporariam pœnam, ſed glori
„piternam. Quando judicaturos vos
„naturos cum Chriſto Domino cogitati
„tetis, neceſſe eſt, & futurorum gau
„ſentia ſupplicia calcetis. Beatas e
„minas, quæ dominicam fidem tene
„ſexu ſuo fortiores non ſolum ipſæ
„nam proximæ ſunt, ſed & cæteris
„fæminis exemplum de ſua conſtantia
„runt. Ac nequid deeſſet ad gloriam
„veſtri, ut omnis vobiſcum & ſexus,
„eſſet in honore, pueros etiam vobis
„confeſſione ſociavit divina dignatio.
„fidem nos quoque retinentes contem
„ſentium futura tantummodo cogitem
„ctum regni æterni, complexum, &
„Domini, conſpectum Dei; ut ſequ
„omnibus Rogatianum Presbyterum g
„ſenem viam vobis ad gloriam tempo
„religioſa virtute, & divina dignation
„tem, quæ ut conſummetur in vobis,
„orationibus Dominum deprecamur,
„ad ſumma pergentibus, quos confite
„faciat & coronari.

Epistola LXXXII.

S. Cyprianus ſub finem vitæ ſuæ in hac epiſtola Succeſſo Epiſcopo: „Re

„Valerianum Imperatorem ad Senatum, ut „Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi in conti„nenti animadvertantur; Senatores vero, & „Equites Romani dignitate amissa etiam spo„lientur, & si perseveraverint, morte mulcten„tur: Matronæ ademptis bonis in exilium re„legentur: Cæsareani confiscentur, & vincti „in Cæsareanas possessiones descripti mittan„tur. Xystum autem in cœmiterio animad„versum sciatis octavo iduum Augustarum die, „& cum eodem Quartum. Hæc peto per vos, „& collegis nostris innotescant, ut ubique hor„tatu eorum possit fraternitas corroborari, & „ad agonem spiritualem præparari.

Epistola LXXXIII.

Cum jam sub finem vitæ suæ ad hortos suos reverso S. Cypriano nuntiaretur, missos esse frumentarios, seu lictores, qui eum Uticam ad supplicium pertraherent, secessit. Ne vero metu mortis hoc fecisse crederetur, in hac epistola hanc secessus causam affert: Eo„quod congruat, Episcopum in ea civitate, in „qua Ecclesiæ dominicæ præest, illic Domi„num confiteri, & plebem universam præpo„siti præsentis confessione clarificari; quodcun„que enim sub illo confessionis momento Con„fessor Episcopus loquitur, aspirante Deo „ore omnium loquitur. Cæterum mutilabi„tur honor Ecclesiæ nostræ, si ego Episco„pus alterius Ecclesiæ accepta apud Uticam „super confessione sententia exinde Martyr ad „Dominum proficiscar, quando quidem ego & „pro me, & pro vobis apud vos confiteri, &

„ibi

„ibi pati, & exinde ad Dominum profici
„orationibus continuis deprecer, & votis o
„nibus exoptem, & debeam. Expectamus
„go hic in secessu abdito constituti adventu
„Proconsulis Carthaginem redeuntis, audit
„ab eo, quid Imperatores super Christianor
„nomine mandaverint, dicturi, quod ad hor
„Dominus dici voluerit.



S. CÆCILII CYPRIANI
LIBER
DE DISCIPLINA, ET HABITU VIRGINUM.

§. I.
Argumentum.

Sanctus Cyprianus in hoc libro imitatur p omnia libros Tertulliani de virginibus v landis, de habitu mulierum, & præcipue cultu fœminarum, & virgines ad congruente pudicitiæ disciplinam, & habitum sanctimon dignum hortatur. Hujus libri meminerunt Hieronymus *in ep. ad Demetriad. & Eustoch* & S. Augustinus *l.* 4. *de doctr. christ. c.* 21. pace Ecclesiæ scriptus esse videtur, eoqu nullo persecutionis instantis metu, uti plerur que alibi, virgines ad mentem revocet. Ite ex illis verbis: *Has adhortamur affectione poti quam potestate &c.* colligi videtur, S. Cypri num nondum Episcopum fuisse, sed Presbyt terum duntaxat, aut saltem non diu Episc pum, dum hunc librum scriberet.

§. I

§. II.
Analysis.

S. Cyprianus hunc librum orditur a laude, & commendatione disciplinæ dicens: „Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes, ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis facit in Christo „manere semper, ac jugiter Deo vivere, & ad „promissa cœlestia pervenire. Hanc & sectari „salubre est, & aversari, ac negligere lethale. „In Psalmis loquitur Spiritus sanctus: *Conti-„nete disciplinam, ne forte irascatur Dominus.* „*Ps.* 2. Quodsi in Scripturis sanctis tam vete-„ribus, quam etiam novis frequenter, & ubi-„que disciplina præcipitur, & fundamentum „omne religionis, ac fidei de observatione, ac „timore proficiscitur, quid magis velle, ac te-„nere nos convenit, quam ut radicibus fortius „fixis, & domiciliis nostris super petram ro-„busta mole solidatis inconcussi ad procellas „sæculi stemus, & ad Christi munera per præ-„cepta divina veniamus, considerantes pariter, „quod templa Dei sint membra nostra ab om-„ni fœce contagionis antiquæ lavacri salutaris „sanctificatione purgata, nec violari illa, vel „pollui fas sit, quando qui violat, & ipse vio-„letur. Eorum nos templorum cultores, & „antistites sumus: serviamus illi, cujus esse „jam cæpimus; *non enim estis vestri*, dicit Pau-„lus, *empti enim estis pretio magno*, *glorificate*, „*& portate Deum in corpore vestro.* Glorifice-„mus, & portemus Deum puro, & mundo „corpore, & observatione meliore, & qui per

Disciplinæ encomium.

p. 227.

„Sanguinem Chriſti Domini noſtri redempti „ſumus, per omnia ſervitutis obſequia Re„demptoris imperio pareamus, demusque ope„ram, ne quid immundum, & profanum tem„plo Dei inferatur, ne offenſus ſedem, quam „inhabitat, derelinquat. Et quidem hoc tam „viri, quam mulieres, tam pueri, quam puel„læ ſexus omnis, atque omnis ætas obſervet, „& curet pro religione, & fide, quam Deo „debet, ne, quod ſanctum, & purum de Do„mini dignatione percipitur, minus ſollicito „timore teneatur.

rgini- is en- nium. , 228.

„Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, qua„rum quo ſublimior gloria eſt, major & cura „eſt. Flos eſt ille eccleſiaſtici germinis, de„cus, atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, „læta indoles, laudis, & honoris opus inte„grum, atque incorruptum, Dei imago reſpon„dens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior por„tio gregis Chriſti. Gaudet per illas, atque „in illis largiter floret Eccleſiæ matris glorioſa „fæcunditas, quantoque plus copioſa virgini„tas numero ſuo addit, tanto plus Matris gau„dium augeſcit. Ad has loquimur, has ad„hortamur affectione potius, quam poteſtate, „non quod minimi aliquid ad cenſuram licen„tiæ vindicemus, ſed quod ad ſollicitudinem „magis cauti plus de diaboli infeſtatione ti„meamus; neque enim inanis hæc cautio eſt, „& vana formido, quæ ad ſalutis viam conſu„lit, quæ dominica, & vitalia præcepta cu„ſtodit, ut, quæ ſe Chriſto dicaverint, & a „carnali concupiſcentia recedentes tam carne,

um ginita-

„quam

ıam mente se Deo voverint, consumment pus suum magno prœmio destinatum, nec mari jam, aut placere cuiquam nisi Domio suo studeant, a quo & mercedem virginitis expectant.

3. „Quodsi Christum continentia sequitur, regno Dei virginitas destinatur, quid est is cum terreno cultu, & cum ornamentis, ıibus, dum hominibus placere gestiunt, eum offendunt. Continentia vero, & pu-citia non in sola carnis integritate consistit, d etiam in cultus, & ornatus honore parir, ac pudore, ut secundum Apostolum, ıæ innupta est, sit sancta & corpore, & spitu. 1. *Cor.* 7. Virgo non esse tantum, sed intelligi debet, & credi, ut nemo, cum irginem videt, dubitet, an virgo sit. Pa-m se integritas in omnibus præstet, nec ɔnum corporis cultus infamet. Quid orna-ı, quid compta procedit, quasi maritum ıt habeat, aut quaerat? Timeat potius pla-ere, si virgo est, nec periculum sui appetat, ıæ ad meliora, & divina se servat. Quæ irum non habent, cui placere se simulent, ıtegræ, & puræ non tantum corpore, sed tiam spiritu perseverent; neque enim fas est, irginem ad speciem formæ suæ comi, aut e carne, & de ejus pulchritudine gloriari, um nulla sit illis magis, quam adversus car-em colluctatio, & vincendi corporis, ac do-ıandi obstinata certatio. Neminem Chri-tianum decet, & maxime virginem non de-et, claritatem ullam computare carnis, &

Continentia vanum ornamentum respuit.

F 2 „ho-

„honorem, sed solum appetere sermonem Dei, „bona in æternum mansura complecti, aut si „in carne sit gloriandum, tunc plane, quando „in nominis confessione gloriatur, quando for„tior fœmina viris torquentibus invenitur, „quando ignes, aut cruces, aut ferrum, vel „bestias patitur, ut coronetur. Illa sunt car„nis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta „meliora.

Divitiæ superfluum cultum non excusant. p. 229.

4. „Sed sunt aliquæ divites, quæ se bonis „suis uti debere contendant. Sciant primo, „illam divitem esse, quæ in Deo dives est: il„lam esse locupletem, quæ locuples in Christo „est; bona illa esse, quæ sunt spiritualia, di„vina, cœlestia, quæ nos ad Deum ducant, „quæ nobiscum apud Deum perpetua possessio„ne permaneant: cæterum quæcunque terrena „sunt in sæculo accepta, & hic cum sæculo „remansura, tam contemni debent, quam „mundus ipse contemnitur, cujus pompis, & „delitiis jam tunc renuntiavimus, cum melio„re transgressu ad Deum venimus. Æterna „igitur, & divina sectanda sunt, & omnia de „Dei voluntate facienda sunt, ut Domini no„stri vestigia, & magisteria divina sectemur, „qui monuit, & dixit: *Non descendi de cælo,* „*ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus,* „*qui me misit.* *Joan.* 6. Locupletem te dicis, „& divitem, sed divitiis tuis Paulus occurrit, „& ad cultum, atque ornatum tuum justo fine „moderandum sua voce præscribit. Sint, in„quit, mulieres cum verecundia, & pudicitia „componentes se, non in tortis crinibus, ne-

„que

„que auro, neque margaritis, aut vefte pre-„tiofa, fed ut decet mulieres promittentes ca-„ftitatem per bonam converfationem. 1. *Tim.* 2. „Locupletem te dicis, & divitem, fed non „omne, quod poteft, debet & fieri, nec defi-„deria prolixa, & de fæculi ambitione nafcen-„tia ultra honorem, ac pudorem virginitatis „extendi, cum fcriptum fit: *Omnia licent, fed* „*non omnia expediunt:* omnia licent, fed non „ædificant. 1. *Cor.* 6. Cæterum fi tu te fump-„tuofius comas, & per publicum notabiliter „incedas, oculos in te juventutis illicias, fu-„fpiria adolefcentium poft te trahas, concupi-„fcendi libidinem nutrias, fufpirandi fomenta „fuccendas, ut, etfi ipfa non pereas, alios „tamen perdas, excufari non potes, quafi „mente cafta fis, & pudica: redarguit te cul-„tus improbus, & impudicus ornatus, nec „computari jam potes inter puellas, & virgi-„nes Chrifti, quæ fic vivis, ut poffis adamari. „Locupletem te dicis, & divitem: fed jactare „divitias fuas virginem non decet. Petrus, „cui oves fuas pafcendas, tuendasque Domi-„nus commendat, fuper quem pofuit, & fun-„davit Ecclefiam, aurum quidem fibi effe, & „argentum negat, fed effe fe dicit Chrifti gra-„tia divitem, effe fide ejus, & virtute locu-„pletem, quibus multa magnalia cum mira-„culo faceret, quibus ad gratiam gloriæ bonis „fpiritualibus abundaret. Has opes, has di-„vitias poffidere non poteft, quæ fe divitem „fæculo mavult effe quam Chrifto. Locuple-„tem te dicis, & divitem, & utendum putas „iis, quæ poffidere te Deus voluit: utere, fed

„ad bonas artes: utere, ſed ad illa, quæ Deus „præcipit: divitem te ſentiant pauperes, lo„cupletem ſentiant indigentes. Patrimonium „tuum Deo fœnera, Chriſtum ciba, ut virgi„nitatis perferre gloriam liceat, ut ad Domini „prœmia venire contingat, multorum precibus „exora. Nam delinquis & hoc ipſo in Deum, „ſi ad hoc tibi ab illo divitias datas credis, ut „illis non ſalubriter perfruaris; alioquin ten„tatio eſt patrimonium grande, niſi ad uſus „bonos ſenſus operetur, ut patrimonio ſuo „unusquisque locupletior magis redimere, „quam augere debeat delicta.

Ornatus proſtitutis fœminis convenit. p. 230.

5. „Ornamentorum, ac veſtium inſignia, „& lenocinia formarum nonniſi proſtitutis, & „impudicis fœminis congruunt, & nullarum „fere pretioſior cultus eſt, quam quarum pu„dor vilis eſt: ſic in Scripturis ſanctis, quibus „nos inſtrui Dominus voluit, deſcribitur civi„tas meretrix compta pulchrius, & ornata, „& cum ornamentis ſuis, ac propter ipſa po„tius ornamenta peritura. *Apoc.* 17. Fugiant „caſtæ virgines, & pudicæ inceſtarum cultus, „habitus impudicarum, lupanarium inſignia, „ornamenta meretricum; clamat enim Spiri„tu S. plenus Eſaias, & filias Sion auro, & „argento, ac veſte corruptas increpat. *Iſ.* 3. „Hoc Deus culpat, hoc denotat, hinc cor„ruptas eſſe virgines, hinc a cultu vero, atque „divino deſciviſſe pronuntiat: exaltatæ ceci„derunt, comptæ turpitudinem, fæditatem„que meruerunt, ſericum, & purpuram indu„tæ Chriſtum induere non poſſunt, auro, &

„mar-

„margaritis, & monilibus adornatæ, orna„menta cordis, & pectoris perdiderunt. Quis „non id execretur, & fugiat, quod alii fuerit „exitio? Si hausto poculo moreretur ille, qui „biberat, venenum scires esse, quod ille po„tavit: nunc quanta ignorantia veri est, ani„mi quanta dementia, id velle, quod & no„cuerit semper, & noceat, & putare, quod „inde ipsa non pereas, unde alios periisse „cognoscas? Neque enim Deus coccineas, aut „purpureas oves fecit, aut herbarum succis, „& conchyliis tingere, & colorare lanas do„cuit, nec distinctis auro, lapillis, & marga„ritis monilia instituit, quibus cervicem, quam „fecit, absconderes, ut operiatur illud, quod „Deus in homine formavit, & conspiciatur id „desuper, quod diabolus adinvenit. An vul„nera inferri auribus Deus voluit, quibus in„nocens adhuc infantia, & mali sæcularis „ignara crucietur, ut postea de aurium cica„tricibus, & cavernis pretiosa grana depen„deant, gravia etsi non suo pondere, mercium „quantitate? Quæ omnia peccatores, & apo„statæ angeli suis artibus prodiderunt, quan„do ad terrena contagia devoluti a cœlesti vi„gore recesserunt.

6. „Et quidem isto in loco non virgines „tantum, aut viduas, sed & nuptas puto, & „omnes omnino fœminas admonendas, quod „opus Dei, & factura ejus, & plastica adulte„rari nullo modo debeat adhibito flavo colore, „vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet „denique lineamenta nativa corrumpente me- *Fucus minis p hibetur p. 23*

 „dica-

„dicamine. Manus Deo inferunt, quando id, „quod ille formavit, reformare, & transfigu„rare contendunt, nescientes, quia opus Dei „est omne, quod nascitur, diaboli, quodcun„que mutatur. Si quis pingendi artifex vul„tum alicujus, & speciem, & corporis quali„tatem aemulo colore signasset, & signato jam, „consummatoque simulacro manus alius infer„ret, ut jam picta quasi peritior reformaret, „gravis prioris artificis injuria, & justa indig„natio videretur: tu te existimas impune latu„ram tam improbae temeritatis audaciam, Dei „Artificis offensam? Audaci conatu, & sacri„lego contemptu crines tuos inficis, mala prae„sagio futurorum capillos jam tibi flammeos „auspicaris. Tu execraris canitiem, detestaris „alborem, qui sit ad Domini caput similis. „Non metuis, oro, quae talis es, ne, cum „resurrectionis dies venerit, Artifex tuus te „non recognoscat, & ad sua proemia venien„tem removeat, & excludat.

Virgines nuptiis, & balneis non intersint. *p. 232.*

7. „Virgines certe, quibus hic sermo nunc „consulit, quae se ejusmodi artibus compserint, „inter virgines non putem debere numerari, „sed tanquam morbidas pecudes a sancto, & „puro grege virginitatis arceri, ne contagio „suo caeteras polluant. Et quoniam continen„tiae bonum quaerimus, perniciosa quaeque, „& infesta vitemus. Nec illa praetereo, quae, „dum negligentia in usum veniunt, contra pu„dicos, & sobrios mores licentiam sibi de usur„patione fecerunt. Quasdam non pudet, nu„bentibus interesse, & in illa lascivientium li-

„ber-

:ate fermonum colloquia incefta mifcere,
ire, quod non decet, quod non licet di-
:, obfervare, & effe præfentes inter ver-
turpia, & temulenta convivia, quibus li-
num fomes accenditur, fponfa ad patien-
ı ftupri, ad audaciam fponfus animatur.
s illi in nuptiis locus eft, cui animus ad
tias non eft? Quid illic difcitur? Quid
:tur? Quantum a propofito fuo virgo de-
:, quando pudica, quæ venerat, impu-
ı difcedit? Corpore licet virgo, ac men-
ɔermaneat, oculis, auribus, lingua mi-
t illa, quæ habebat. Quid vero, quæ
mifcuas balneas adeunt, quæ oculis ad
dinem curiofis, pudori, ac pudicitiæ cor-
a dicata proftituunt, quæ cum viros, at-
: a viris nudæ vident turpiter, ac viden-
', nonne ipfæ vitiis illecebram præftant.
ierit, inquis, qua illuc mente quis veniat;
ıi tantum reficiendi corpufculi cura eft,
avandi. Non te purgat ifta defenfio, nec
:iviæ, & petulantiæ crimen excufat: for-
at lavatio ifta, non abluit, nec emundat
mbra, fed maculat: impudice tu neminem
ıfpicis, fed ipfa confpicieris impudice:
:ftaculum de lavacro facis, theatro funt
diora, quo convenis, verecundia illic om-
: exuitur, fimul cum amictu veftis honor
rporis, & pudor ponitur. Jam nunc con-
era, an, cum veftita es, verecunda fis in-
: viros talis, cui ad inverecundiam proficit
dacia nuditatis. Sic ergo frequenter Ec-
:fia virgines fuas plangit, fic flos virginum
:tinguitur, honor continentiæ, ac pudor

„cæditur, gloria omnis, ac dignitas profa
„tur, sic dum ornari cultius, dum liber
„evagari virgines volunt, esse virgines d
„nunt, furtivo dedecore corruptæ, vidu
„antequam nuptæ, non mariti, sed Chi
„adulteræ, quam fuerint prœmiis ingenti
„virgines destinatæ, tam magna supplicia
„amissa virginitate sensuræ.

xhorta- o ad fu- iendum xum. 8. „Audite itaque virgines, ut parent
„audite. Estote tales, quales vos Deus A
„fex fecit, maneat in vobis facies incorrup
„cervix pura, forma sincera. Non inferan
„auribus vulnera, nec brachia includat,
„colla de armillis, & monilibus catena p
„tiosa: sint a compedibus aureis pedes libe
„crines nullo colore fucati, oculi conspicien
„Deo digni. Celebrentur lavacra cum fœ
„nis, quarum inter vos pudica lavatio
„Nuptiarum festa improba, & convivia las
„vitentur. Vince vestem, quæ virgo es,
„ce aurum, quæ carnem vincis, & sæcu
„Servate virgines, servate, quod esse cæ
„servate, quod eritis. Magna vos m
„manet, prœmium grande virtutis, m
„maximum castitatis. Quod futuri sum
„jam vos esse cæpistis, vos resurrectionis
„riam in isto sæculo jam tenetis, per sæcu
„sine sæculi contagione transitis. Cum ca
„perseveratis, & virgines, Angelis Dei e
„æquales, tantum maneat, & duret soli
„& illæsa virginitas, & ut cæpit fortiter,
„giter perseveret; nec monilium, aut vesti
„quærat ornatum, sed morum. Omnes q
„der

„dem, qui ad divinum munus, & patriam „baptismi sanctificatione perveniunt, hominem „illic veterem gratia lavacri salutaris expo„nunt, & innovati Spiritu S. a sordibus con„tagionis antiquæ iterata nativitate purgantur: „sed nativitatis iteratæ vobis major sanctitas, „& veritas competit, quibus desideria jam „carnis, & corporis nulla sunt, sola in vobis, quæ sunt virtutis, & spiritus, ad gloriam remanserunt. Apostoli vox est: Quomodo portavimus imaginem ejus, qui de limo est, portemus & imaginem ejus, qui de cœlo est. *Cor.* 15. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat, & veritas. portant disciplinæ Dei memores, justitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam injuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes, & concordes. Quæ vos singula, „o bonæ virgines! observare, diligere, im„plere debetis, quæ Deo, & Christo vacan„tes ad Dominum, cui vos dicastis, & majo„re, & meliore parte præceditis. Provectæ „annis junioribus facite magisterium, minores „natu præbete majoribus ministerium, compa„ribus incitamentum, hortamentis vos mutuis „excitate, æmulis de virtute documentis ad „gloriam provocate. Durate fortiter, spirita„liter pergite, pervenite feliciter, tantum me„mentote tunc nostri, cum incipiet in vobis „virginitas honorari.



S. CÆ-

S. CÆCILII CYPRIAN

LIBER

DE LAPSIS.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Cyprianus sæpe promiserat, si Ecclesiæ reddita de ratione lapsorun pturum. Hoc igitur promissum in hoc exsolvit, cujus meminerunt præter ips Cyprianum *ep.* 51. Pontius *in vita*, Eu *Hist. Eccl. l.* 6. *c.* 33., & post eum Nicep & Freculphus, divus quoque Augustini *de adult. conjug. c.* 25., & Fulgentius *ad sim:* imitatur autem S. Cyprianus in ho Tertullianum in libro de pœnitentia, etiam cæteroquin suum Magistrum consueverat.

§. II.

Analysis.

'arty- m enco- ium. p. 238. 1. Sanctus Cyprianus initio statim huju insperatam Ecclesiæ pacem, & in in persecutione Confessorum constantian tulabundus proponit, dicens: „Pax, e „lectissimi Fratres! Ecclesiæ reddita e „quod difficile nuper incredulis, ac p „impossibile videbatur, ope, atque ultio „vina securitas nostra reparata est. I

„laudes Deo, & beneficia ejus, ac munera „cum gratiarum actione celebranda, quamvis „agere gratias nostra vox nec in persecutione „cessaverit. Confessores præconio boni no„minis claros, & virtutis, ac fidei laudibus „gloriosos lætis conspectibus intuemur. Adest „militum Christi cohors candida, qui persecu„tionis urgentis ferociam turbulentam stabili „congressione fregerunt parati ad patientiam „carceris, armati ad tolerantiam mortis: re„pugnastis fortiter sæculo, spectaculum glorio„sum præbuistis Deo, secuturis fratribus fui„stis exemplo. Religiosa vox Christum locuta „est, in quem se semel credidisse confessa est. „Illustres manus, quæ nonnisi divinis operibus „assueverant, sacrificiis sacrilegis restiterunt: „sanctificata ora cœlestibus cibis post Corpus, „& Sanguinem Domini idolorum reliquias re„spuerunt: ab impio velamine, quo illic vela„bantur capita captiva, caput vestrum liberum „mansit: frons cum signo Dei pura diaboli co„ronam ferre non potuit, coronæ se Domini „reservavit. Quam vos læto sinu excipit Ma„ter Ecclesia de prælio revertentes, de hoste „prostrato trophæa referentes? Cum trium„phantibus viris & fœminæ veniunt, quæ cum „sæculo dimicantes sexum quoque vicerunt. „Veniunt & gemminata militiæ suæ gloria „virgines, & pueri annos suos continentiæ „virtutibus transeuntes. Explorandæ fidei „præfiniebantur dies: sed qui sæculo renun„tiasse se meminit, nullum sæculi diem novit, „nec tempora terrena jam computat, qui æter„nitatem de Deo sperat. Nemo hanc gloriam

„mu-

„mutilet, cum dies negantibus præstitut
„excessit, quisquis professus intra diem n
„est, Cristianum se esse confessus est: prim
„est victoriæ titulus, gentilium manibus a
„prehensum Dominum confiteri: secundus
„gloriam gradus est, cauta secessione subt
„ctum Domino reservari: illa publica, h
„privata confessio est.

usa rsecu- mis pec- ta no- a vel obatio. p. 239.

2. „Has Martyrum cœlestes coronas m
„stitia una consistat, quod avulsam nostron
„viscerum partem violentus inimicus popu
„tionis suæ strage dejecit. Quid hoc loco
„ciam? Lachrymis magis, quam verbis o
„est ad exprimendum dolorem, quo corp
„nostri plaga deflenda est, quo populi aliqu
„do numerosi multiplex lamentanda jactu
„est. Doleo, fratres! doleo vobiscum,
„mihi ad leniendos dolores meos sanitas
„vata blanditur, quando plus pastor in gr
„sui vulnere vulneretur. Si tamen cladis
„sa cognoscitur, & medela vulneris inven
„Dominus probari familiam suam voluit
„quia traditam nobis divinitus disciplinam
„longa corruperat, jacentem fidem, & p
„dormientem censura cœlestis erexit, cum
„nos peccatis nostris amplius pati mereremi
„clementissimus Dominus sic cuncta moder
„tus est, ut hoc omne, quod gestum est, e
„ploratio potius, quam persecutio videretu
„Studebant augendo patrimonio singuli, & i
„satiabili cupiditatis ardore ampliandis facult
„tibus incubabant. Non in Sacerdotibus rel
„gio devota, non in ministris fides integr

„no

„non in operibus misericordia, non in mori„bus disciplina. Corrupta barba in viris, in „foeminis forma fucata. Adulterati post Dei „manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad „decipienda corda simplicium callidae fraudes „circumveniendis fratribus subdolae volunta„tes. Jungere cum Infidelibus vinculum ma„trimonii, non judicare tantum temere, sed „etiam pejerare: Praepositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, „diis pertinacibus invicem diffidere. Episcoi plurimi, quos & hortamento esse oportet aeteris, & exemplo, procuratores rerum saeularium fieri, derelicta cathedra, plebe derta per alienas provincias oberrantes negoationis quaestuosae nundinas aucupari. Esuentibus in Ecclesia fratribus non subvenire, abere argentum largiter velle, fundos insiliosis fraudibus rapere, usuris multiplicandis aenus augere? Quid non perpeti tales pro peccatis ejusmodi meremur?

3. „Verum sero tandem ad Domini timo„rem conversi sumus; ad prima statim verba „minantis inimici maximus fratrum numerus „fidem suam prodidit, nec prostratus est per„secutionis impetu, sed voluntario lapsu se ipse „prostravit. Nec est justa aliqua, & gravis „causa, quae tantum facinus excuset: relin„quenda erat patria, & patrimonii sui facien„da jactura est, ut Christus non relinquatur. „Clamat ecce per Prophetam Spiritus sanctus: *Discedite, discedite, exite hinc, & immundum nolite tangere. Is.* 32. Et qui vasa sunt Domi„ni,

Persecutionem fugere melius est, quam labi. p. 240.

„ni, ac templum Dei, ne immundum tang
„& ferialibus cibis pollui cogantur, non
„eunt de medio, nec recedunt? Alibi (
„que dicitur: *Exi de ea populus meus, ne*
„*ticeps sis delictorum ejus, & ne perstrin*
„*plagis ejus. Apoc.* 18. Qui exit, & cedit,
„licti particeps non fit; plagis vero & ipse
„stringitur, qui socius criminis invenitur.
„ideo Dominus in persecutione secedere
„fugere mandavit, atque ut id fieret, &
„cuit, & fecit; nam cum corona de Dei
„natione descendat, nec possit accipi, nisi
„rit hora sumendi, quisquis in Christo ma
„interim cedit, non fidem negat, sed ten
„expectat; quis autem, cum non secede
„cecidit, negaturus remansit. Decepit 1
„tos patrimonii sui amor cæcus, nec ad r
„dendum parati, aut expediti esse potuer
„quos facultates suæ velut compedes lig
„runt, quibus & virtus retardata est, & 1
„pressa, & mens vincta, & anima praecl
„ut serpenti terram devoranti præda, &
„bus fierent, qui terrestribus cupiditatibu
„hærerent; radix enim omnium malorun
„cupiditas, quam quidam appetentes nau
„gaverunt a fide, & inseruerunt se dolor
„multis.

Falsa excusatio lapsus timor tormentorum p. 241.

4. „Sed tormenta postea ventura er
„Verum quæri de tormentis potest, qui
„tormenta superatus est, excusationes do
„obtendere, qui victus est in dolore. P
„cito proficere ad veniam causa talis, p
„ejusmodi excusatio esse miserabilis. Sic C

„& Æmilio aliquando Dominus ignovit, ſic in „prima congreſſione devictos victores in ſecun„do prælio reddidit, ut fortiores ignibus fie„rent, qui ignibus ante ceſſiſſent, & unde ſu„perati eſſent, inde ſuperarent: deprecabantur „illi non lacrymarum miſeratione, ſed vulne„rum: nunc autem quæ vulnera victi oſten„dere poſſunt, ubi non fides congreſſa cecidit, „ſed congreſſionem perfidia prævenit? Nec ex„cuſat oppreſſum neceſſitas criminis, ubi cri„men eſt voluntatis. Nec hoc ideo dico, ut „fratrum cauſas onerem, ſed ut magis fratres „ad precem ſatisfactionis inſtigem. Aperien„dum enim vulnus eſt, & ſecandum, vociſe„retur licet, & conqueratur æger impatiens „per dolorem, gratias aget poſtmodum, cum „ſenſerit ſanitatem.

Euchariſtia ſine exomologeſi ſacrilege ſuſcipitur. p. 241.

5. „Emerſit enim, fratres dilectiſſimi! no„vum genus cladis, & blanda pernities. Con„tra Evangelii vigorem temeritate quorum„dam laxatur incautis communicatio, irrita, „& falſa pax periculoſa dantibus, & nihil ac„cipientibus profutura. Pœnitentia de pecto„ribus excuſſa eſt, graviſſimi, extremique de„licti memoria ſublata eſt. A diaboli aris re„vertentes ad ſanctum Domini ſordidis, & in„fectis nidore manibus accedunt: mortiferos „idolorum cibos adhuc pene ructantes Domi„ni Corpus invadunt, quando Apoſtolus teſta„tur, & dicit: *Non poteſtis calicem Domini bi„bere, & calicem dæmoniorum; non poteſtis men„ſæ Domini communicare, & menſæ dæmoniorum.* „1. *Cor.* 10. Idem contumacibus comminatur,

 „di-

„dicens: *Quicunque ederit panem, aut biberit „calicem Domini indigne, reus erit Corporis, & „Sanguinis Domini.* Spretis his omnibus vis „infertur Corpori, & Sanguini, & plus modo „in Dominum manibus, atque ore delinquunt, „quam cum Dominum negaverunt. Ante ex- „piata delicta, ante exomologeses in factam „criminis, ante purgatam conscientiam sacri- „ficio, & manu Sacerdotis, ante offensam pla- „catam indignantis Domini, & minantis pa- „cem putant esse, quam quidam verbis falla- „cibus venditant. Non est pax illa, sed bel- „lum, nec Ecclesiæ jungitur, qui ab Evange- „lio separatur. Non concedit pacem facilitas „ista, sed tollit, nec communionem tribuit, „sed impedit ad salutem. Persecutio hæc est „alia, & alia tentatio, per quam subtilis ini- „micus impugnandis adhuc lapsis occulta po- „pulatione grassatur, ut dolor sileat, ut delicti „memoria evanescat, nec Dominum graviter „offensum longa, & plena pœnitentia depre- „cetur. Nemo se fallat, nemo se decipiat, „solus Dominus misereri potest: veniam pec- „catis, quæ in ipsum commissa sunt, solus „potest ille largiri, qui peccata nostra porta- „vit: Dominus orandus est, Dominus nostra „satisfactione placandus est, qui negantem ne- „gare se dixit, qui omne judicium de Patre „solus accepit.

[E]x præ[pr]opere [la]psis a [M]artyri[i]s non [da]nda. [e]p. 242.

6. „Credimus quidem, posse apud judicem „plurimum Martyrum merita, & opera justo- „rum, sed cum judicii dies venerit. Cæte- „rum si quis præpropera festinatione temera- „rius

„rius remissionem peccatorum dare se cunctis „putat posse, aut audet Domini præcepta re-„scindere, non tantum nihil prodest, sed obest „lapsis. Mandant aliquid Martyres fieri? Si „justa, si licita, si non contra ipsum Domi-„num, a Dei Sacerdote facienda sunt, ob-„temperantis facilis, & prona consensio, si „petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant „aliquid Martyres fieri? Sed si scripta non sint „in Domini lege, quæ mandant, ante est, ut „sciamus illos de Deo impetrasse, quod postu-„lant, tunc facere, quod mandant; neque „enim statim videri potest de divina Majestate „concessum, quod fuerit humana pollicita-„tione promissum. Sic nec ille amicus Dei „Moyses, ille facie ad faciem locutus sæpe „cum Domino, quod petiit, impetrare non „potuit, nec Dei indignantis offensam sua de-„precatione placavit. *Exod.* 32. Et *Ezech.* 14. „dicitur: *Et si fuerint tres viri hi in medio ejus,* „*Noe, & Daniel, & Job, non liberabunt filios,* „*neque filias, sed ipsi soli salvi erunt.* Adeo „non omne, quod petitur in præjudicio peten-„tis, sed in dantis arbitrio est; nec quidquam „sibi usurpat humana sententia, nisi annuat & „censura divina. In Evangelio Dominus lo-„quitur: *Qui me negaverit, & ego negabo eum.* „*Luc.* 12. Si negantem non negat, nec confi-„tentem confitetur: non potest Evangelium in „parte consistere, & in parte nutare. Ita Mar-„tyres aut nihil possunt, si Evangelium solvi „potest, aut si Evangelium non potest solvi, „contra Evangelium facere non possunt, qui „de Evangelio Martyres fiunt.

*œnæ in-
igne
mmuni-
intibus
ıflictæ.
p. 243.*

7. „Delicta igitur noſtra reputemus, actus „noſtros, & animi ſecreta revolventes con„ſcientiæ merita ponderemus. Redeat in cor „noſtrum, non ambulaſſe nos in viis Domini, „& abjeciſſe legem Dei, præcepta ejus, & „monita ſalutaria nunquam ſervare voluiſſe. „Quid de eo boni ſentias? Qui jacens ſtanti„bus, & integris vulneratus minatur, & quod „non ſtatim Domini corpus inquinatis manibus „accipiat, aut ore pulluto Domini Sanguinem „bibat, Sacerdotibus ſacrilegus iraſcatur. At„que o tuam nimiam furioſe dementiam! ira„ſceris ei, qui abs te avertere iram Dei niti„tur: ei minaris, qui vulnus tuum ſentit, „quod ipſe non ſentis, qui pro te lachrymas „fundit, quas forſitan ipſe non fundis. Ecce „eorum, qui negaverunt, quæ ſupplicia con„ſpicimus? Nec hic ſine pœna eſſe poſſunt, „quamvis necdum dies venerit pœnæ: ple„ctuntur interim quidam, quo cæteri corri„gantur: exempla ſunt omnium tormenta pau„corum. Unus ex his, qui ſponte Capitolium „negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum ne„gavit, obmutuit. Pœna inde cæpit, unde „cæpit & crimen, ut nec rogare jam poſſet, „qui verba ad precandam miſericordiam non „haberet. Alia in balneis conſtituta illic ab „immundo ſpiritu immunda correpta cecidit, „laniavit dentibus linguam, qua fuerat vel „paſta impie, vel locuta: ipſa ſui carnifex ex„titit, nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit, „doloribus ventris, & viſcerum cruciata defe„cit. Præſente, ac teſte me ipſo accipite, „quid evenerit. Parentes forte fugientes, „dum

m trepidi minus sibi consulunt, sub nutri-
s alimento parvulam filiam reliquerunt:
lictam nutrix detulit ad magistratus: illi
apud idolum panem mero mixtum, quod
men & ipsum de immolatione supererat,
ididerunt. Recepit filiam postmodum ma-
:, sed facinus puella commissum tam lo-
i, quam indicare non potuit, quam nec
elligere prius per ætatem potuit, nec ar-
re. Ignoratione igitur obreptum est, ut
rificantibus nobis eam mater inferret. Sed
im puella mixta cum sanctis, precis no-
e, & orationis impatiens nunc ploratu
icuti, nunc mentis æstu cæpit fluctuabun-
jactari, & velut tortore cogente, quibus
terat indiciis, conscientiam facti in simpli-
ius adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi
o solemnibus adimpletis calicem Diaco-
s offerre præsentibus cæpit, & accipienti-
s cæteris locus ejus advenit, faciem suam
rvula instinctu divinæ Majestatis avertere,
labiis obturantibus premere, calicem re-
sare. Perstitit tamen Diaconus, & relu-
nti licet de Sacramento Calicis infudit.
nc sequitur singultus, & vomitus: in cor-
re, atque ore violato Eucharistia perma-
re non potuit: sanctificatus in Sanguine
mini potus de pollutis visceribus erupit:
ıta est potestas Domini, tanta Majestas.
c circa infantem, quæ ad eloquendum
enum circa se crimen necdum habuit æta-
n. At vero ea, quæ ætate provecta sacri-
antibus nobis latenter obrepsit, non ci-
m, sed gladium sibi sumens, & velut quæ-

Eucharistia parvulis data & calix per Diaconum.

„dam venena lethalia inter fauces, & pectus
„sanguinem admittens angi, & anima ex-
„æstuante concludi postmodum cæpit, & pres-
„suram non jam persecutionis, sed delicti sui
„passa palpitans, & tremens concidit. Impu-
„nitum diu non fuit, nec occultum dissimula-
„tæ conscientiæ crimen, quæ fefellerat homi-
„nem, Deum sensit ultorem. Et, cum quæ-
„dam arcam suam, in qua Domini sanctum
„fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne
„inde surgente deterrita est, ne auderet attin-
„gere. Et alius, qui & ipse maculatus, sa-
„crificio a Sacerdote celebrato partem cum
„cæteris ausus est latenter accipere, sanctum
„Domini edere, & contrectare non potuit, ci-
„nerem se ferre apertis manibus invenit. Do-
„cumento unius ostensum est, Dominum rece-
„dere, cum negatur, nec immerentibus ad
„salutem prodesse, quod sumitur, quando gra-
„tia salutaris in cinerem sanctitate fugiente
Confessio. „mutetur. Quam multi quotidie pœnitentiam
„non agentes, nec delicti sui conscientiam
„confitentes immundis spiritibus adimplentur,
„quam multi usque ad insaniam dementiæ fu-
„rore quatiuntur? Unusquisque consideret,
„non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse
„mereatur; nec evasisse se credat, si eum in-
„terim pœna distulerit, cum timere plus de-
„beat, quem sibi Dei Judicis censura servavit.

Libellatici pœniteant. 8. „Nec sibi, quo minus agant pœniten-
„tiam, blandiantur, qui, etsi nefandis sacri-
„ficiis manus non contaminaverint, libellis ta-
„men conscientiam polluerunt, & illa professio
„de-

negantis contestatio est Christiani, quod fue-
t abnuentis; fecisse se dixit, quidquid alius
tendo commisit. Viderit, an minore vel
decore, vel crimine apud homines publica-
rit, quod amisit, Deum tamen Judicem
bterfugere, & vitare non poterit: perspicit
e abdita, & secreta, atque occulta consi-
rat: videt ille corda, & pectora singulo-
m, & judicaturus est non tantum de factis,
d & de verbis, & cogitationibus nostris.
enique quanto & fide majores, & timore
eliores sunt, qui, quamvis nullo sacrificii,
t libelli facinore constricti, quoniam tamen
hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sa- *Confessio*
rdotes Dei dolenter, & simpliciter confi- *cogitatio-*
ntes exomologesin conscientiæ faciunt, *num.*
imi sui pondus exponunt, salutarem me-
lam parvis licet, & modicis vulneribus
quirunt, scientes, scriptum esse: Deus non
ridetur. Minus plane peccaverit, non vi-
ndo idola, nec sub oculis circumstantis, &
ultantis populi sanctitatem fidei profanan-
; non polluendo manus suas funestis sacri-
iis, nec sceleratis cibis ora maculando:
c eo proficit, ut sit minor culpa, non ut
nocens conscientia: nec cesset in agenda
nitentia, atque in Domini misericordia de-
ecanda, ne, quod minus esse in qualitate
licti videtur, in neglecta satisfactione cu-
uletur. Confiteantur singuli delictum suum,
m adhuc, qui deliquit in sæculo, est, dum
mitti confessio ejus potest, dum satisfactio,
remissio facta per Sacerdotes apud Domi-
m grata est. Convertamur ad Dominum

„mente tota. Lamentari eum putamus ex toto „corde, qui epulis affluentibus pastus cruditates suas postridie ructat, hilaris incedit, barbam vellit, faciem comit, pretiosas vestes „induit? Si quem de tuis charis mortalitatis „exilio perdidisses, ingemisceres dolenter, & „fleres. Animam tuam perdidisti, & non „acriter plangis? Ecce pejora adhuc peccandi „vulnera, ecce majora delicta, peccasse, nec „satisfacere, deliquisse, nec delicta deflere. „Quæso vos, fratres! acquiescite salubribus „remediis, cum lachrymis nostris vestras la„chrymas jungite: rogamus vos, ut pro vobis „Deum rogare possimus, preces ipsas prius ad „vos vertimus, quibus Deum pro vobis, ut „misereatur, oramus.

vatiani andi. .246. 9. „Agite igitur pœnitentiam, plenam dolentis, ac lamentantis animi probate mæstitiam, nec vos quorumdam moveat aut error „improvidus, aut stupor vanus, qui, cum te„neantur in tam grandi crimine, percussi sunt „animi cæcitate, ut nec intelligant delicta, „nec plangant. Indignantis Dei major hæc „plaga est. Ejusmodi homines, quantum po„testis, effugite: sermo eorum sicut cancer „serpit, colloquium velut contagium transilit, „noxia, & venenata persuasio persecutione ipsa „pejus interficit. Illic sola superest pœnitentia, „quæ satisfaciat: qui autem pœnitentiam cri„minis tollunt, satisfactionis viam claudunt, „ita fit, ut, dum temeritate quorumdam vel „promittitur salus falsa, vel creditur, spes ve„ræ salutis adimitur. Vos vero fratres, quo-

„rum

n timor in Deum pronus eſt, & in ruina
et animus conſtitutus mali ſui memor eſt,
nitentes, & dolentes peccata veſtra per-
cite, nec deſperantes miſericordiam Do-
ni, nec tamen jam veniam vindicantes.
us quantum pietate patris indulgens ſem-
r, & bonus eſt, tantum Judicis majeſtate
tuendus eſt. Quam magna deliquimus,
n granditer defleamus. Orare oportet im-
nſius, diem luctu tranſigere, vigiliis no-
s, & fletibus ducere, poſt diaboli cibum
alle jejunium, eleemoſynis frequenter inſi-
re: quod adverſarius auferebat, Chriſtus
cipiat, nec teneri jam, nec amari patrimo-
um debet, quo quis & deceptus, & victus
t. Ad hoc tantum profuerit, quod reman-
, ut inde crimen, & culpa redimatur, cen-
s omnis in medelam vulneris erogetur, opi-
s noſtris, qui de nobis judicaturus eſt Do-
inus, fœneretur. Poteſt ille indulgentiam
re, ſententiam ſuam poteſt ille inflectere,
enitenti, operanti, roganti poteſt clemen-
r ignoſcere, poteſt in acceptum referre,
idquid pro talibus & petierint Martyres,
fecerint Sacerdotes, vel ſi quis plus eum
is ſatisfactionibus moverit, & qui pœniten-
facti ſui, plus & virtutis, & fidei de ipſo
ſus ſui dolore conceperit, exauditus, &
jutus a Domino, quam contriſtaverat nu-
r, lætam faciet Eccleſiam, nec jam ſolam
i veniam merebitur, ſed coronam.



S. CÆCILII CYPRIANI
LIBER
DE UNITATE ECCLESIÆ CATHOLICÆ

§. I.
Argumentum.

Cum Novatiani ſchisma Eccleſiam Carthaginenſem perturbaret, utpote in qua Novatus, & alii nonnulli Presbyteri totius tragœdiæ Auctores multos ad ſuas partes trahere laborabant, S. Cyprianus hunc librum ad ſuos Carthaginenſes a ſchismate deterrendos ſcripſit, cujus ipſe meminit *epiſt.* 51., & S. Auguſtinus *cont. Creſcon. l.* 2. *c.* 33. Inſcribitur autem hic liber in nonnullis codicibus: de unitate Eccleſiæ *adverſus Novatianum.* Alii addunt: *Eccleſiæ catholicæ.* Remboldus, neſcio unde, hunc titulum præfixit: *de Simplicitate Prælatorum.*

§. II.
Analyſis.

Hæreticorum inſidiæ cavendæ. p. 253.

Sanctus Cyprianus inprimis Carthaginenſes ſuos adverſus hæreticorum inſidias ita communit: „Cum moneat Dominus, & dicat: „vos eſtis ſal terræ, cumque eſſe nos jubeat „ad innocentiam ſimplices, & tamen cum ſim„plicitate prudentes, quid aliud fratres quam „providere nos convenit, & ſubdoli hoſtis in„ſidias

lias intelligere pariter, & cavere, ne, qui ıriſtum ſapientiam Dei induimur, minus pere in tuenda ſalute videamur. Neque im perſecutio ſola metuenda eſt; plus meendus eſt, & cavendus inimicus, cum laıter obrepit, cum per pacis imaginem falıs occultis acceſſibus ſerpit, unde & noen ſerpentis accepit. Cavenda ergo ſunt, ıtres! non ſolum, quæ ſunt aperta, ſed & :utæ fraudis ſubtilitate fallentia. Quid veaſtutius, quam ut Chriſti adventu deteǳus, ac proſtratus inimicus videns idola relicta excogitaverit novam fraudem, ut ı ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incaus? Hæreſes invenit, & ſchismata, quibus ›verteret fidem, veritatem corrumperet, nderet unitatem. Quos detinere non pot in viæ veteris cæcitate, circumſcribit, decipit novi itineris errore. Rapit de ipſa :cleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe n lumini videntur, alias neſcientibus teneıs rurſus infundit, ut cum Evangelio Chri, & cum obſervatione ejus non ſtantes ıriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tebris habere ſe lumen exiſtiment.

2. „Hoc eo fit, fratres! dum ad veritatis ginem non reditur, nec caput quæritur, c magiſtri cœleſtis doctrina ſervatur, quæ]uis conſideret, & examinet, tractatu lon-, atque argumentis opus non eſt. Loqui-: Dominus ad Petrum: *Quia tu es Petrus, ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam* :. *Matth.* 16. Et iterum poſt reſurrectio-

Hæreſeos cauſæ. p. 254.

Primatus Petri.

„nem

„nem suam dicit: *Pasce oves meas. Joan.* 21. „Super illum unum ædificat Ecclesiam suam, „& illi pascendas mandat oves suas; & quam„vis Apostolis omnibus post resurrectionem „suam parem potestatem tribuat, & dicat: „*Sicut misit me Pater, & ego mitto vos &c.* ta„men ut unitatem manifestaret, unam cathe„dram constituit, & unitatis ejusdem originem „ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. „Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod „fuit Petrus pari consortio præditi & honoris, „& potestatis, sed exordium ab unitate profi„ciscitur. Primatus Petro datur, ut una Chri„sti Ecclesia, & cathedra una monstretur: & „Pastores sunt omnes, sed grex unus ostendi„tur, qui ab Apostolis omnibus unanimi con„sensione pascatur. Quam unam Ecclesiam „etiam in Cantico Canticorum Spiritus S. ex „persona Domini designat, & dicit: *Una est „columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, „electa genitrici suæ. Cant.* 6. Hanc Ecclesiæ „unitatem qui non tenet, tenere se fidem cre„dit? Qui Ecclesiæ resistit, qui cathedram Pe„tri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, „in Ecclesia se esse confidit? Hanc certe uni„tatem firmiter tenere, & vindicare debemus, „maxime Episcopi, qui in Ecclesia præside„mus, ut Episcopatum quoque ipsum unum, „atque indivisum probemus. Nemo fraterni„tatem mendacio fallat: Episcopatus unus est, „cujus a singulis in solidum pars tenetur. Ec„clesia quoque una est, quæ in multitudinem „latius extenditur, quomodo solis radii multi, „sed lumen unum, & rami arboris multi, sed

Unitas Ecclesiæ.

„ro-

„robur unum de tenaci radice fundatum: sic &
„Ecclesiæ unum Caput est, & una origo, &
„una mater, cujus fatu nascimur, cujus lacte
„pascimur, cujus spiritu animamur. Adulte-
„rari non potest Sponsa Christi, unius cubiculi
„castitatem casto pudore custodit: hæc nos
„Deo servat, hæc filios regno, quos genera-
„vit, assignat. Quisquis ab Ecclesia segrega-
„tus adulteræ jungitur, a promissis Ecclesiæ
„separatur: habere non potest Deum Patrem,
„qui Ecclesiam non habet Matrem. De Patre,
„& Filio, & Spiritu S. scriptum: *Et hi tres
„unum sunt.* 1. *Joan.* 5. Et quisquam credit,
„hanc unitatem de divina firmitate venientem
„scindi in Ecclesia posset? Possidere non po-
„test indumentum Christi inconsutile, qui scin-
„dit, & dividit Ecclesiam Christi; monet ipse
„in Evangelio suo: *Et erit unus grex, & unus
„Pastor.* *Joan.* 10. Apostolus item Paulus
„hanc unitatem insinuans dicit: *Non sint in vo-
„bis schismata.* 1. *Cor.* 1. dictum est ad Rahab,
„in qua præformabatur Ecclesia: *Omnis, qui
„exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit.
„Jos.* 2. Item Sacramentum Paschæ nihil
„aliud in Exodi lege continet, quam ut agnus,
„qui in figura Christi occiditur, in domo una
„edatur. *Exod.* 12. Hanc domum denuntiat
„Spiritus S. in Psalmis, dicens: *Deus, qui in-
„habitare facit unanimes in domo. Ps.* 67. Idcir-
„co & in columba venit Spiritus sanctus. Sim-
„plex animal, & lætum est, nec felle ama-
„rum. Hæc est in Ecclesia noscenda simplici-
„tas, hæc charitas obtinenda, ut columbas di-
„lectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo,
„& lenitas agnis, & ovibus coæquetur. 3.

Hæreses unitatem turbant. p. 254.

3. „Quid facit in pectore christiano
„rum feritas? Gratulandum est, cum
„de Ecclesia separantur, ne columbas, ne
„Christi sæva sua, & venenata conta
„prædentur. Cohærere non potest caligo
„lumine, pugna cum pace. Nemo exist
„bonos de Ecclesia posse discedere. Trit
„non rapit ventus; inanes paleæ temp
„jactantur. Hinc hæreses & factæ sunt
„quenter, & fiunt, dum perversa mens
„habet pacem; dum perfidia discordans
„tenet unitatem. Fieri vero hæc Don
„permittit, ut, dum corda, & mentes n
„veritatis discrimen examinat, probator
„des integra manifesta luce clarescat. Sic
„bantur fideles, sic perfidi deteguntur
„sunt, qui se ultro apud temerarios con
„sine divina dispositione præficiunt, & E
„pi sibi nomen assumunt, sedentes in pe
„tiæ cathedra, pestes, & lues fidei, ser
„ore fallentes, & corrumpendæ veritat
„fices venena lethalia linguis pestiferi
„mentes, quorum sermo ut cancer serpit,
„rum tactus pectoribus, & cordibus singul
„mortale virus infundit.

Christus est cum unanimibus. p. 256.

4. „Nec se quidam vana interpreta
„decipiant, quod dixerit Dominus: *Ubic*
„*fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo,*
„*cum eis sum. Matth.* 18. Corruptores E
„gelii, atque interpretes falsi extrema pon
„& superiora prætereunt. Dominus enim
„discipulis suis unanimitatem suaderet, &
„cem, ostendens non multitudini, sed un

tati deprecantium plurimum tribuit. Quo-
odo autem potest ei cum aliquo convenire,
i cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cum uni-
ersa fraternitate non convenit? Quomodo
ossunt duo, aut tres in nomine Christi colli-
i, quos constat a Christo, & ab ejus Evan-
elio separari? Non enim nos ab illis, sed
li a nobis recesserunt.

5. „Tales etiam si occisi in confessione no- *Martyr nequit esse extra Ecclesiam positus. p. 257.*
inis fuerint, macula ista nec sanguine ab-
itur, inexpiabilis, & gravis culpa discor-
iæ nec passione purgatur: esse Martyr non
otest, qui in Ecclesia non est, ad regnum
ervenire non poterit, qui eam, quæ regna-
ra est, derelinquit: exhibere se non potest
artyrem, qui fraternam non tenuit chari-
tem juxta Apostolum. 1. *Cor.* 13. Charitas
nquam excidit, hæc semper in regno
it, hæc in æternum fraternitatis sibi cohæ-
ntis unitate durabit; ad regnum cœlorum
on potest pervenire discordia: qui charita-
em non habet, Deum non habet. 1. *Joan.* 4.
um Deo manere non possunt, qui esse in
cclesia unanimes noluerunt: ardeant flam-
nis, & ignibus traditi, vel objecti bestiis ani-
mas suas ponant, non erit illa fidei corona,
ed pœna perfidiæ, nec religiosæ virtutis exi-
us gloriosus, sed desperationis interitus.
ccidi talis potest, coronari non potest: sic
Christianum esse profitetur, quomodo &
hristum diabolus sæpe mentitur; nam Chri-
anus videri non potest, qui non permanet
Evangelii ejus, & fidei veritate; nam &
„pro-

„prophetare, & dæmonia excludere, & v
„tes magnas in terris facere fublimis uti
„& admirabilis res eft, non tamen reg
„cœlefte confequitur, quisquis in his omı
„invenitur, nifi recti, & jufti itineris obf
„tione gradiatur. *Matth.* 7. Juftitia opus
„ut quis promereri poffit Deum Judicem:
„ceptis ejus, & monitis obtemperandum
„ut accipiant merita noftra mercedem.
„minus in Evangelio, cum fpei, & fide
„ftræ viam compendio breviante dirigeret
„quit: *Diliges Dominum Deum tuum de totc*
„*de tuo &c. Marc.* 12. Unitatem fimul, &
„lectionem magifterio fuo docuit, Propl
„omnes, & legem præceptis duobus inc
„Quam vero unitatem fervat, quam dile
„nem cuftodit, qui difcordiæ furore, vef
„Ecclefiam fcindit, fidem deftruit, pacem
„bat, charitatem diffipat, Sacramentum
„fanat?

Hæreſes prænunciatæ. p. 258.

6. „Malum hoc jam pridem cæperat,
„nunc crevit ejusdem mali infefta clades
„pullulare plus cæpit hæreticæ perverfit
„& fchismatum venenata pernities, qui
„fic in occafu mundi fieri oportebat, præ
„tiante per Apoftolum nobis Spiritu fa
„2. *Tim.* 3. Adimplentur, quæcunque præ
„funt: magis, ac magis adverfario fævi
„error fallit, extollit ftupor, livor ince
„cupiditas excæcat, depravat impietas, fu
„bia inflat, difcordia exafperat, ira præcip
„Non tamen nos moveat, aut turbet multo
„nimia, aut abrupta perfidia, fed potius fi

„nostram prænuntiante rei veritate corroboret, „quia & hæc ante prædicta sunt Domino di„cente: *Cavete, ecce prædixi vobis omnia.* „*Marc.* 13.

7. „Vitate, quæso vos, ejusmodi homi„nes, & a latere, atque auribus vestris perni„tiosa colloquia, velut contagium mortis ar„cete. Aversandus est talis, atque fugiendus, „quisquis fuerit ab Ecclesia separatus: perver„sus est hujusmodi, & peccat, & est a semet„ipso damnatus. An esse sibi cum Christo vi„detur, qui se a Cleri ejus, & plebis societate „secernit? Arma ille contra Ecclesiam Dei „portat, hostis altaris, adversus sacrificium „Christi rebellis, prò fide perfidus, pro reli„gione sacrilegus, contemptis Episcopis, & „Dei Sacerdotibus derelictis constituere audet „aliud altare, precem alteram illicitis vocibus „facere, dominicæ hostiæ veritatem per falsa „sacrificia profanare, nec dignatur scire, quo„niam qui contra ordinationem Dei nititur, ob „temeritatis audaciam divina animadversione „punitur, sicut Core, & Dathan, & Abiron, „*Num.* 16. sicut Rex Ozias, 4. *Reg.* 5. sicut fi„lii Aaron, qui imposuerunt altari ignem alie„num, *Lev.* 10. quos imitantur, qui Dei tra„ditione contempta alienas doctrinas appetunt, „& magisteria humanæ institutionis inducunt. „Prius hoc crimen est, quam quod admisisse „lapsi videntur, qui tamen in pœnitentia cri„minis constituti Deum plenis satisfactionibus „deprecantur: hic Ecclesia quæritur, & roga„tur, illic Ecclesiæ repugnatur: hic potest ne-

Hæretici vitandi. *p.* 258.

„cessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scele-
„re: hic, qui lapsus est, sibi tantum nocuit,
„ille, qui hæresim, vel schisma facere cona-
„tus est, multos secum trahendo decepit: hic
„animæ unius est damnum, illic periculum
„plurimorum: certe peccasse se hic & intelli-
„git, & lamentatur; ille tumens in peccato
„suo a matre filios segregat, oves a pastore
„sollicitat, Dei Sacramenta disturbat, & cum
„lapsus semel peccaverit, ille quotidie peccat.
„Postremo lapsus Martyrium postmodum con-
„secutus potest regni promissa percipere; ille,
„si extra Ecclesiam fuerit occisus, ad Ecclesiæ
„non potest prœmia pervenire.

m ju- 8. „Nec quisquam miretur etiam de Con-
bun- „fessoribus quosdam tam nefanda, quam gra-
„via peccare; neque enim confessio immunem
258. „facit ab insidiis diaboli, aut contra tentatio-
„nes, & pericula, atque impetus sæculares,
„adhuc in sæculo positum perpetua securitate
„defendit. Quisquis ille Confessor est, Salo-
„mone major, aut melior, aut Deo charior
„non est; qui tamen, quamdiu in viis Domini
„ambulavit, tam diu gratiam, quam de Do-
„mino fuerat consecutus, obtinuit; postquam
„dereliquit Domini viam, perdidit & gratiam
„Domini. Confessio exordium gloriæ est, non
„meritum jam coronæ, nec perficit laudem,
„sed initiat dignitatem; quidquid ante finem
„fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis
„ascenditur, non terminus, quo jam culminis
„summa tenetur. Confessor est, sed post con-
„fessionem periculum majus est, quia plus ad-
„ver-

„versarius provocatus est. Confessor est, hoc „magis stare debet cum Domini Evangelio per „Evangelium gloriam consecutus a Domino. „Nemo per Confessoris exemplum pereat, ne- „mo injustitiam, nemo insolentiam, nemo per- „fidiam de Confessoris moribus discat. Con- „fessor est, sit humilis, & quietus, sit in actu „suo cum disciplina modestus, ut, qui Christi „Confessor dicitur, Christum, quem confite- „tur, imitetur. Lingua Christum confessa non „sit maledica, non turbulenta, non convitiis, „& litibus perstrepens audiatur, non contra „fratres, & Dei Sacerdotes post verba laudis „serpentis venena jaculetur. Cæterum si cul- „pabilis, & detestabilis postmodum fuerit, si „Ecclesiam derelinquens, & unitatis concor- „diam scindens fidem primam perfidia poste- „riore mutaverit, blandiri sibi per confessionem „non potest, quasi sit electus ad gloriæ prœ- „mium, quando ex hoc ipso magis creverint „merita pœnarum; nam & Judam inter Apo- „stolos Dominus elegit, & tamen Dominum „Judas postmodum prodidit, non tamen idcir- „co Apostolorum fides, & firmitas cecidit, „quia proditor Judas ab eorum societate defe- „cit, sic & hic non statim Confessorum sancti- „tas, & dignitas comminuta est, quia quo- „rumdam fides fracta est.

Adhortatio ad unanimitatem. p. 260.

9. „Opto equidem, dilectissimi fratres! & „consulo pariter, & suadeo, ut, si fieri po- „test, nemo de fratribus pereat, & consen- „tientis populi corpus unum gremio suo gau- „dens mater includat: si tamen quosdam schis-

„matum duces, & diſſenſionis auctores in ob-
„ſtinata dementia permanentes non potuerit
„ad ſalutis viam conſilium ſalubre revocare,
„cæteri tamen vel ſimplicitate capti, vel er-
„rore inducti, vel aliqua fallentis aſtutiæ cal-
„liditate decepti a fallaciæ vos laqueis ſolvite,
„vagantes greſſus ab erroribus liberate, iter
„rectum viæ cœleſtis agnoſcite. Recedendum
„eſt a delinquentibus, vel imo fugiendum, ne,
„dum quis male ambulantibus jungitur, &
„per itinera erroris, & criminis graditur, a via
„veri itineris exerrans pari crimine & ipſe te-
„neatur. Deus unus eſt, & Chriſtus unus, &
„una Eccleſia ejus, & fides una, & plebs in
„ſolidam corporis unitatem concordiæ glutino
„copulata: ſcindi unitas non poteſt, nec cor-
„pus unum divulſis laceratione viſceribus in
„fruſta diſcerpi. Quidquid a matrice diſceſſe-
„rit, ſeorſim vivere, & ſpirare non poterit,
„ſubſtantiam ſalutis amittit. Inter ſua divina
„mandata paſſioni jam proximus Dominus ad-
„didit, dicens: *Pacem dimitto vobis &c. Joan.*
„14. Hanc nobis hæreditatem Chriſtus dedit,
„dona omnia ſuæ pollicitationis in pacis con-
„ſervatione promiſit. Si hæredes Chriſti ſu-
„mus, in Chriſti pace maneamus: ſi filii Dei
„ſumus, pacifici eſſe debemus. Hæc unani-
„mitas ſub Apoſtolis olim fuit, *Act.* 1. *&* 4.
„& ideo efficacibus precibus orabant, ideo im-
„petrare cum fiducia poterant, quodcunque
„de Domini miſericordia poſtulabant: in nobis
„vero ſic unanimitas diminuta eſt, ut & largi-
„tas operationis infracta eſt. Domos tunc, &
„fundos venumdabant, diſtribuenda in uſus
„in-

„indigentium pretia Apostolis offerebant: nunc „de patrimonio nec decimas damus, & cum „vendere jubeat Dominus, emimus potius, & „augemus. In Dei timore, in lege justitiæ, „in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo „futurorum metum cogitat, diem Domini, & „iram Dei, & incredulis ventura supplicia ne„mo considerat. Excitemus nos, quantum „possumus, & somno inertiæ veteris abrupto „ad observanda Domini præcepta vigilemus. „Sint lumbi nostri accincti, ne, cum expedi„tionis dies advenerit, impeditos nos, & im„plicitos apprehendat. Luceat in bonis ope„ribus nostrum lumen, & fulgeat, ut ipsum „nos ad lucem claritatis æternæ de hac sæ„culi nocte perducat. Expectemus solliciti „semper, & cauti adventum Domini repenti„num, ut, quando ille pulsaverit, evigilet fi„des nostra, vigilantiæ præmium de Domino „receptura. Si hæc mandata serventur, si „hæc monita, & præcepta teneantur, oppri„mi dormientes diabolo fallente non possumus, „servi vigiles Christo dominante regnabimus. *Decima.*



S. CÆCILII CYPRIANI
LIBER
DE ORATIONE DOMINICA.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Cyprianus in hoc libro librum Tertulliani de oratione imitatur, & in singulas petitiones orationis dominicæ per aliquot pa-

 ginas

ginas commentatur. Scripsit autem hunc librum circa annum 252., eumque præ ceteris extollunt D. Hilarius in Matthæum, D. Augustinus variis in locis, Cassiodorus c. 19. *Divin. Instit.*, & Pontius in vita S. Cypriani.

§. II.

Analysis.

Præstantia orationis dominicæ. p. 264.

Sanctus Cyprianus a commendatione divinorum præceptorum exordium sumens nullam orationem præstantiorem esse ait, quam „cujus formam Christus ipse præscripsit: „Ipse „quippe inter cætera salutaria sua monita, & „præcepta divina, quibus populo suo consuluit „ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit, „ipse, quid precaremur, monuit, & instruxit. „Qui fecit vivere, docuit & orare, ut, dum „prece, & oratione, quam Filius docuit, apud „Patrem loquimur, facilius audiamur. Quæ „enim potest esse magis spiritalis oratio, quam „quæ vere nobis a Christo data est, a quo no„bis & Spiritus sanctus missus est? Quæ vera „magis apud Patrem precatio, quam quæ a „Filio, qui est veritas, de ejus ore prolata est? „Ut aliter orare, quam docuit, non ignoran„tia sola sit, sed & culpa, quando ipse dixe„rit: rejicitis mandatum Dei, ut traditionem „vestram statuatis. Oremus itaque fratres, si„cut Magister Deus docuit. Amica, & fami„liaris oratio est, Deum de suo rogare, ad au„res ejus ascendere Christi orationem. Agno„scat Pater Filii sui verba, cum precem faci„mus, qui habitat intus in pectore, ipse sit in „cor-

„corde, & cum ipsum habeamus apud Patrem „Advocatum pro peccatis nostris, quando pec- „catores pro delictis nostris petimus, Advo- „cati nostri verba promamus; nam cum dicat, „quia *quodcunque petierimus a Patre in nomine* „*ejus, dabit nobis. Joan.* 16. Quanto efficacius „impetramus, quod petimus in nomine Chri- „sti, si petamus ipsius oratione.

2. Explicat modo S. Cyprianus, qualiter orandum sit, dicens: „Sit autem orantibus „sermo, & precatio cum disciplina, quietem „continens, & pudorem. Cogitemus, nos sub „conspectu Dei stare, placendum est divinis „oculis & habitu corporis, & modo vocis; „nam ut impudentis est, clamoribus strepere, „ita contra congruit verecundo, modestis pre- „cibus orare. Denique magisterio suo Domi- „nus secreto orare nos præcipit, in abditis, & „semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis „convenit fidei, ut sciamus, Deum ubique esse „præsentem, audire omnes, & videre, & Ma- „jestatis suæ plenitudine in abdita quoque, & „occulta penetrare. Et quando in unum cum „fratribus convenimus, & sacrificia divina „cum Dei Sacerdote celebramus, verecundiæ, „& disciplinæ memores esse debemus, non „passim ventilare preces nostras inconditis vo- „cibus, nec petitionem commendandam mo- „deste Deo, tumultuosa loquacitate jactare, „quia Deus non vocis, sed cordis auditor est, „nec admonendus est clamoribus, qui cogita- „tiones hominum videt, quod Anna 1. *Reg.* 1. „servavit, & exaudivit eam Deus. Adorans

Quomodo orandum.

„autem nec illud ignoret, quemadmodum in „templo cum Pharisæo Publicanus oraverit, „non elevatis in cœlum impudenter oculis, „nec manibus insolenter erectis, sed pectus „suum pulsans, & peccata intus inclusa con„testans divinæ misericordiæ implorabat auxi„lium: & cum sibi Pharisæus placeret, sancti„ficari hic Publicanus magis meruit, qui sic „rogavit, qui spem salutis non in fiducia in„nocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit, „sed peccata confessus humiliter rogavit, & „exaudivit orantem, qui semper humilibus „ignoscit.

Oratio dominica publica & totius cœlestis doctrinæ compendium. *p.* 265.

3. „Quæ nos de divina lectione discentes „postquam cognovimus, qualiter ad orationem „accedere debeamus, cognoscamus docente „Domino, & quid oremus. Sic, inquit, ora„te: *Pater noster, qui es in cœlis &c.* *Matth.* 6. „Ante omnia pacis Auctor, atque unitatis Ma„gister sigillatim noluit & privatim precem fie„ri, ut, quis cum precatur, pro se tantum „precetur; non enim dicimus: Pater meus, „qui es in cœlis &c. Publica est nobis & com„munis oratio, & quando oramus, non pro „uno, sed pro toto populo oramus, quia to„tus populus unum sumus. Deus pacis, & „concordiæ Magister, qui docuit unitatem, „sic orare unum pro omnibus voluit, quo mo„do in uno omnes portavit. Hanc orationis „legem servaverunt tres pueri in camino ignis „inclusi consonantes in prece, & spiritus con„sensione concordes. *Dan.* 3. Sic & Aposto„los cum discipulis post ascensum Domini in„ve-

imus oraffe. *Act.* 1. Qualia autem funt tionis dominicæ Sacramenta, quam multa, m magna, breviter in fermone collecta, in virtute fpiritaliter copiofa? Ut nihil uino prætermiffum fit, quod non in preci- noftris cœleftis doctrinæ compendio com- nendatur.

„Sic ergo, ait, orate: *Pater nofter, qui* *s cœlis.* Homo novus, renatus, & Deo per ejus gratiam reftitutus, Pater primo oco dicit, quia Filius effe jam cæpit. *n.* 1. Qui autem factus eft Dei filius, ; debet incipere, ut & gratias agat, & iteatur fe Dei filium, dum nominat Pa- n fibi effe in cœlis Deum: conteftetur que inter prima ftatim nativitatis fuæ ver- renuntiaffe fe terreno, & carnali patri, Patrem folum noffe fe, & habere cæpiffe, fit in cœlis. *Matth.* 23. Nec hoc folum nadvertere debemus, quod appellemus rem, qui fit in cœlis, fed conjungimus, licimus: Pater nofter, id eft, eorum, qui eum fanctificati, & gratiæ fpiritalis nati- ıte reparati filii Dei effe cæperunt. Quæ Judæos etiam perftringit, qui Chriftum per Prophetas annuntiatum, & ad fe us miffum non tantum infideliter fpreve- ıt, fed & crudeliter necaverunt: qui jam ı poffunt Patrem Deum vocare, cum Do- nus eos confundat, dicens: *Vos de diabolo re nati eftis. Joan.* 8. In quorum expro- ıtionem Chriftiani, quando oramus, Pater fter dicimus. Quanta autem Domini indul-

Explicatio Orationis dominicæ.

„gentia, quanta circa nos dignationis ejus
„bonitatis ubertas, qui sic nos voluerit
„tionem celebrare in conspectu Dei, ut D
„Patrem vocemus, & ut Christus Dei Fil
„sic & nos Dei filios nuncupemus? Quod
„men nemo nostrum in oratione auderet a
„gere, nisi ipse sic nobis permisisset o
„Meminisse itaque, & scire debemus, q
„quando Patrem Deum dicimus, quasi
„Dei agere debemus, ut, quo modo nos
„placemus de Deo Patre, sic sibi place
„ille de nobis. Conversemur quasi Dei
„pla, ut Deum in nobis constet habitare
„sit degener actus noster a spiritu, ut, qu
„lestes, & spiritales esse cæpimus, nonni
„ritalia, & cœlestia cogitemus, & agam

Prima petitio. p. 266. 5. „Post hoc dicimus: *Sanctificetur n*
„*tuum.* Non quod optemus Deo, ut san
„cetur orationibus nostris, sed quod peta
„ab eo, ut nomen ejus sanctificetur in no
„quia enim ipse dixit: *Sancti estote, quonian*
„*ego sanctus sum. Lev.* 20. Id petimus, &
„gamus, ut, qui in baptismo sanctificati
„mus, in eo, quod esse cæpimus, persev
„mus, & hoc quotidie deprecamur. Opus
„enim nobis quotidiana sanctificatione, ut,
„quotidie delinquimus, delicta nostra sanctif
„tione assidua repurgemus. Quæ autem sit
„ctificatio, quæ nobis de Dei dignatione con
„tur, Apostolus prædicat, dicens: *Sed a*
„*estis, sed justificati estis, sed sanctificati estis in*
„*mine Domini Jesu Christi, & in spiritu Dei n*
„1. *Cor.* 6. Hæc sanctificatio ut in nobis

„

maneat, oramus, & quia Dominus, & Judex noster sanato a se, & justificato comminatur, jam non delinquere, ne, quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, ut sanctificatio, & vivificatio, quæ de Dei gratia sumitur, ipsius protectione servetur.

6. „Sequitur in oratione: *Adveniat regnum tuum.* Regnum etiam Dei nobis repræsentari petimus, sicuti & nomen ejus, ut in nobis sanctificetur, postulamus. Nostrum autem regnum petimus advenire a Deo nobis repromissum Christi Sanguine, & Passione quæsitum, ut, qui in sæculo ante servivimus, postmodum Christo dominante regnemus, sicut ipse pollicetur, & dicit: *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum &c. Matth.* 25. Potest vero & ipse Christus esse regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cujus adventus ut cito nobis repræsentetur, optamus; nam cum resurrectio ipse nostra sit, quia in ipso resurgimus, sic & regnum Dei potest ipse intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum Dei petimus, id est, regnum cœleste, quia est & terrestre regnum: sed qui renuntiavit jam sæculo, major est & honoribus ejus, & regno; & ideo, qui se Deo, & Christo dedicat, non terrena, sed cœlestia regna desiderat. Continua autem „oratione, & prece opus est, ne excidamus a „regno cœlesti sicut Judæi, qui ante filii regni „erant, quando & filii Dei esse perseverabant, „postquam cessavit circa illos nomen pater„num, cessavit & regnum. Et ideo Christiani, „qui

Secunda petitio.

„qui in oratione appellare Patrem Deum
„pimus, nos & ut regnum Dei nobis ven
„oramus.

Tertia petitio. p. 267.

7. „Addimus quoque, & dicimus:
„*voluntas tua ſicut in cælo, & in terra:* non
„Deus faciat, quod vult, ſed ut nos fa
„poſſimus, quod Deus vult; nam Deo quis
„ſiſtit, quo minus, quod velit, faciat?
„quia nobis a diabolo obſiſtitur, quo n
„per omnia noſter animus, atque actus
„obſequatur, oramus, & petimus, ut fi
„nobis, opus eſt Dei voluntate, id eſt,
„ejus, & protectione, quia nemo ſuis vi
„fortis eſt, ſed Dei indulgentia, & miſer
„dia tutus eſt. Denique & Deus infirmit
„hominis, quem portabat, oſtendens: *Pat*
„*ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte:* & exe
„plum diſcipulis ſuis tribuens, ut non vol
„tatem ſuam, ſed Dei faciant, addidit,
„cens: *Verumtamen non quod ego volo, ſed q*
„*tu. Matth.* 26. Voluntas autem Dei eſt, qu
„Chriſtus & fecit, & docuit, humilitas
„converſatione, ſtabilitas in fide, verecun
„in verbis, in factis juſtitia, in operibus m
„ricordia, in moribus diſciplina, injuriam
„cere non noſſe, & factam poſſe tolerare, e
„fratribus pacem tenere, Deum toto corde
„ligere, amare in illo, quod Pater eſt, ti
„re, quod Deus eſt; Chriſto nihil omnino p
„ponere, charitati ejus inſeparabiliter adh
„rere, cruci ejus fortiter, & fidenter aſſiſte
„quando de ejus nomine, & honore certan
„eſt, exhibere in ſermone conſtantiam, c

„c

„confitemur; in quæstione fiduciam, qua con-„gredimur; in morte constantiam, qua coro-„namur, hoc est, voluntatem Patris adimplere. „Fieri autem petimus voluntatem Dei, ut in „cœlo, & in terra, quod utrumque ad con-„summationem nostræ incolumitatis pertinet, „& salutis; nam cum corpus e terra, & spiri-„tum possideamus e cœlo, ipsi terra, & cœ-„lum sumus, & in utroque, id est, & corpore, „& spiritu, ut Dei voluntas fiat, oramus. „Est enim inter carnem, & spiritum colluctа-„tio, dum spiritus cœlestia, & divina quærit, „caro terrena, & sæcularia concupiscit, & „ideo petimus impense, inter duo ista ope, & „auxilio Dei concordiam fieri, ut, dum & in „spiritu, & in carne voluntas Dei geritur, „quæ per eum renata est, anima servetur. Et „idcirco quotidianis, imo continuis orationi-„bus hoc precamur, & in cœlo, & in terra „voluntatem circa nos Dei fieri, quia hæc est „voluntas Dei, ut terrena cœlestibus cedant, „spiritalia, & divina prævaleant. Potest & „sic intelligi, ut, quoniam mandat, & mo-„net Dominus etiam inimicos diligere, & pro „iis quoque, qui nos persequuntur, orare, „petamus & pro illis, qui adhuc terra sunt, „& necdum cœlestes esse cæperunt, ut & cir-„ca illos voluntas Dei fiat, quam Christus ho-„minem conservando, & redintegrando perfe-„cit; & ut quomodo in cœlo, id est, in nobis „per fidem nostram voluntas Dei facta est, ut „essemus e cœlo, ita & in terra, hoc est, in „illis non credentibus fiat voluntas Dei, ut, „qui adhuc sunt prima nativitate terreni, in-

„ci-

„cipiant esse cœlestes ex aqua, & spir-
„nati.

uarta titio. p. 268. 8. „Procedente oratione postulamus,
„dicimus: *Panem nostrum quotidianum da*
„*hodie.* Quod potest & spiritaliter, & sim-
„citer intelligi, quia & uterque intellectus
„litate divina proficit ad salutem. Nam
„nis vitæ Christus est, & panis hic om-
„non est, sed noster est; & quomodo dic-
„Pater noster, quia intelligentium, & cre-
„tium Pater est, sic & panem nostrum
„mus, quia Christus noster, qui corpus
ommu- o quoti- ana. „contigimus, panis est. Hunc autem p-
„dari nobis, quotidie postulamus, ne, qu-
„Christo sumus, & Eucharistiam quotidie
„cibum salutis accipimus intercedente ali-
„graviori delicto, dum abstenti, & non c-
„municantes a cœlesti pane prohibemur,
„Christi corpore separemur, ipso prædican-
„*Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi,*
„*quis ederit de meo pane, vivet in ætern-*
„*Joan.* 6. Quando ergo dicit, in æternum
„vere, si quis ederit de ejus pane, uti ma-
„festum est, eos vivere, qui corpus ejus at-
„tingunt, & Eucharistiam jure communicatio-
„nis accipiunt, ita contra timendum est, &
„orandum, ne, dum quis abstentus separatur,
„a Christi corpore, procul maneat a salute,
„comminante ipso, & dicente: *Nisi ederitis*
„*carnem Filii hominis &c., non habebitis vitam*
„*in vobis.* Potest vero & sic intelligi, ut, qui
„sæculo renuntiavimus, & divitias ejus, &
„pompas fide gratiæ spiritalis abjecimus, ci-
„bum

„bum nobis tantum petamus, & victum. Me-„rito autem Christi discipulus victum sibi in „diem postulat, qui de crastino cogitare prohi-„betur. *Matth.* 6. Quia & contrarium sibi sit, „& repugnans, ut quæramus in sæculo diu „vivere, qui petimus, regnum Dei velociter „advenire. Neque etiam quotidianus cibus „deesse potest justo; quærentibus enim regnum „Dei, & justitiam ejus omnia promittit appo-„ni. *Matth.* 6. Nam cum Dei sint omnia, ha-„benti Deum nihil deerit, si Deo ipse non de-„sit. Sic Danieli in leonum lacu prandium „divinitus procuratur. *Dan.* 14. Sic alitur „Elias in fuga, & in solitudine corvis mini-„strantibus. 3. *Reg.* 17. Atque, o humanæ „malitiæ detestanda crudelitas, feræ parcunt, „aves pascunt, & homines insidiantur, & „sæviunt.

9. „Post hæc & pro peccatis nostris depre-„camur, dicentes: *Et remitte nobis debita no-„stra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* „Post subsidium cibi petitur & venia delicti, „ut, qui a Deo pascitur, in Deo vivat, nec „tantum præsenti, & temporali vitæ, sed & „æternæ consulatur, ad quam veniri potest, „si peccata donentur, quæ debita Dominus „appellat. Quam necessarie autem, quam „providenter, & salubriter admonemur, quod „peccatores sumus, qui pro peccatis rogare „compellimur, ut, dum indulgentia de Deo „petitur, conscientiæ suæ animus recordetur. „Ne quis sibi quasi innocens placeat, cum in-„nocens nemo sit, & se extollendo plus per-„eat,

Quinta petitio. p. 269.

„eat, inſtruitur, & docetur, peccare ſe q
„tidie, dum quotidie pro peccatis jubetur o
„re. Adjunxit plane, & addidit legem, c
„ta nos conditione, & ſponſione conſtring
„ut ſic nobis dimitti debita poſtulemus, ſe
„dum quod & ipſi debitoribus noſtris dim
„mus, ſcientes impetrari non poſſe, quod
„peccatis petimus, niſi & ipſi circa debi
„noſtros paria fecerimus. Excuſatio tibi
„in die judicii ſupereſt, cum ſecundum
„ſententiam judiceris, & quod feceris,
„& ipſe patiaris. Pacificos enim, & con
„des, atque unanimes eſſe in domo ſua D
„præcipit, & quales nos fecit ſecunda nat
„tate, tales vult renatos perſeverare, ut,
„filii Dei eſſe jam cæpimus, in Dei pace
„neamus, & quibus ſpiritus unus eſt, un
„ſit & animus, & ſenſus. Sic nec ſacrificiu
„Deus recepit diſſidentis, & ab altari reve
„tentem prius fratri reconciliari jubet, ut p
„cificis precibus & Deus poſſit eſſe pacatu
„*Matth.* 5. Sacrificium Deo pax noſtra,
„fraterna concordia, & de unitate Patris,
„Filii, & Spiritus S. plebs adunata. Cæ
„rum diſcordans, & diſſidens, & pacem c
„fratribus non habens, nec ſi pro nomi
„Chriſti occiſus fuerit, crimen diſſenſionis f
„ternæ poterit evadere, quia, ſicut ſcript
„eſt: *Qui fratrem ſuum odit, homicida*
„1. *Joan.* 3. Non poteſt eſſe cum Chriſto,
„imitator Judæ maluit eſſe, quam Ch
„Quale delictum eſt, quod nec baptiſmo
„guinis poteſt ablui? Quale crimen eſt,
„Martyrio non poteſt expiari.

10. „Illud quoque necessarie admonet Do- *Sexta p*
„minus, ut in oratione dicamus: *Et ne nos pa-* *titio.*
„*tiaris induci in tentationem.* Qua in parte osten- *p.* 270.
„ditur, nihil contra nos adversarium posse,
„nisi Deus ante permiserit, ut omnis timor no-
„ster, & devotio, atque obsecratio ad Deum
„convertatur, quando in tentationibus nostris
„nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur.
„Datur autem potestas adversus nos malo se-
„cundum nostra peccata. *If.* 42. Potestas vero
„dupliciter adversus nos datur, vel ad pœnam,
„cum delinquimus, vel ad gloriam, cum pro-
„bamur, sicut de Job factum videmus, *Job.* 1.
„& in Pilato. *Joan.* 19. Quando autem roga-
„mus, ne in tentationem veniamus, admone-
„mur infirmitatis, & imbecillitatis nostræ,
„dum sic rogamus, ne quis se insolenter extol-
„lat, ne quis aut confessionis, aut passionis
„gloriam suam ducat, cum Dominus ipse hu-
„militatem docens dixerit: *Vigilate, & orate,*
„*ne veniatis in tentationem. Marc.* 14. Spiritus
„quidem promptus est, caro autem infirma,
„ut, dum præcedit humilis, & submissa con-
„fessio, & datur totum Deo, quidquid supplici-
„ter cum timore, & honore Dei petitur, ipsius
„pietate præstetur.

11. „Post illa omnia in consummatione *Septima*
„orationis venit clausula universas petitiones, *petitio.*
„& preces nostras collecta brevitate conclu- *p.* 271.
„dens; in novissimo enim ponimus: *Sed libera*
„*nos a malo.* Comprehendentes adversa cuncta,
„quæ contra nos in hoc mundo molitur inimi-
„cus, a quibus potest esse firma, & fida tute-

„la, si nos Deus liberet, si deprecantibus opem „suam præstet. Quando autem dicimus, libera nos a malo, nihil remanet, quod ultra „adhuc debeat postulari, quando semel protectionem Dei adversus malum petamus, qua „impetrata contra omnia, quæ diabolus, & „mundus operantur, securi stamus, & tuti; „quis enim ei de sæculo metus est, cui in sæculo Deus tutor est?

Attentio & devotio in oratione servanda. *p. 271.*

12. „Explicata Oratione dominica S. Cyprianus ad vigilantiam in precibus ita hortatur: „Quando autem stamus ad orationem, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio omnis carnalis, & sæcularis „abscedat, nec quidquam tunc animus, quam „id solum cogitet, quod precatur: ideo & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa „parat fratrum mentes, dicendo: *sursum corda*, „ut, dum respondet plebs: *habemus ad Dominum*, admoneatur, nihil aliud se, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra „adversarium pectus, & soli Deo pateat, nec „ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur; obrepit enim frequenter, & penetrat, „& subtiliter fallens preces nostras a Deo avocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud in „voce, quando intentione sincera Dominum „debeat non vocis sonus, sed animus orare. „Quæ autem segnitia est alienari, & rapi ineptis cogitationibus, & profanis, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quam quod cum Deo loqueris? Quomodo te audiri a Deo postulas,

Præfatio in Missa.

„cum

um te ipſe non audias? Vis eſſe Deum me-
orem tui, cùm rogas, quando tu ipſe me-
or tui non ſis? Hoc eſt, ab hoſte in totum
on cavere; hoc eſt, quando oras Deum,
ajeſtatem Dei negligentia orationis offen-
ere, hoc eſt, vigilare oculis, & corde dor-
ire, cum debeat Chriſtianus, & cum dor-
it oculis, corde vigilare, ſicut ſcriptum eſt
x perſona Eccleſiæ loquentis in Cantico Can-
corum: *Ego dormio, & cor meum vigilat.*
'ant. 5.

13. „Orantes autem non infructuoſis, nec *Eleemoſyna cum oratione conjungenda.*
udis precibus ad Deum veniant: inefficax
etitio eſt, cum precatur Deum ſterilis oratio;
mmo enim non habens fructum promereri
eum non poteſt. Qui nulla eſt operatione
ecundus, & ideo Scriptura divina inſtruit *p.* 271.
icens: *Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemo-
ma. Tob.* 12. Nam qui in die judicii prœ-
nium pro operibus, & eleemoſynis redditu-
us eſt, hodie quoque ad orationem cum
peratione venienti benignus auditor eſt.
ic Cornelius Centurio, cum oraret, meruit
udiri; fuit enim faciens multas eleemoſy-
as. *Act.* 10. Sic & Raphael Angelus To-
iæ oranti ſemper, & ſemper operanti teſtis
uit. *Tob.* 12. Per Eſaiam quoque Dominus *Liber Tobiæ.*
dmonet: *Frange eſurienti panem tuum. Iſ.* 58.
Et beatus Apoſtolus Paulus in neceſſitate
reſſuræ adjutus a fratribus opera bona, quæ
iunt, ſacrificia Dei dixit eſſe. *Philip.* 4. Nam
uando quis miſeretur pauperis, Deum fæ-
erat, & qui dat minimis, Deo donat, ſpi-
italiter Deo ſuavitatis odorem ſacrificat.

Horæ orationis canonicæ. p. 272.

14. „In orationibus vero celebrandis inve-
„nimus, observasse cum Daniele tres pueros
„in fide fortes, & in captivitate victores ho-
„ram tertiam, sextam, nonam, Sacramento
„scilicet Trinitatis, quæ in novissimis tempori-
„bus manifestari habebat; nam & prima hora
„in tertiam veniens consummatum numerum
„Trinitatis ostendit: itemque ad sextam quarta
„procedens declarat alteram Trinitatem: &
„quando a septima nona completur per ternas
„horas, Trinitas perfecta numeratur. Quæ
„horarum spatia jam pridem spiritaliter deter-
„minantes adoratores Dei statutis, & legitimis
„ad precem temporibus serviebant, & mani-
„festata postmodum res est, Sacramenta olim
„fuisse, quod ante sic justi precabantur; nam
„super discipulos hora tertia descendit Spiritus
„sanctus, qui gratiam dominicæ repromissionis
„implevit. Item Petrus hora sexta in tectum
„superius ascendens signo pariter, & voce Dei
„monentis instructus est, ut omnes ad gratiam
„salutis admitteret, cum de emundandis gen-
„tilibus ante dubitaret. Et Dominus hora sex-
„ta crucifixus ad nonam peccata nostra San-
„guine suo abluit, & ut redimere, & vivifi-
„care nos posset, tunc victoriam suam passione
„perfecit. Sed nobis, fratres! præter horas
„antiquitus observatas orandi nunc & spatia,
„& Sacramenta creverunt; nam & mane oran-
„dum est, ut resurrectio Domini matutina ora-
„tione celebretur. Recedente item sole, ac
„die cessante necessario rursus orandum est;
„nam quia Christus sol verus, & dies est ve-
„rus, sole, ac die sæculi recedente, quando

„ora-

„oramus, ut super nos lux denuo veniat, „Christi precamur adventum lucis æternæ gra„tiam præbiturum, imo quia in Scripturis san„ctis sol verus, & dies verus est Christus, ho„ra nulla a Christianis excipitur, quo minus „frequenter, ac semper Deus debeat adorari, „ut qui in Christo, hoc est, in sole, & in „die vero sumus, insistamus per totum diem „precibus, & quando mundi lege decurrens „vicibus alternis nox revoluta succedit, nul„la nocturnis tenebris esse orantibus dam„na potest, quia filiis lucis & in noctibus „dies est. Ambulare ergo nos credamus semper „in lumine, non impediamur a tenebris, quas „evasimus, nulla sint horis nocturnis precum „damna, nulla orationum pigra, & ignava „dispendia: per Dei indulgentiam recreati spi„ritaliter, & renati imitemur, quod futuri su„mus, habituri in regno sine interventu no„ctis solum diem: sic nocte quasi in lumine „vigilemus, oraturi semper, & acturi gratias „Deo, hic quoque orare, & gratias agere non „desinamus.

S. CÆCILII CYPRIANI LIBER AD DEMETRIANUM.

§. I.

Argumentum.

Demetrianus Africæ Proconsul contendebat, Christianis imputari debere bella, famem, & pestem, quibus tum temporis orbis divexa-

batur, eoquod ab iis dii non colerentur. Huic in hoc libro respondet S. Cyprianus, & probat, ipsos potius ethnicos cladium harum caussam esse, eoquod neglecto veri Dei cultu injustis persecutionibus in Christianos desævirent. Imitatur autem hic S. Cyprianus partim Apologeticum, partim librum ad Scapulam Tertulliani, hujusque libri diserte meminit Lactantius *Div. Instit. l.* 5. *c.* 1. *&* 4., Pontius *in vit. Cypr.*, & Hieronymus *ad Mag.*, videturque circa annum 252. conscriptus fuisse.

§. II.

Analysis.

Non Christiani, sed ethnici malorum communium caussa sunt. p. 278.

1. Sanctus Cyprianus, postquam Demetriani insolens contradicendi ingenium nullius sanæ persuasionis capax, & patiens arguisset, tandem ad ejus præcipuam obtrectationem contra Christianos refellendam ita pergit: „Sed „enim cum dicas plures conqueri, quod bella „crebrius surgant, quod lues, quod fames sæ„viant, quodque imbres, & pluvias serena „longa suspendant, nobis imputari, tacere ul„tra non oportet, ne jam non verecundiæ, „sed diffidentiæ esse incipiat, quod tacemus; „& dum criminationes falsas contemnimus re„futare, videamur crimen agnoscere. Respon„deo igitur & tibi pariter, & cæteris, quos „tu forsitan concitasti, quod, quia ignarus „divinæ cognitionis, & veritatis alienus es, „illud primo in loco scire debes, senuisse jam „mundum, non illis viribus stare, quibus jam „prius steterat, nec vigore, ac robore eo va„lere,

„dere, quo ante prævalebat: hoc etiam nobis „tacentibus mundus ipse jam loquitur, & oc„casum sui rerum labentium probatione testa„tur: non hyeme nutriendis seminibus tanta „imbrium copia est, non frugibus æstate tor„rendis solis tanta flagrantia est; nec sic verna „de temperie sua fata læta sunt, nec adeo ar„boreis fœtibus autumna fœcunda sunt: minus „de effossis, & fatigatis montibus eruuntur „marmorum crustæ, minus argenti, & auri „opes suggerunt exhausta jam metalla, & pau„peres venæ breviantur in dies singulos, & „decrescunt: deficit in agris agricola, in mari „nauta, miles in castris, innocentia in foro, „justitia in judicio, in amicitiis concordia, in „artibus peritia, in moribus disciplina. Pu„tasne tu tantam posse substantiam rei sene„scentis existere, quantum prius potuit no„vella adhuc, & vegeta juventute pollere? „Minuatur, necesse est, quidquid fine jam pro„ximo in occidua, & extrema divergit. Chri„stianis imputas, quod minuantur singula „mundo senescente, quid si & senes imputent „Christianis, quod minus valeant in senectute? „Quodcunque nunc nascitur, mundi ipsius se„nectute degenerat, ut nemo mirari debeat, „singula in mundo cæpisse deficere, quando „totus ipse jam mundus in defectione sit & in „fine. Quod autem crebrius bella continuant, „quod sterilitas, & fames sollicitudinem cu„mulant, quod sævientibus morbis valetudo „frangitur, quod humanum genus luis popula„tione vastatur, & hoc scias esse prædictum „in novissimis temporibus multiplicari mala,

„& appropinquante jam judicii die magis
„magis in plagas generis humani cenſur
„Dei indignantis accendi; non enim ſicut t
„falſa querimonia, & imperitia veritatis ig
„ra jactitat, & clamitat, iſta accidunt, q
„dii veſtri a nobis non colantur, ſed quo
„vobis non colatur Deus; nam cum ipſe
„mundi Dominus, & Rector, utique qua
„ea fiunt, quæ iram Dei indignantis of
„dunt, non propter nos fiunt, a quibus D
„colitur, ſed delictis veſtris, & meritis
„gantur, a quibus Deus omnino nec qu
„tur, nec timetur, nec relictis vanis ſupe
„tionibus religio vera cognoſcitur, ut,
„Deus unus eſt omnibus, unus colatur ab
„nibus, & rogetur. Ipſum audi loquent
„*Aggæi* 1. Eoquod domus mea deſerta
„propterea abſtinebit cœlum a rore, &
„ſubtrahet procreationes ſuas, & inducam
„dium ſuper terram &c. Indignatur ecce Do
„minus, & iraſcitur, & quod ad eum
„convertamini, comminatur, & tu mirari
„& quereris in hac obſtinatione, & contempt
„veſtro, ſi rara deſuper pluvia deſcendat,
„terra ſitu pulveris ſqualleat, ſi vineam de
„liter grando cædens, ſi oleam detruncet tu
„bo ſubvertens, ſi aerem peſtilens aura co
„rumpat, cum omnia iſta peccatis pro
„cantibus veniant, & plus exacerbe
„Deus, quando nihil talia, & tanta proficia
„Ecce irrogantur divinitus plagæ, & nul
„Dei metus eſt. Quid ſi non intercederet
„bus humanis iſta cenſura, quanto ad
„major in hominibus eſſet audacia facino

»impunitate secura? Quereris, quod non ita
»utilitatibus tuis, & voluptatibus elementa
»deserviant, & tu Deo non servis, per quem
»tibi cuncta deserviunt: ipse de servo tuo exi-
»gis servitutem, & nisi tibi pro arbitrio ser-
»viatur, imperiosus, & nimius servitutis exa-
»ctor flagellas, fame, siti, nuditate, ferro
frequenter, & carcere affligis, & non agno-
scis miser Dominum Deum tuum, cum sic
erceas ipse in homine dominatum. Hostem
reris exurgere, quasi non etsi externa de
baris arma, & pericula comprimantur,
cius inde, & gravius de calumniis, &
iis potentium civium domesticæ impug-
ionis tela grassentur. De sterilitate, aut
quereris, quasi famem majorem sicci-
tam rapacitas faciat. Quereris imbribus
coelum, cum sic horrea claudantur in
Quereris minus nasci, quasi quæ na-
t indigentibus præbeantur. Pestem,
n criminaris, cum peste ipsa, vel lue
tecta sint, vel aucta crimina singulo-
dum nec infirmis exhibetur misericor-
& defunctis avaritia inhiat, & rapina:
ægrum voluit, qui censum pereuntis
it. Tantus cladium terror dare non po-
nocentiæ disciplinam, & inter populum
enti strage morientem nemo considerat,
e esse mortalem: passim discurritur, rapi-
, occupatur. In latronibus est utcunque
qua scelerum verecundia, avias fauces, &
desertas solitudines deligunt, & sic illic de-
linquitur, ut tamen delinquentium facinus
tenebris, & nocte veletur. Avaritia vero pa-

„lam fævit, & ipfa audacia fua tuta in
„luce abruptæ cupiditatis arma proftituit.
„de falfarii, inde venefici, inde in medi
„vitate ficarii tam ad peccandum præcip
„quam impune peccantes. A nocente cri
„admittitur, nec innocens, qui vindicet
„venitur. De accufatore, vel judice n
„nullus, impunitatem confequuntur mali,
„modefti tacent, timent confcii, veneu
„dicaturi. Peccata itaque, & delicta rep
„tur, confcientiæ vulnera cogitentur, &
„net unusquisque de Deo, vel de nobis
„queri, fi, quod patitur, intelligat fe m

rifliani jufte rquen- r. . 281.

2. Vindicatis hoc modo Chriftianis a lumnia illis illata, S. Cyprianus Demetr tormentorum inufitata genera Chriftianis flicta exprobrat, dicens: „Parum eft, q
„furentium varietate vitiorum, quod crue
„rum compendio rapinarum vita veftra m
„latur, quod fuperftitionibus falfis religio
„ftra fubvertitur, quod Deus omnino nec q
„ritur, nec timetur: adhuc infuper Dei fe
„& majeftati, ac nomini ejus dicatos inj
„perfecutionibus agitatis. Satis non eft, q
„ipfe tu Deum non colis, adhuc infuper
„qui colunt, facrilega infeftatione perfequ
„Deum nec colis, nec coli omnino permi
„& cum cæteri, qui non tantum ifta in
„idola, & manu hominis facta fimulacra,
„& portenta quædam, & monftra veneran
„tibi placeant, folus difplicet Dei cultor.
„mant ubique in templis veftris hoftiarum
„fta, & rogi pecorum, & Dei altaria vel

„la funt, vel occulta. Crocodilli, & cynoce„phali, & lapides, & ferpentes a vobis coluntur, „& Deus folus in terris aut non colitur, aut non „eft impune, quod colitur. Innoxios, juftos, „Deo charos domo privas, patrimonio fpolias, „catenis premis, carcere includis, beftiis, gla„dio, ignibus punis: nec faltem contentus es „dolorum noftrorum compendio, admoves la„niandis corporibus longa tormenta, multi„plicas lacerandis vifceribus numerofa fuppli„cia; nec feritas, atque immanitas tua ufita„tis poteft effe contenta tormentis, excogitat „novas pœnas ingeniofa crudelitas. Quæ hæc „eft infatiabilis carnificinæ rabies? Quin po„tius elige tibi alterum de duobus: Chriftia„num effe, aut eft crimen, aut non eft. Si „crimen eft, quid non interficis confitentem? „Si crimen non eft, quid perfequeris innocen„tem? Torqueri enim debui, fi negarem. „Si pœnam tuam metuens id, quod prius fue„ram, & quod deos tuos non colueram, men„dacio fallente celarem, tunc torquendus fuif„fem, tunc ad confeffionem criminis vi dolo„ris adigendus, ficut in cæteris quæftionibus „torquentur rei, qui fe negant crimine, quo „accufantur, teneri, ut facinoris veritas, quæ „indice voce non promitur, dolore corporis „exprimatur: nunc vero cum fponte confitear, „& clamem, & Chriftianum me effe contefter, „quid tormenta admoves confitenti, & deos „tuos palam deftruenti? Quid te ad infirmita„tem corporis vertis? Cum animi vigore con„gredere, virtutem mentis infringe, fidem de„ftrue, difceptatione, fi potes, vince, vince

„ra-

„ratione: vel si quid diis tuis numini
„testatis est, ipsi in ultionem suam
„ipsi se sua majestate defendant: aut
„stare colentibus possunt, qui se de n
„tibus vindicare non possunt; nam si
„vindicatur, pluris est ille, qui vin
„diis tuis major es: si autem iis, q
„major es, non tu illos colere, sec
„potius coli debes, & timeri, ut
„Pudeat, te eos colere, quos ipse
„pudeat, tutelam de iis sperare, qu
xorcis- „tueris. O si audire eos velles, &
orum „quando a nobis adjurantur, & t
r. „spiritalibus flagris, & verborum
„de obsessis corporibus ejiciuntur, qu
„lantes, & gementes voce humana,
„state divina flagella, & verbera
„venturum judicem confitentur. Ven
„nosce, vera esse, quæ dicimus; &
„deos colere te dicis, vel ipsis, quos c
„de, aut si volueris & tibi credere, c
„loquetur audiente te, qui nunc tuu
„obsedit, qui nunc mentem tuam ig
„nocte cæcavit, videbis, nos rogar
„quos tu rogas, timeri ab eis, quo
„ras, videbis, sub manu nostra stare
„& tremere captivos, quos tu suspici
„neraris ut dominos. Certe vel sic
„in erroribus tuis poteris, quando c
„ris, & audieris deos tuos, quid sin
„rogatione nostra statim prodere, &
„bus licet vobis præstigias illas suas,
„cias non posse celare.

3. „Relinque igitur idola, quæ humanus „error invenit: ad Deum convertere, quem si „imploraveris, subvenit; Christo crede, quem „vivificandis, ac reparandis nobis Pater Fi„lium misit, lædere servos Dei, & Christi per„secutionibus tuis desine, quos læsos ultio di„vina defendit; nec enim unquàm impiorum „scelere in nostrum nomen exurgitur, ut non „statim divinitus vindicta comitetur. Ut me„morias taceamus antiquas, & ultiones pro „cultoribus Dei sæpe repetitas, nullo vocis „præconio revolvamus, documentum recentis „rei satis est, quod sic celeriter nuper secuta „defensio est, ruinis regum, jacturis opum, „dispendio militum, diminutione castrorum. „Nec hoc casu aliquis accidisse existimet, cum „jam pridem Scriptura divina dixerit: *Mihi* „*vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. Deut.* „32. Unde clarum est, atque manifestum, „quia non per nos, sed pro nobis accidunt cun„cta ista, quæ de Dei indignatione descendunt. „Nec ideo quis putet, Christianos iis, quæ „accidunt, non vindicari, quod & ipsi videan„tur accidentium incursatione perstringi: pœ„nam de adversis mundi ille sentit, cui & læ„titia, & gloria omnis in mundo est, ille mœ„ret, & deflet, si sibi male sit in sæculo, cui „bene non potest esse post sæculum. Cæterum „nullus illis dolor est de incursatione malorum „præsentium, quibus fiducia est futurorum „bonorum. Denique nec consternamur ad„versis, nec frangimur, nec dolemus, neque „in ulla aut rerum clade, aut corporum vale„tudine mussitamus, spiritu magis, quam car-

Deus persecutionem Christianorum ulciscitur. p. 282.

„ne

„ne viventes firmitate animi infirmitatem
„poris vincimus. Per ipsa, quae vos cruc
„& fatigant, probari, & corroborari no
„mus, & fidimus. Putatis nos adversa v
„cum aequaliter perpeti, cum eadem ad
„videatis a nobis, & vobis non aequalit
„stineri? Apud vos impatientia clamosa
„per, & querula est, apud nos fortis, &
„giosa patientia, quieta semper, & sem
„Deum grata est; quamdiu enim corpu
„permanet, commune cum caeteris sit, ne
„est, nec separari generi humano ab in vi
„datur, nisi isthinc de saeculo recedatur.
„tra unam domum boni, & mali interim
„tinemur, quidquid intra domum even
„pari sorte perpetimur, donec aevi tempo
„fine completo ad aeternae vel mortis, vel
„mortalitatis hospitia dividamur. Vinea
„fallat, & olea decipiat, & herbis sicci
„morientibus aestuans campus arescat,
„hoc ad Christianos? Quos paradisus invi
„quos gratia omnis, & copia regni coel
„expectat? Exultant semper in Domino
„gaudent in Deo suo, & mala, atque adv
„mundi fortiter tolerant, dum dona, &
„spera futura prospectant; nam qui exp
„nativitate terrena spiritu renati sumus,
„jam mundo, sed Deo vivimus, nonnisi
„ad Deum venerimus, Dei munera, & pr
„missa capiemus; & tamen pro arcendis host
„bus, & imbribus impetrandis, & vel aufe
„rendis, vel temperandis adversis rogamu
„semper, & preces fundimus, & pro pace, a

„sa-

e vestra propitiantes, ac placantes Deum
ıs, ac noctibus instanter rogamus.

„Respicite itaque, dum tempus est ad *Conversio ad Deum suadetur. p. 283.*
n, & æternam salutem, & quia jam
li finis in proximo est, ad Deum men-
vestras Dei timore convertite, nec vos
tet in sæculo inter justos, & mites im-
ns ista, & vana dominatio, quando &
gro inter cultas, & fertiles segetes lolium,
ıvena dominetur. Nec dicatis mala acci-
e, quia dii vestri a nobis non colantur,
sciatis, hanc iram Dei esse censuram, ut,
beneficiis non intelligitur, vel plagis in-
igatur. Deum vel sero cognoscite, quia
istus adveniens hoc admonet *Joan.* 17.
lite illi, qui hæc omnia futura prædixit:
ite illi, qui credentibus prœmium vitæ
næ dabit: credite illi, qui incredulis
na supplicia gehennæ ardoribus irrogabit.
tunc erit fidei gloria, quæ pœna perfi-
, cum judicii dies venerit? Quæ lætitia
lentium, quæ mœstitia perfidorum, no-
se isthic prius credere, & ut credant, jam
ire non posse? Cremabit addictos ardens
nper gehenna, & vivacibus flammis vorax
na, nec erit, unde tormenta habere vel
quiem possint aliquando, vel finem. Ser-
untur cum corporibus suis animæ infinitis
ciatibus ad dolorem. Spectabitur illico
is semper, qui hic nos spectavit ad tem-
, & in persecutionibus factis oculorum
elium brevis fructus perpetua visione
abitur. Erit tunc sine fructu pœnitentiæ
„do-

Inferni æternitas.

„dolor inanis ploratio, & inefficax dep
„In æternam pœnam sero credent, qı
„tam æternam credere noluerunt. Se
„igitur, & vitæ, dum licet, providet
„ferimus vobis animi, & consilii nostri
„munus, & quia odisse non licet no
„sic Deo plus placemus, dum nullam
„juria vicem reddimus, hortamur, c
„cultas adest, dum adhuc aliquid de
„superest, Deo satisfacere, & ad veræ
„nis candidam lucem de profunda, t
„brosa nocte superstitionis emergere.]
„videmus commodis vestris, nec benel
„vina celamus: odiis vestris benevo
„reddimus, & pro tormentis, ac suj
„quæ nobis inferuntur, salutis itiner
„stramus: Credite, & vivite, & qui
„tempus persequimini, in æternum
„nobiscum: nec quisquam aut peccati
„detur, aut annis, quo minus veniat
„sequendam salutem: in isto adhuc

Pœnitentiæ locus semper in vita.

„manenti pœnitentia nulla sera est, p
„indulgentiam Dei adytus, & quære
„atque intelligentibus veritatem facili
„sus. Tu sub ipso licet exitu, & vitæ
„ralis occasu pro delictis roges, &
„qui unus, & verus est, confessione,
„agnitionis ejus implores, venia confit
„tur, & credenti indulgentia salutaris
„vina pietate conceditur, & ad immo
„tem sub ipsa morte transitur. Hanc g
„Christus impertit, hoc munus miser
„suæ tribuit subigendo mortem tropha
„cis, redimendo credentem pretio Sa


...sui. Hunc si fieri potest, sequamur omnes, hujus Sacramento, & signo censeamur, hic nobis viam vitæ aperit. Erimus Christiani cum Christo simul gloriosi, de Deo Patre beati, de perpetua voluptate lætantes semper in conspectu Dei, & agentes Deo gratias semper; neque enim poterit nisi & lætus esse semper, & gratus, qui, cum morti fuisset obnoxius, factus est de immortalitate securus.

S. CÆCILII CYPRIANI LIBER DE IDOLORUM VANITATE.

§. I.

Argumentum.

Liber hic de vanitate idolorum S. Cypriano adscribitur a S. Hieronymo *in epist. ad Magnum Oratorem*: in eo S. Cyprianus in multis imitatur Apologeticum Tertulliani, & tria potissimum demonstrat: Primo: quod Reges pro diis a gentilibus habiti meri homines fuerint. Secundo: quod unus solummodo Deus sit. Tertio: Christi adventum ostendit. Librum hunc non multo post suum Baptismum S. Cyprianus scripsisse videtur.



§. II.

Analyſis.

Reges male pro diis habiti. *p.* 287.

1. „Deos non eſſe, quos colit vulgus, hin[c]
„notum eſt. Reges olim fuerunt,
„qui ob regalem memoriam coli apud ſuo[s]
„poſtmodum etiam in morte cæperunt: inde
„illis inſtituta templa, inde ad Defunctorum
„vultus per imaginem detinendos expreſſa ſi-
„mulacra, quibus & imolabant hoſtias, & dies
„feſtos dando honores celebrabant; inde po-
„ſteris facta ſunt ſacra, quæ primis fuerant
„aſſumpta ſolatia. Et videamus, an ſtet hæc
„apud ſingulos veritas. Melicertes, & Leu-
„cothea præcipitantur in maria, & fiunt poſt-
„modum maris numina. Caſtor, & Pollux
„alternis moriuntur, ut vivant. Æſculapius,
„ut in Deum ſurgat, fulminatur: Hercules,
„ut hominem exuat, oeteis ignibus concre-
„matur. Apollo Admeti pecus pavit. Laome-
„donti muros Neptunus inſtituit, nec merce-
„dem operis infelix ſtructor accepit. Antrum
„Jovis in Creta viſitur, & ſepulchrum ej[us]
„oſtenditur, & ab eo Saturnum fugatum e[ſſe]
„manifeſtum eſt, inde Latium de latebra e[jus]
„nomen accepit. Hic literas imprimere,
„ſignare nummos in Italia primus inſtitu[it],
„unde ærarium Saturni vocatur, & ruſticit[atis]
„hic cultor fuit, inde falcem ferens ſenex [pin]-
„gitur. Hunc fugatum hoſpitio Janus exce[pe]-
„rat, de cujus nomine Janiculum dictum
„& menſis Januarius inſtitutus eſt. Ipſe
„frons exprimitur, quod in medio conſtit[uens]
„annum incipientem pariter, & receden[tem]
„ [illegible]e.

„spectare videatur. Mauri vero manifeste Reges „colunt, nec ullo velamento hoc nomen obte„gunt; inde per gentes, & provincias singulas „varia deorum religio mutatur, dum non unus „ab omnibus Deus colitur, sed propria cuique „majorum suorum cultura servatur. Hoc ita „esse Alexander Magnus insigni volumine ad „matrem suam scribit. Si autem aliquando „dii nati sunt, cur non hodieque nascuntur, „nisi forte Jupiter senuit, aut partus in Juno„ne defecit.

Dii nihil præstare possunt.

2. „Cur vero deos putas pro Romanis „posse, quos videas, nihil pro suis adversus „eorum arma valuisse? Romanorum enim ver„naculos deos novimus. Est Romulus peje„rante Proculo Deus factus, & Picus, & Ti„burinus, & Philumnus, & Consus, quem „deum fraudis, velut consiliorum deum coli „Romulus voluit, postquam in raptum Sabi„narum perfidia provenit. Deam quoque Cloa„cinam Tatius & invenit, & coluit: Pavorem „Hostilius, atque Pallorem: mox, a nescio „quo, Febris dedicata, & Acca; & Flora me„retrices. In tantum vero deorum vocabula „apud Romanos finguntur, ut sit apud illos & „viduus Deus, qui anima corpus viduet, qui „quasi feralis, & funebris intra muros non „habetur, sed foris collocatur, & nihilominus „quia extorris factus damnatur potius Romana „religione, quam colitur. Est & Scansus ab „ascensibus dictus, & Forculus a foribus, & „a liminibus Libentinus, & Cardea a cardini„bus, & ab orbitatibus Suburbana. Hi dii

„Romani. Cæterum Mars Thracius, & J
„piter Creticus, & Juno, vel Argiva, vel S
„mia, vel Pæna; & Diana Taurica, & de
„rum mater Idæa, & Ægyptia portenta, n
„numina, quæ utique, ſi quid poteſtatis h
„buiſſent, ſua, ac ſuorum regna ſervaſſe
„Plane ſunt apud Romanos & victi Penate
„quos Æneas profugus advexit; eſt & Ven
„calva, multo hic turpius calva, quam ap
„Homerum vulnerata. Regna autem non m
„rito accidunt, ſed ſorte variantur. Cæteru
„imperium tenuerunt ante & Aſſyrii, & M
„di, & Perſæ: & Græcos, & Ægyptios r
„naſſe cognovimus. Ita vicibus poteſtat
„Romanis quoque, ut & cæteris impera
„tempus obvenit. Si autem ad originem
„deas, erubeſcas. Populus de ſceleratis,
„& nocentibus congregatur, & aſylo conſt
„to facit numerum impunitas criminum,
„Rex ipſe principatum habeat ad crimina
„Romulus parricida; atque ut matrimon
„faciat, rem concordiæ per diſcordias a
„catur. Rapiunt, ferociunt, fallunt. Ac
„piam civitatis augendam nuptiæ ſunt illi
„pta hoſpitii fœdera, & cum ſoceris
„crudelia.

uguriorum vanitas. p. 288.

3. „Sed nec de auſpiciis, aut auguriis
„mana regna creverunt, ſed acceptum te
„certo fine cuſtodiunt; nam & Regulus a
„cia ſervavit, & captus eſt, & Mancinus
„ligionem tenuit, & ſub jugum miſſus eſt
„pullos edaces Paulus habuit, & apud C
„nas tamen cæſus eſt. C. Cæſar, ne an
„Bra

„Brumam in Africam navigia transmitteret, „auguriis, & auſpiciis retinentibus ſprevit, „& eo facilius navigavit, & vicit. Horum „autem omnium ratio eſt illa, quæ fallit, & „decipit, & præſtigiis cæcantibus veritatem, „ſtultum, & prodigum vulgus inducit: ſpiri„tus inſinceri, & vagi non deſinunt perditi „perdere. Hos & Poetæ dæmonas norunt, „& Socrates inſtrui ſe & Regi ad arbitrium „dæmonis prædicabat, & Magis inde eſt ad „pernitioſa, vel ludrica potentatus, quorum „tamen præcipuus Hoſtanes, & formam Dei „negat conſpici poſſe, & Angelos veros ſedi „ejus dicit aſſiſtere, in quo & Plato pari ratio„ne conſentit, & unum Deum ſervans, cæte„ros angelos, vel dæmonas dicit. Hi ergo „ſpiritus ſub ſtatuis, atque imaginibus conſe„cratis delitescunt, hi afflatu ſuo vatum pe„ctora inſpirant, extorum fibras animant, „avium volatus gubernant, ſortes regunt, ora„cula efficiunt, falſa veris ſemper involvunt; „nam & falluntur, & fallunt, vitam turbant, „ſomnos inquietant, irrepentes etiam in cor„poribus occulte mentes terrent, membra di„ſtorquent, valetudinem frangunt, morbos la„ceſſunt, ut ad cultum ſui cogant, ut nidore „altarium, & rogis pecorum ſaginati, remiſſis, „quæ conſtrinxerant, curaſſe videantur. Hæc „eſt de illis medela, cum illorum ceſſat inju„ria: nec aliud illis ſtudium eſt, quam a Deo „homines avocare, & ad ſuperſtitionem ſui ab „intellectu veræ Religionis avertere; cum ipſi „ſint pœnales, quærere ſibi ad pœnam comi„tes, quos ad crimen ſuum fecerint errore

„participes. Hi tamen adjurati per Deum
„rum a nobis statim cedunt, & fatentur,
„de obsessis corporibus exire coguntur. H
„vulgus in odium nostri nominis cogunt,
„nos odisse incipiant homines, antequam no
„ne cognitos aut imitari possint, aut damn
„non possint.

'us 4. „Unus igitur omnium Dominus est De
us est. „neque enim illa sublimitas potest habere c
. 289. „sortem, cum sola omnem teneat potestate
„Ad divinum imperium etiam de terris n
„tuemur exemplum. Quando unquam re
„societas, aut cum fide cæpit, aut sine cru
„desiit? Romanos geminos unum non c
„regnum, quos unum uteri cæpit hospiti
„Pompejus, & Cæsar affines fuerunt,
„tamen necessitudinis fœdus in æmula pote
„te tenuerunt. Nec hoc tantum de hom
„mireris, cum in hoc omnis natura consent
„Rex unus est apibus, & dux unus in gr
„bus, & in armentis rector unus: multo
„gis mundi unus est Rector, qui unive
„quæcunque sunt, verbo jubet, ratione dis
„sat, virtute consummat. Hic nec videri
„test, visu clarior est; nec comprehendi, t
„purior est; nec æstimari, sensu major est
„ideo sic eum digne æstimamus, dum in
„mabilem dicimus. Quod vero templum
„bere possit Deus, cujus templum totus
„mundus? In nostra dedicandus est mente
„nostro consecrandus est pectore. Nec
„men Dei quæras: Deus nomen est illi:
„vocabulis opus est, ubi propriis appell

„r

m insignibus multitudo dirimenda est: Deo, ui solus est, Deus vocabulum totum est. go unus est, & ubique diffusus est; nam t vulgus in multis Deum naturaliter confite-ur, cum mens, & anima sui Auctoris, & rincipis admonetur, dici frequenter audi-us: *O Deus!* Et: *Deus videt.* Et: *Deo mmendo.* Et: *Deus mihi reddet.* Et: *Quod it Deus.* Et: *Si Deus dederit.* Atque hæc summa delicti, nolle agnoscere, quem orare non possis.

„Quod vero Christus sit, & quomodo ipsum nobis salus venerit, sic est ordo, atio. Judæis primum erat apud Deum a: inde illis & regni sublimitas floruit, neris magnitudo provenit. Sed illi ne-tes indisciplinati, & superbi postmo-acti, & fiducia Patrum inflati, dum di-præcepta contemnunt, datam sibi gra-perdiderunt. Quam vero fuerit illis a vita, ipsi quoque testantur, dispersi, abundi vagantur. Nec non Deus ante xerat, fore, ut mundi fine jam proxi-omni gente, & populo, & loco cul-sibi allegeret Deus multo fideliores, qui gentiam de divinis muneribus haurirent, s igitur indulgentiæ gratiæ, disciplinæ-Arbiter, & Magister Sermo & Filius Dei tur, qui per Prophetas omnes retro Illu-tor, & Doctor humani generis prædica-r. Hic est virtus Dei, hic ratio, hic sa-tia ejus, & gloria: hic in virginem illa-r, carnem Spiritu sancto cooperante in- *Christi adventus. p. 289.* *Consubstantialitas Filii.*

 „dui-

„duitur: Deus cum homine miſcetur. Hi
„Deus noſter, hic Chriſtus eſt, qui Med
„duorum hominem induit, quem perduc
„Patrem. Quod homo eſt, eſſe Chriſtu
„luit, ut & homo poſſit eſſe, quod Ch
„eſt. Sciebant & Judæi, Chriſtum eſſe
„turum; nam hic illis ſemper Prophetis
„nentibus adnuntiabatur, ſed ſignificato
„ci ejus adventu, uno, qui exercitio,
„emplo hominis fungeretur, altero, qui D.
„fateretur, non intelligendo primum ad
„tum, qui in paſſione præceſſit occultus, un
„tantum credunt, qui erit in poteſtate mani
„ſtus. Quod autem hoc Judæorum popu
„intelligere non potuit, deliƈtorum meritu
„fuit, ſic erant ſapientiæ cæcitate mulƈtat
„ut, qui vita indigni eſſent, haberent ant
„oculos, nec viderent. Itaque cum Jeſus Chr
„ſtus ſecundum a Prophetis ante prædiƈta ve
„bo, & vocis imperio dæmonia de hominib
„excuteret, paralyticos reſtringeret, lepro
„purgaret, illuminaret cæcos &c. Judæi, q
„illum crediderant hominem tantum de hum
„litate carnis, & corporis, exiſtimabant m
„gnum de licentia poteſtatis. Hunc magi
„eorum, quos & doƈtrina ille, & ſapientia
„vincebat, accenſi ira poſtremo detentum P
„tio Pilato, qui tunc ex parte Romana
„riam procurabat, tradiderunt, crucem
„& mortem ſuffragiis violentis flagitan
„Hoc eos faƈturos & ipſe prædixerat, & P
„phetarum omnium teſtimonium ſic ante pr
„ceſſerat, oportere illum pati, non ut ſenti
„tantum mortem, ſed ut vinceret, & c

„paſ

passus esset, ad Superos denuo regredi, ut vim divinæ Majestatis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus implevit; nam & crucifixus prævento carnificis officio spiritum sponte dimisit, & die tertio rursus a mortuis sponte surrexit; apparuit discipulis suis talis, ut fuerat, & substantiæ corporalis firmitate conspicuus ad dies quadraginta remoratus est, ut de eo præcepta vitalia instrui possent, & discerent, quæ docerent. Tunc in cœlum circumfusa nube sublatus est, ut hominem, quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad Patrem victor imponeret, jam venturus e cœlo ad pœnam diaboli, & ad censuram generis humani judicis potestate: per orbem vero discipuli magistro, & Deo monente diffusi præcepta Dei in salutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos, ac ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac ne esset probatio minus solida, & de Christo delicata confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur: dolor, qui veritatis testis est, admovetur, ut Christus Dei Filius, qui hominibus ad vitam datus creditur, non tantum præconio vocis, sed & passionis testimonio prædicaretur. Hunc igitur sequimur, hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis auctorem, cœlum pariter, & patrem quærentibus, & credentibus pollicentem. Quod est Christus, erimus Christiani, si Christum fuerimus imitati.



S. CÆCILII CYPRIANI LIBER
DE MORTALITATE.

§. I.
Argumentum.

Cum peſtilens morbus Gallo, & Voluſia[n] Imperatoribus ab Æthiopia ortus totu[m] pene Orientem, & Occidentem, maxime ve[ro] Alexandriam, & Ægyptum per annos quin[de]cim vexaret, S. Cyprianus circa annum Chr[iſti] 253. pro conſolatione Chriſtianorum librum [de] mortalitate conſcripſit, in quo docet, morta[li]tatem, ſeu peſtem Chriſtianis non eſſe tim[en]dam, eoquod ducat ad immortalitatem, [ita]que fidem deeſſe, qui ad eam utpote me[lio]rem non feſtinat. Citatur hic liber a S. [Au]guſtino *l.* 2. *adv. Julian.* & alibi.

§. II.
Analyſis.

[Pe]ſtilentiæ [...]turæ Chriſto [...]addictæ.

Sanctus Cyprianus Chriſtianos tenerioris [...] amiſſionem ſuorum familiarium affectus [...] imbecillis fidei, & ſpei in graſſante, & late[...] viente mortalitate, ſeu peſte ſequentibus [mo]tivis, & rationibus erigit, & ſolatur. *Pr[imo]* ait, „agnoſcere ſe debet, qui Deo militat, [...] „poſitus in cœleſtibus caſtris divina jam ſper[at] „ut ad procellas, & turbines mundi trepida[re] „n[...]

a fit in nobis, nulla cunctatio; quando hæc
tura prædixerit Dominus providæ vocis
tatu instruens, & docens, & præparans,
que corroborans Ecclesiæ suæ populum ad
nem tolerantiam futurorum, bella, & fa-
es, & terræ motus, & pestilentias per loca
gula exurgere prænuntiavit, & docuit,
t ne inopinatus nos, & novus rerum infe-
tantium metus quateret, magis, ac magis
n novissimis temporibus adversa crebrescere
nte præmonuit. Fiunt, ecce, quæ dicta
unt, sequentur, & quæcunque promissa sunt,
Domino ipso pollicente, & dicente: *Cum au-
em videritis hæc omnia fieri, scitote, quoniam
 proximo est regnum Dei. Luc.* 21.

2. *Secundo:* Mortalitas, seu pestifera lues *Pestis ad*
enter perferenda, „quia regnum Dei cæpit *immorta-*
in proximo: prœmium vitæ, & gaudium *litatem*
tis æternæ, & perpetua lætitia, & possessio *ducit.*
disi nuper amissa mundo transeunte jam *p.* 295.
unt, jam terrenis cœlestia, & magna
is, & caducis æterna succedunt. Quis
anxietatis, & sollicitudinis locus est?
inter hæc trepidus, & mœstus est, nisi
pes, & fides deest? Ejus est enim, mor-
timere, qui ad Christum nolit ire, qui
on credat cum Christo incipere regnare.
eon ille justus Christo viso scivit se cito
moriturum: lætus itaque de morte jam
xima accepit in manus puerum, & bene-
ens Deum exclamavit: *Nunc dimittis ser-
m tuum, Domine! secundum verbum tuum in
ce. Luc.* 2. Probans, tunc esse servis Dei

„pa-

„pacem, quando de istis mundi turbinibus
„tracti sedis, & securitatis æternæ portum
„timus, quando expuncta hac morte ad
„mortalitatem venimus; illa est enim
„stra pax, illa fida tranquillitas:, illa stabi
„& firma, & perpetua securitas.

Fors, nos pugna cum diabolo liberat. *p. 296.*

3. *Tertio:* „Quid aliud in mundo, qu
„pugna adversus diabolum quotidie gerit
„Cum avaritia nobis, cum impudicitia, c
„ira, cum ambitione congressio est, cum c
„nalibus vitiis cum illecebris sæcularibus a
„dua, & modesta luctatio est. Obsessa m
„hominis & undique diaboli infestatione v
„lata vix occurrit singulis, vix resistit.
„avaritia prostrata est, exurgit libido: si l
„do compressa est, succedit ambitio: si am
„tio contempta est, ira exasperat, inflat su
„bia, vinolentia invitat, invidia concord
„rumpit, amicitiam zelus abscindit. Cog
„maledicere, quod divina lex prohibet: c
„pelleris judicare, quod non licet. Tot
„secutiones animus quotidie patitur, tot
„culis pectus urgetur, & delectat hic inter
„boli gladios diu stare, cum magis con
„scendum sit, & optandum, ad Christum
„veniente velocius morte properare, ipso
„cente: tristitia vestra in lætitiam veniet.
„*an.* 6. Quis non tristitia carere optet? Q
„non ad lætitiam venire festinet? Quan
„autem in lætitiam veniat nostra tristitia, D
„minus denuo declarat, dicens: *Iterum vide*
„*vos, & gaudebit cor vestrum.* Cum ergo Ch
„stum videre gaudere sit, nec possit esse ga

„diu

noſtrum, niſi cum viderimus Chriſtum, lementia eſt, amare preſſuras, & pœnas, hrymas mundi, & non feſtinare potius audium, quod nunquam poſſit auferri. autem fit, quia fides deeſt, quia nemo t, vera eſſe, quæ promittit Deus, qui x eſt. Si tibi vir gravis aliquid pollicet, haberes utique pollicenti fidem: nunc s tecum loquitur, & tu mente incredula idus fluctuas? Deus de hoc mundo recei tibi immortalitatem pollicetur, & tu tas? hoc eſt, Deum omnino non noſſe: eſt, Chriſtum credentium Dominum, & iſtrum peccato incredulitatis offendere.

Præoccupat modo S. Cyprianus objem quandam, ſcilicet: „At enim quosmovet, quod æqualiter cum gentilibus tos morbi iſtius valetudo corripiat, quaſi oc crediderit Chriſtianus, ut immunis a actu malorum mundo, & ſæculo feliciter uatur, & non omnia hic adverſa perus ad futuram lætitiam reſervetur. Mo- quosdam, quod ſit nobis cum cæteris talitas illa communis; quid enim nobis oc mundo non commune cum cæteris, ndiu adhuc ſecundum legem primæ natiis manet caro iſta communis? Sic cum ſterili terra jejuna eſt, neminem fames at: ſic cum irruptione hoſtili civitas alipoſſeſſa eſt, omnes ſimul captivitas vaſtat, ſi qua conditione, qua lege crediderit tianus, noſcat, & teneat, ſciet plus ſibi cæteris in ſæculo laborandum, cui mat cum diaboli impugnatione luctandum. *Cur Chriſtiani malis communibus obnoxii. p. 296.*

5. *Quar-*

Exempla Sanctorum patientium. p. 297.

5. *Quartum* motivum mortalitatem pat ter ferendi S. Cyprianus petit ab exemplo S ctorum. „Sic Job post rerum damna, „pignorum funera, vulneribus quoque, „vermibus graviter afflictus non victus est, „probatus. *Job.* 1. Et Tobias post opera m „nifica, post misericordiæ suæ multa, & „riosa præconia cæcitatem luminum pas „timens, & benedicens Deum in adversis, „ipsam corporis sui cladem crevit ad laud „*Tob.* 2. Hanc tolerantiam justi semper „buerunt, hanc Apostoli disciplinam de „mini lege tenuerunt, non mussitare in ad „sis, sed quæcunque in sæculo accidunt, „titer, & patienter accipere, cum Judæo „populus hinc semper offenderit, quod ad „sus Deum frequentius murmuraret. N „murandum non est in adversis, sed patie „& fortiter, quidquid acciderit, sustinend „tentat enim vos Dominus Deus vester „*sciat, si diligitis Dominum Deum vestrum* „*Deut.* 13. Sic Abraham Deo placuit, q „ut placeret Deo, nec amittere filium tim „nec gerere parricidium recusavit. Qui fil „non potes lege, & forte mortalitatis ami „re, quid faceres, si filium jubereris occide „Ad omnia te paratum facere timor Dei, „fides debet; sit licet rei familiaris amissio, „de infestantibus morbis assidua membrorum „& cruenta vexatio, sit de uxore, de libe „de excedentibus charis funebris, & tri „avulsio; non sint tibi scandala ista, sed p „lia, nec debilitent, aut frangant Christi „fidem, sed potius ostendant in colluctati

„

virtutem, cum contemnenda sit omnis injuria malorum præsentium fiducia futurorum bonorum: nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria. Gubernator in tempestate dignoscitur: in acie miles probatur. Delicata jactatio est, cum periculum non est: conflictatio in adversis probatio est veritatis. Arbor alta radice fundata ventis incumbentibus non movetur: sic & Apostolus post naufragia, post flagella, post carnis, & corporis multa, & gravia tormenta non vexari, sed emendari se dicit adversis, ut, dum gravius affligitur, verius probaretur.

6. „*Quinto:* Mortalitas patienter ferenda est, quia, quando infirmitas, & imbecillitas, & vastitas aliqua grassatur, tunc virtus nostra perficitur, tunc fides, si tentata perstiterit, coronatur; hoc enim inter nos, & ceteros interest, qui Deum nesciunt, quod illi in adversis queruntur, & murmurant, nos adversa non avocant a virtutis, & fidei veritate, sed corroborant in dolore. Contra tot impetus vastationis, & mortis inconcussis animi virtutibus congredi, quanta pectoris magnitudo est? Et quanta sublimitas inter ruinas generis humani stare erectum? Gratulari magis oportet, & temporis munus amplecti, quod, dum nostram fidem fortiter promimus, & labore tolerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus, prœmium vitæ ejus, & fidei ipso judicante capiamus. Mori plane timeat, sed qui ex aqua, & spiritu non renatus gehennæ ignibus mancipatur.

Adversa virtutem probant. p. 298.

7. *Sex-*

Mors bonis salutaris. p. 298.

7. *Sexto:* „Multi ex noſtris in hac mo„litate moriuntur, hoc eſt, multi ex noſtri„ſæculo liberantur. Mortalitas iſta uti Jud„& Gentilibus, & Chriſti hoſtibus peſtis „ita Dei ſervis ſalutaris exceſſus eſt. I„quod ſine ullo diſcrimine generis humani „injuſtis moriuntur & juſti, non eſt, quod „tetis, bonis, & malis interitum eſſe com„nem: ad refrigerium juſti vocantur, ad „plicium rapiuntur injuſti. Excedunt, e„in pace tutæ cum gloria ſua virgines ven„tis Antichriſti minas, & corruptelas, & „panaria non timentes: pueri periculum lu„cæ ætatis evadunt, ad continentiæ, a„innocentiæ prœmium feliciter perveni„tormenta jam non timet delicata matr„metum perſecutionis, & manus, crucia„que carnificis moriendi celeritate lucrata„vore mortalitatis, & temporis accend„tepidi, conſtringuntur remiſſi, excit„ignavi, deſertores compelluntur, ut rec„gentiles coguntur, ut credant; vetus„lium populus ad quietem vocatur, ad „recens, & copioſus exercitus fortiori „colligitur, pugnaturus ſine metu mortis„prælium venerit, qui ad militiam te„mortalitatis accedit. Peſtis iſta, quæ hor„& feralis videtur, explorat juſtitiam i„lorum, & mentes humani generis exam„an infirmis ſerviant ſani, an propinqui co„tos pie diligant, an miſereantur ſervo„languentium domini, an deprecantes æ„non deſerant Medici, an feroces violent„ſuam comprimant, an rapaces avaritiæ

„

„rentis insatiabilem semper ardorem vel metu „mortis extinguant, an cervicem flectant su„perbi, an audaciam leniant improbi, an per„euntibus charis vel sic aliquid divites largian„tur, & donent sine hærede morituri. Ut ni„hil aliud mortalitas ista contulerit, hoc Chri„stianis, & Dei servis plurimum præstitit, „quod martyrium cæpimus libenter appetere, „dum mortem discimus non timere: exercitia „sunt nobis ista, non funera, dant animo for„titudinis gloriam, contemptu mortis præpa„rant ad coronam.

8. *Septimo*: „Sed fortasse aliquis opponat: „Hoc me ergo in præsenti mortalitate contri„stat, quod, qui paratus ad confessionem fue„ram, & ad tolerantiam passionis toto me cor„de, & plena virtute devoveram, martyrio „meo privor, dum morte prævenior. Verum „primo non est in tua potestate, sed in Dei „dignatione martyrium, nec potes te dicere „perdidisse, quod nescis, an merearis accipere. „Tunc deinde Deus scrutator renis, & cordis, „& occultorum contemplator, & cognitor vi„det te, & laudat, & comprobat, & qui per„spicit apud te paratam fuisse virtutem, red„det pro virtute mercedem: in Dei servis, „apud quos confessio cogitatur, & martyrium „mente concipitur, animus ad bonum deditus „Deo judice coronatur; aliud est enim, mar„tyrio animum deesse, aliud animo defuisse „martyrium; nec enim Deus sanguinem no„strum, sed fidem quærit; nam nec Abraham, „nec Isaac, nec Jacob occisi sunt, & tamen

Bona voluntas martyrii subeundi præmiatur.

p. 298.

„fidei, ac justitiæ meritis honorati inter Pa-
„triarchas primi esse meruerunt, ad quorum
„convivium congregatur, quisquis fidelis, &
„justus, & laudabilis invenitur. Meminisse
„debemus, voluntatem nos non nostram, sed
„Dei facere debere, secundum quod nos Do-
„minus quotidie jussit orare. Quam præposte-
„rum est, quamque perversum, ut, cum Dei
„voluntatem fieri postulemus, quando evocat
„nos de hoc mundo Deus, non statim volun-
„tatis ejus imperio pareamus. Obnitimur, &
„reluctamur, & pervicacium more servorum
„ad conspectum Domini cum tristitia, & mœ-
„rore perducimur, exeuntes isthinc necessita-
„tis vinculo, non obsequio voluntatis, & vo-
„lumus ab eo prœmiis cœlestibus honorari, a
„quem venimus inviti: quid ergo oramus,
„petimus, ut adveniat regnum cœlorum,
„captivitas terrena delectat? Denique ut ma-
„nifestius divinæ Providentiæ indicia claresce-
„rent, quod Dominus præscius futurorum
„consulat ad veram salutem, cum quid
„de consacerdotibus nostris jam infirmitate
„fessus, & de appropinquante morte sollic
„commeatum (*id est, liberationem a morte*)
„precaretur, astitit deprecanti juvenis hon
„& majestate venerabilis, qui non sine qu
„dam animi, & vocis indignatione infremu
„& dixit: Pati timetis, exire non vultis, qu
„faciam vobis? Quod ille non sibi, sed nob
„audivit, ut dum illum increpitum comper
„mus, quid cunctis expediat, agnosceremus.

9. Ota-

9. *Octavo:* „Nobis quoque ipsis revelatum „est, fratres nostros non esse lugendos accer„sitione dominica de sæculo liberatos, cum „sciamus, non eos amitti, sed præmitti, desi„derari eos debere, non plangi: nec accipien„das esse hic atras vestes, quando illi ibi indu„menta alba jam sumpserint: occasionem dan„dam non esse gentilibus, ut nos merito, ac „jure reprehendant, quod, quos vivere apud „Deum dicimus, ut extinctos, & perditos lu„geamus, & fidem, quam sermone, & voce „depromimus, cordis testimonio non probe„mus: spei nostræ, ac fidei prævaricatores su„mus; improbat enim Apostolus Paulus, & „objurgat, si qui contristentur in excessu suo„rum. 1. *Thess.* 4. Qui autem spe vivimus, & in Deum credimus, & Christum passum esse pro nobis, & resurrexisse confidimus, in Christo manentes, & per ipsum, atque in ipso resurgentes, quid aut ipsi recedere isthinc de sæculo nolumus, aut nostros recedentes quasi perditos plangimus, ac dolemus? Ipso Christo D. N. monente: *Ego sum resurrectio, & vita. . . Qui vivit, & credit in me, non moritur in æternum.* *Mortui non plangendi.* *p.* 299.

10. *Nono.* „Quod interim morimur, ad „immortalitatem morte transgredimur, nec „potest vita æterna succedere, nisi hinc con„tigerit exire: non est exitus iste, sed transi„tus, & temporali itinere decurso ad æterna „transgressus. Quis non ad meliora festinet? „Quis non mutari, & reformari ad Christi spe„ciem, & ad cœlestis gratiæ dignitatem ve„nire *Mors via ad immortalitatem.* *p.* 300.

„nire citius exoptet? Venturus ad Christi se„dem ad regnorum cœlestem claritatem lu„gere non debet, & plangere, sed potius se„cundum pollicitationem Domini secundum fi„dem veritatis in profectione hac sua, & „translatione gaudere. Sic denique inveni„mus, & Enoch translatum esse, qui Deo „placuit. *Gen.* 5. Hoc fuit placuisse in conspe„ctu Dei, de hoc contagio sæculi meruisse „transferri. Ejus est in mundo diu velle re„manere, quem mundus oblectat. Porro cum „mundus oderit Christianum, quid amas eum, „qui te odit, & non magis sequeris Christum, „qui te & redemit, & diligit.

Mors ad gaudium æternum ducit. p. 300.

11. *Decimo* denique mortalitas patienter ferenda, quæ nos ad æterna gaudia ducit, scilicet „mente integra, fide firma, virtute „robusta parati ad omnem Dei voluntatem si„mus, pavore mortis excluso immortalitatem, „quæ sequitur, cogitemus. Hoc nos ostenda„mus esse, quod credimus, ut neque charo„rum lugeamus excessum, & cum accersitio„nis propriæ dies venerit, incunctanter, & li„benter ad Dominum ipso vocante veniamus. „Quod cum semper faciendum fuerit Dei ser„vis, nunc fieri multo magis debet corruente „jam mundo, ut, qui cernimus cæpisse jam „gravia, & scimus imminere graviora, lucrum „maximum computemus, si isthinc velociter „recedamus. Si in habitaculo tuo parietes „vetustate nutarent, tecta desuper tremerent, „domus jam fatigata, jam lassa ædificiis sene„ctute labentibus ruinam proximam minare„tur,

„tur, nonne omni celeritate migrares? Mundus, ecce, nutat, & labitur, & ruinam sui non jam senectute rerum, sed fine testatur, & tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis, quod exitu maturiore subtractus ruinis, & plagis imminentibus exuaris? Considerandum est, & identidem cogitandum, renunciasse nos mundo, & tanquam hospites, & peregrinos isthic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo qui nos isthinc ereptos, & laqueis sæcularibus exsolutos paradiso restituit, & regno cœlesti. Quis non peregre constitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti. Patriam nostram paradisum computamus, parentes Patriarchas habere jam cæpimus; quid non properamus, & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos, & copiosa turba desiderat jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum, & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune lætitia est? Qualis illic cœlestium regnorum voluptas sine timore moriendi, & cum æternitate vivendi? Quam summa, & perpetua felicitas? Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultantium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis, & passionis victoriam coronatus; triumphantes il-

„lic virgines, quæ concupiscentiam carnis „& corporis continentiæ robore subegerunt „remunerati misericordes, qui alimentis, & „largitionibus pauperum justitiæ opera fece„runt, qui dominica præcepta servantes a „cœlestes thesauros terrena patrimonia transt„lerunt. Ad hos fratres avida cupiditate pr„peremus, ut cum his cito esse, ut cito „Christum venire contingat, optemus.

S. CÆCILII CYPRIANI LIBER

DE OPERE, ET ELEEMOSYNIS.

§. I.

Argumentum.

Hic liber a S. Cypriano circa annum 25 scriptus de Opere, & Eleemosynis inscribitur in Codice Cambronensi, & a S. Augustino sub hoc titulo citatur *l.* 4. *contr. duas epi Pelag. ad Bonifac. c.* 4. Antea erat titulus: *d* Eleemosyna. Meminit etiam illius S. Hieronymus ad Pammachium super obitu Paulin uxoris, sed sub titulo: *De misericordia.* Proponit in illo S. Cyprianus motiva ad eleemosynas indigentibus largiendas.



§. I

§. II.

Analysis.

Sanctus S. Cyprianus fidelibus misericordiam, & opem per eleemosynam erga pauperes sequentia motiva proponit. *Primo:* quia eleemosyna est alterum post Baptismum remedium. „Loquitur enim in divinis Scripturis „Spiritus sanctus, & dicit: *Eleemosynis, & fide „delicta purgantur. Prov.* 15. Non utique illa „delicta, quæ fuerant ante contracta; nam il„la Christi sanguine, & sanctificatione purgan„tur. Item denuo dicit; *Sicut aqua extinguit „ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Hic „quoque ostenditur, & probatur, quia sicut „lavacro aquæ salutaris gehennæ ignis extin„guitur, ita eleemosynis, atque operibus ju„stis delictorum flamma sopitur; & quia semel „in Baptismo remissio peccatorum datur, assi„dua, & jugis operatio Baptismi instar imi„tata Dei rursus indulgentiam largitur. Hoc „& in Evangelio Dominus docet, dicens; „*Date eleemosynam, & ecce vobis munda omnia. „Luc.* 11. Misericors monet, misericordiam „fieri, & quia servare quærit, quos magno „pretio redemit, post Baptismi gratiam sordi„datos docet denuo posse purgari. Agnosca„mus itaque divinæ indulgentiæ munus salu„bre, & emundandis, purgandisque peccatis „nostris, qui sine aliquo conscientiæ vulnere „esse non possumus, medelis spiritalibus vul„nera nostra curemus. Nec quisquam sibi sic de puro, atque immaculato corde blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet

Eleemosyna delet peccata. p. 303.

„adhibendam esse vulneribus, cum scriptum „sit: *Quis gloriabitur, mundum se esse a peccatis?* „*Prov.* 20. Si autem nemo esse sine peccato „potest, & quisquis se inculpatum dixerit, „aut superbus, aut stultus est, quam necessa„ria, quam benigna est divina clementia. „Quæ cum sciat non deesse vulnera, dedit cu„randis denuo vulneribus remedia salutaria.

Eleemosyna in S. Scriptura commendatur. p. 304.

2. *Secundo:* Eleemosynæ meritum com„mendat S. Scriptura: „Nunquam enim adm„nitio divina cessavit, quo minus in Scriptu„sanctis tam veteribus, quam novis semp„& ubique ad misericordiæ opera Dei popu„provocaretur, & exhortante Spiritu S. qu„quis ad spem regni cœlestis instruitur, fac„eleemosynas jubetur. Mandat per Esa„Deus: *Frange esurienti panem tuum . . .* „*præibit ante te justitia, & claritas Dei circ*„*dabit te. Is.* 58. Remedia propitiando „ipsius Dei verbis data sunt, quid debe„facere peccantes, magisteria divina do„runt; operationibus justis Deo satisfieri, „sericordiæ meritis peccata purgari. Ide„gimus *Prov.* 21. & *Ps.* 40. Et Daniel „Nabuchodonosor hoc remedium dedit, „cens: *Peccata tua eleemosynis redime, & in*„*stitias tuas miserationibus pauperum, &* „*Deus patiens peccatis tuis. Dan.* 4. Raph„quoque Angelus paria testatur, dicens: B„na est oratio cum jejunio, & eleemosyn„quia eleemosyna a morte liberat, & ipsa pu„gat peccata. *Tob.* 12. In Actibus etiam Apo„stolorum facti fides posita est. Tabitha ope

Liber Tobiæ.

ationibus justis, & eleemosynis præstandis plurimum dedita cum esset mortua, Petrus accitus est, & circumsteterunt eum viduæ flentes, & rogantes, pallia, & tunicas, & omnia illa, quæ prius sumpserant indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis vocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus non defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus, quando esset in viduis ipse vestitus. Cum itaque viduarum, & pauperum tatas sibi preces ad Dominum pertulisset, hanc mundi denuo lucem redivivum cor- Tabithæ animatur. Tantum potuerunt ricordiæ merita, tantum opera justa va- nt: quæ laborantibus viduis largita fue- bsidia vivendi, meruit ad vitam vidua- petitione revocari. *Act.* 9. Itaque in gelio Dominus inter sua mandata divina crebrius mandat, quam ut insistamus osynis dandis, nec terrenis possessioni- icubemus, sed cœlestes thesauros potius damus. *Vendite*, inquit, *res vestras, & eleemosynam. Luc.* 12. *& Matth.* 6. Et observata lege perfectum vellet ostende- *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade, & ven- nnia tua, & da egenis, & habebis thesau- in cœlo, & veni, sequere me. Matth.* 19. n alio in loco negotiatorem cœlestis gra- vitam æternam Christi cruore pretiosam quantitate patrimonii sui dicit debere mer- ri. *Matth.* 13. Eos denique, & Abrahæ fi- os dicit, quos in juvandis, alendisque paupe- ibus operarios cernit: sic respondit Jesus Za- chæo, & dixit: *Quoniam & hic filius est Abrahæ.*

„*Luc.* 19. Nam si Abraham credidit Deo
„deputatum est ei ad justitiam: utique qui
„cundum præceptum Dei eleemosynas fa
„Deo credit; & qui habet fidei veritatem,
„vat Dei timorem; qui autem Dei timo
„servat, in miserationibus pauperum D
„cogitat.

Eleemosy-na ad pe-nuriam non redi-git. *p.* 305.

3. *Tertio:* Idem probat S. Cyprianus
vendo excusationem, quæ a nonnullis præ
ditur, & ait: „Si vereris, & metuis, n
„operari plurimum cæperis, patrimonio
„larga operatione finito ad penuriam fort
„digaris: esto in hac parte intrepidus, es
„curus; finiri non potest, unde in usus
„sti impenditur, unde opus cœleste celeb
„Nec hoc tibi de meo spondeo, sed de s
„rum Scripturarum fide, & divinæ poll
„tionis auctoritate promitto. Loquitur pe
„lomonem Spiritus sanctus, & dicit: *Q*
„*pauperibus, nunquam egebit. Prov.* 22.
„B. Apostolus Paulus: *Qui administrat*, i
„*semen seminanti, & panem ad edendum p*
„*bit &c.* 2. *Cor.* 9. Et Dominus in Evan
„contestatur, & dicit: *Nolite cogitare di*
„*quid edemus. . . . Quærite primum re*
„*Dei, & omnia ista apponentur vobis. Matt*
„Metuis, ne patrimonium tuum forte defi
„si operari ex eo largiter cæperis, & ne
„miser, quia, dum times, ne res famili
„deficiat, vita ipsa, & salus deficit, & d
„times, ne pro te patrimonium tuum perd
„ipse pro patrimonio tuo pereas. 1. *Tim*
„Metuis, ne patrimonium tuum forte defic

operari ex eo largiter cæperis? Quando facturm est, ut justo possent deesse subsidia vitæ, cum scriptum sit: *Non occidet fame Dominus animam justam*. *Prov.* 10. Helias in solitudine corvis ministrantibus pascitur, *Reg.* 17. & Danieli in lacu ad leonum prædam jussu regis incluso prandium divinitus apparatur,. & tu metuis, ne operanti tibi, & Dominum promerenti desit alimentum? Quando volucres Deus pascit, & passeribus alimenta diurna præstantur, tu Christiano, Dei servo, tu operibus bonis dedito, tu Domino suo charo aliquid existimas defuturum? Nisi si putas, quia, qui Christum pascit, a Christo ipse non pascitur, aut eis terrena deerunt, quibus cœlestia, & divina tribuuntur. Unde hæc incredula cogitatio? quid qui Christum omnino non credit, appellatur Christianus? Pharisæi tibi magis convenit nomen; nam cum Dominus de eleemosynis disputaret, Pharisæi, qui erant cupidissimi, irridebant eum. *Luc.* 16. Quid tibi istis ineptis, & stultis cogitationibus plaudis? Quasi metu, & sollicitudine futurorum in operibus retarderis? Quid umbras vanæ excusationis obtendis? Confitere imo, quæ vera sunt, & quia scientes non potes fallere, secreta, & abdita mentis exprome. Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine veritatis carnale pectus alta, & profunda avaritiæ caligo cæcavit: pecuniæ tuæ captivus, & servus es: catenis cupiditatis alligatus es, & quem jam solverat Christus, denuo vinctus es; servas

„pe-

„pecuniam, quæ te servata non servat: p
„monium cumulas, quod te pondere suo
„vius onerat, nec meministi, quid Deu
„sponderit diviti: *Stulte! hac nocte expostu*
„*anima tua a te, quæ ergo parasti, cujus er*
„*Luc.* 12. Redditus tuos divide cum Do
„Deo tuo; fructus tuos partire cum Chr
„fac tibi possessionum terrestrium Chri
„participem, ut & ille te sibi faciat regn
„cœlestium cohæredem. Erras, & fall
„quisquis te in sæculo divitem credis.
paca- „in Apocalypsi Domini tui vocem: *Dici*
psis. „*ves sum ... & nescis, quia tu es miser,*
„*serabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*
„*deo tibi emere a me aurum ignitum de ig*
„*sis dives, & vestem albam vestiaris ... C*
„*lyrio inunge oculos tuos, ut videas. A*
„Et quæ matrona in Ecclesia Christi locu
„& dives es, inunge oculos tuos non
„diaboli, sed collyrio Christi, ut perveni
„videndum Deum possis, dum Deum & o
„bus bonis, & moribus promereris. L
„ples, & dives es, & Dominicum (*sacrifi*
„*Eucharistiæ*) celebrare te credis, quæ co
„nam omnino non respicis, quæ in don
„cum sine sacrificio venis, quæ partem de
„crificio, quod pauper obtulit, sumis.
„tuere in Evangelio viduam inter pressi
„egestatis in gazophylacium duo, quæ
„sibi fuerant minuta mittentem; quam
„animadverteret Dominus, non de patri
„nio, sed de animo opus ejus examinans
„spondit: *Amen dico vobis, quoniam vidua*
„*plus omnibus misit in dona Dei &c. Luc.*

leat divites sterilitatis, & infidelitatis suæ:
ia, & inops vidua in opere larga inveni-
; cumque universa, quæ dantur, pupillis,
viduis conferantur, dat illa, quam opor-
at accipere, ut sciamus, quæ pœna ste-
rem divitem maneat, quando hoc documen-
operari etiam pauperes debeant. Atque
intelligamus hæc opera Deo dari, Christus
ea Dei dona appellat.

4. *Quarto*: „Sed nec illa res a bonis ope-
ibus (*eleemosynis*) revocet Christianum, quod
excusari se posse aliquis existimet beneficio
iliorum, quando in impensis spiritualibus
Christum cogitare, qui accipere se professus
st, debeamus, nec conservos liberis nostris,
ed Dominum præferamus, ipso monente:
*Qui diligit patrem, aut matrem super me, non
est me dignus; & qui diligit filium, aut filiam
super me, non est me dignus*. *Matth*. 10. Si er-
go Deum toto corde diligimus, nec parentes,
nec filios Deo præferre debemus. Quod &
Joannes in epistola sua ponit, charitatem Dei
apud eos non esse, quos videamus operari in
pauperem nolle. 1. *Joan*. 3. Si enim Deus
eleemosynis fœneratur, non est, quod quis
terrena cœlestibus præferat. Sic vidua illa in
tertio regnorum libro cum in siccitate, & fa-
me consumptis omnibus de modico farre, &
oleo, quod superfuerat, fecisset subcinericium
panem, quo assumpto moritura cum liberis
esset, supervenit Helias, & petiit sibi prius
ad edendum dari, nec obtemperare illa du-
bitavit. Tunc Helias dixit: *Hæc dicit Domi-*
„nus:

Liberorum sustentatio ab eleemosyna non excusat.
p. 307.

„*mus: fiala farris non deficiet, & capsaces*
„*non minuetur usque in diem, quo dabit Dom*
„*imbrem super terram:* & secundum divinæ
„licitationis fidem farris, & olei vasa com
„ta sunt; nec filiis abstulit mater, quod
„liæ dedit, sed magis contulit filiis, quod
„nigne, & pie fecit. Et illa nondum C
„stum sciebat, ut ex hoc appareat, quan
„in Ecclesia peccet, qui se, & filios Ch
„anteponens divitias suas servat, nec patr
„nium copiosum cum indigentium pauper
„communicat. Sed enim multi sunt in d
„liberi, & retardat te numerositas filio
„quo minus largiter bonis operibus in
„Atque in hoc ipso operari amplius d
„quo multorum pignorum pater es:
„sunt, pro quibus Dominum depreceris,
„torum delicta redimenda sunt. Uti i
„vita sæculari alendis pignoribus, quo
„est numerus, hoc major & sumptus e
„& in vita spiritali, quo amplior fuerit
„rum copia, esse & operum debet majo
„pensa. Sic & Job sacrificia numerosa p
„beris offerebat. *Job.* 1. Si ergo vere
„tuos diligis, operari magis debes, ut f
„tuos Deo justa operatione commendes;
„eum liberis tuis cogites patrem, qui & t
„porarius, & infirmus est, sed illum patr
„putes, qui æternus, & firmus filiorum sp
„tualium pater est: illi assigna facultates tu
„quas hæredibus servas, ille sit liberis t
„tutor, ille curator, ille contra omnes in
„rias sæculares divina majestate protector. I
„trimonium Deo creditum nec respublica
„]

jit, nec fiscus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit. Hoc est charis pignoribus in posterum providere, hoc est, futuris hæredibus paterna pietate consulere secundum fidem Scripturæ sanctæ dicentis: *Junior fui, & senui, & non vidi justum derelictum, neque semen ejus egens pane &c. Ps.* 36. Prævaricator igitur, & proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas, qui studes, terreno magis, quam cœlesti patrimonio filios tuos diabolo magis commendare, quam Christo: bis delinquis, & quod non præparas filiis tuis Dei patris auxilium, & quod doces filios, patrimonium plus amare, quam Christum. Esto tius liberis tuis pater talis, qualis Tobias fuit: da utilia, & salutaria præcepta, quaille Filio dedit. *Tob.* 4.

. *Quinto:* „Quale munus est, cujus editio spectante celebratur? Si in gentilium nere grande, & gloriosum videtur, Prosules, vel Imperatores habere præsentes, apparatus, ac sumptus apud munerarios ijor est, ut possint placere majoribus, quanillustrior muneris, & major est gloria, eum, & Christum spectatores habere? uanto isthic & apparatus uberior, & sumtus largior exhibendus est, ubi ad spectacuum conveniunt cœlorum virtutes, conveniunt Angeli omnes, ubi muneratio non quadriga, vel consulatus petitur, sed vita æterna præstatur, nec captatur inanis, & temporarius favor vulgi, sed perpetuum prœmium regni cœlestis accipitur? *Eleemosyna Deo spectante datur. p.* 308.

6. *Sex-*

Judicium eleemosynam negantium. p. 309.

6. *Sexto*: „Atque ut pigros
„& cupiditate nummaria nihil
„salutis operantes magis pudeat,
„quisque ante oculos suos diabol
„vis suis plebem Christi judicante
„rationis examine provocare, dic
„pro illis, quos mecum vides,
„pertuli, nec sanguinem fudi, se
„illis cœleste promitto, & muner
„pretiosa sumptuosissimis apparat
„rant, ac nisi editio honesta succ
„vitiis, ac sibilis ejiciuntur, & fu
„nonnunquam pene lapidantur.
„munerarios, Christe! demonst
„tuis monitos, & pro terrenis c
„pturos, an in Ecclesia præsident
„ctante ejusmodi munus edant
„vel distractis rebus suis, imo ad
„sauros mutata in melius posses
„tis? In istis muneribus meis
„pascitur, nemo vestitur, cu
„frustrantium vanitate depere
„pauperibus tuis tu vestiris,
„æternam vitam operantibus p
„tui meis pereuntibus adæqua
„hæc respondemus? Sacrileg
„quadam tenebrarum nocte c
„mentes qua ratione defendin
„servis minores sumus, ut C
„Passionis, & Sanguinis vic
„rependamus? Nisi quod n
„quod præcipitur, Dominus
„natur: *Cum venerit Filius h*
„*isti in ambustionem æternam*
„*tam æternam. Matth.* 25.

7. „Et idcirco quibus metus in Deum pro- *Eleemosynæ pretium.*
„est, & spreto, calcatoque mundo ad su-
„ma animus erectus est, fide plena, mente
„devota, operatione continua promerendo Do- *p. 310.*
„mino obsequium præbeamus, demus Christo
„vestimenta terrena, cœlestia recepturi: de-
„mus cibum, & potum sæcularem, cum Abra-
„ham, Isaac, & Jacob ad convivium cœleste
„venturi: ne parum metamus, plurimum se-
„minemus. Securitati, ac saluti æternæ, dum
„tempus est, consulamus, & *operemur, quod
„bonum est ad omnes. Gal.* 6. Cogitemus, quid
„sub Apostolis fecerit credentium populus,
„quando fides novo adhuc calore vigebat, do-
„micilia tunc, & prædia venumdabant, & di-
„spensandam pauperibus quantitatem largiter
„Apostolis offerebant, fundos illuc transferen-
„tes, ubi fructus caperent possessionis æternæ.
„Talis tunc fuit in operationibus cumulus,
„qualis in dilectione consensus, sed *fuerunt il-
„lis omnia communia. Act.* 4. Hoc est nativi-
„tate spiritali vere Dei filios fieri, hoc est, le-
„ge cœlesti æquitatem Dei Patris imitari; quod-
„cunque enim Dei est, in nostra usurpatione
„commune est: sic æqualiter dies illuminat,
„imber rigat &c., quo æqualitatis exemplo,
„qui possessor in terris reditus suos cum frater-
„nitate partitur, dum largitionibus gratuitis
„communis, ac justus est, Dei Patris imitator
„est. Quæ illa erit operantium gloria, quam
„grandis, & summa lætitia, cum populum
„suum Dominus cæperit recensere, & meritis,
„atque operibus nostris prœmia promissa con-
„tribuens, pro terrenis cœlestia, pro modicis

„magna præstare, offerre nos Patri, cui r
„sua sanctificatione restituit, æternitatem, i
„mortalitatemque nobis largiri, ad quam
„Sanguinis sui vivificatione reparavit. H
„hæreant firmiter sensibus nostris. Præcl
„& divina res salutaris operatio, solatium g
„de credentium, securitatis nostræ salubre
„sidium, munimentum spei, tutela fidei,
„dela peccati, res posita in potestate facie
„res & grandis, & facilis, sine periculo
„secutionis, corona pacis, verum Dei mu
„& maximum, infirmis necessarium, for
„gloriosum, quo Christianus adjutus pr
„gratiam spiritalem, promeretur Christu
„dicem, Deum computat debitorem. Ad
„operum salutarium palmam libenter
„prompte certemus; omnes in agone jus
„Deo, & Christo spectante curramus, &
„sæculo, & mundo majores esse jam cæpi
„cursum nostrum nulla sæculi, & mundi
„ditate tardemus. Si expeditos, si celere
„in hoc operis agone currentes dies nos
„redditionis, vel persecutionis invenerit, n
„quam Dominus meritis nostris ad prœmi
„deerit, in pace vincentibus coronam ca
„dam pro operibus dabit, in persecutione p
„puream pro passione geminabit.



S. CÆ

S. CÆCILII CYPRIANI LIBER DE BONO PATIENTIÆ.

§. I.

Argumentum.

[illegible] Cyprianus in hoc libro Tertulliani librum de patientia omnimodis imitatur. [illegible] illius Pontius *in vit. S. Cypr.*, & S. [illegible]ustinus *l. 4. contr. 2. epist. Pelag. c. 9.* Oc[illegible] illum scribendi ipse S. Cyprianus in [illegible] ad Jubajanum ita exponit. „Servatur [illegible] patienter, & leniter charitas animi, [illegible] honor, dilectionis vinculum, concor[illegible] Sacerdotii. Propter hoc etiam nunc libel[illegible] de Bono Patientiæ, quantum valuit no[illegible] mediocritas, permittente Domino, & in[illegible] conscripsimus, quam ad te pro mu[illegible] dilectione transmisimus.“ Patientiæ igi[illegible] exercendæ motiva in hoc libro circa an[illegible] 256. scripto afferuntur.

§. II.

Analysis.

Sanctus Cyprianus, priusquam in hoc tractatu motiva Patientiæ proponit, ante qua veram a falsa patientia distinguit, & exorditur: „De patientia locuturus, & utiates ejus, & commoda prædicaturus, unde „po- *Patientia Philosophorum falsa.* *p. 313.*

„potius incipiam, quam quod nunc quoq
„audientiam vestram video esse necessar
„ut nec hoc ipsum, quod auditis, & dis
„sine patientia facere possitis; tunc enin
„mum sermo, & ratio salutaris efficacite
„scitur; si patienter, quod dicitur, audi
„Nec invenio inter cæteras cœlestis disci-
„vias, quibus ad consequenda divinitus
„mia spei, ac fidei nostræ secta dirigitur,
„magis sit vel utilius ad vitam, vel ma
„gloriam, quam ut qui præceptis dom
„obsequio timoris, ac defensionis innit
„patientiam maxime tota observatione
„mur. Hanc se sectari Philosophi quoque
„fitentur: sed tam illic patientia falsa
„quam & falsa sapientia est; unde enim
„sapiens esse, vel patiens possit, qui ne
„pientiam, nec patientiam Dei novit? Q
„do ipse de iis, qui sibi sapere in mundo
„dentur, moneat, & dicat: *Perdam sapien*
„*sapientum. Is.* 20. Quare si illic sapientia
„non est, esse non potest & vera patien
„nam si sapiens ille est, qui est humilis, &
„tis, Philosophos autem nec humiles vider
„nec mites, sed sibi multum placentes, &
„ipso, quod sibi placeant Deo displicentes,
„paret illic veram non esse patientiam, ul
„insolens affectatæ libertatis audacia, & e
„ac seminudi pectoris inverecunda jacta
„Nos autem, qui Philosophi non verbis,
„factis sumus, patientiam, quam magist
„cœlestibus discimus, obsequiis spirital
„præbeamus.

Patientia nos Deo conformat

1. *Primo* igitur patientia exercenda est,)uia nobis cum Deo virtus ista communis est,)de patientia incipit, origo, & magnitudo)tientiæ Deo auctore ptocedit. Diligenda)s homini, quæ Deo chara est. Bonum,)od amat, Majestas divina commendat. Si)minus nobis, & Pater Deus est, sectemur)tientiam Domini, pariter & Patris, quia)s servos oportet esse obsequentes, & filios)n decet esse degeneres. Qualis vero, &)nta in Deo patientia, quod in contume-)m suæ Majestatis, & honoris instituta ab)minibus profana templa, & terrena fig-)enta, & sacra sacrilega patientissime susti-)ns, super bonos, & malos æqualiter facit)m nasci, & cum imbribus terras rigat.)emus inseparabili æqualitate patientiæ no-)ibus, & innoxiis, religiosis, & impiis,)as agentibus, & ingratis Dei nutu tem-)obsequi, elementa famulari, spirare)s, fontes fluere, grandescere copias)m, fructus mitescere vinearum, exu-)e pomis arbusta, nemora frondescere,)florere: & cum crebris, imo continuis)rbetur offensis Deus, indignationem)temperat, & præstitutum semel retri-)nis diem patienter expectat; cumque ha-)in potestate vindictam, mavult diu te-)e patientiam, differens, ut, si fieri po- , multum protracta malitia aliquando mu-)ur, & homo vel sero ad Dominum con-)tatur, ipso monente: *Nolo mortem morien-* *Ezech.* 18. Atque ut plenius intelliga-)s, quia patientia Dei res est, & quisquis

„lenis, & patiens, & mitis est, Dei Pa
„imitator est, cum in Evangelio Dominus
„perfectum discipulos erudiret, posuit, &
„xit: *Audistis, quia dictum est: diliges proxim
„tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego
„tem dico vobis, diligite inimicos vestros . .
„sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui so
„suum oriri facit super bonos, & malos. .
„Estote itaque vos perfecti, sicut Pater vester c
„stis perfectus est.* Sic perfectos dixit fieri
„filios, si patientia Dei Patris maneat in-
„bis. Quæ gloria est, similem Deo fieri, .
„lis, & quanta felicitas, habere in virtuti
„quod divinis laudibus possit æquari?

tientiæ emplum risfus. .314. 3. *Secundum* motivum patientiæ est ex-
plum Christi: „qui inter cætera admira
„virtutum suarum, quibus indicia divinæ
„jestatis expressit, paternam quoque patien
„tolerantiæ tenore servavit; omnes enim
„ejus ab ipso statim adventu patientia co
„signantur: quod primum de sublimitate
„cœlesti descendens non aspernatur Dei F
„carnem hominis induere, & aliena pecc
„portare. Dominus baptizatur a servo; die
„quadraginta jejunat, cum diabolo tenta
„congreditur: discipulis, non ut servis do
„nica potestate præfuit, sed benignus, &
„tis fraterna eos charitate dilexit; digna
„est etiam pedes Apostolorum lavare, nec
„randum, quod circa obedientes talis ext
„rit, qui Judam potuit usque ad extrem
„longa patientia sustinere, & traditoris o
„lum non recusare. In Judæis vero tolera

„æ(

„æquanimitas quanta, & quanta patientia? „Incredulos ad fidem suadendo flectere, & ad„versum Deum semper rebelles usque ad cru„cis, & passionis horam velle colligere. Sub „ipsa autem passione, & cruce quæ convitio„rum probra patienter audita, ut insultantium „sputamina patienter exciperet, flagella pate„retur, coronaretur spinis, palmis in faciem „verberaretur, spoliaretur veste, cibaretur „felle, aceto potaretur, ille innocens, ille „justus, imo innocentia ipsa, & ipsa justitia „inter facinorosos deputatur, & testimoniis „falsis veritas premitur, judicatur judicaturus, „& Dei sermo ad victimam tacens ducitur. „Et cum ad crucem Domini confundantur sy„dera, elementa turbentur, sol radios suos „subtrahat, ille non loquitur, nec movetur, „nec Majestatem suam sub ipsa saltem passione „profitetur, usque ad finem perseveranter to„lerantur omnia, ut consumetur in Christo „plena, & perfecta patientia. Et post ista om„nia adhuc interfectores suos, si conversi ad „eum venerint, suscipit, & patientia salutari „ad conservandum benignus, & patiens Eccle„siam suam nemini claudit. Quid potest pa„tientius, quid benignius dici? Vivificatur „Christi sanguine, etiam qui fudit sanguinem „Christi. Talis est Christi, ac tanta patientia, „quæ nisi talis, ac tanta existeret, Paulum „quoque Apostolum Ecclesia Dei non haberet. „Quod si & nos in Christo sumus, si ipsum in„duimus, si ipse est salutis nostræ via, qui „Christum vestigiis salutaribus sequimur, per „Christi exempla gradiamur.

Exempla justorum patientium. *p.* 315.

4. *Tertium* motivum ab exemplo justorum petitur. „Invenimus & Pa
„& Prophetas, & justos omnes, qu
„Christi imagine præeunte portaba
„magis custodisse, in laude virtutum
„quam quod patientiam forti, & stab
„nimitate tenuerunt. Sic Abel origi
„tyrii initians primus, & dedicans
„fratrem parricidam non resistit, se
„& mitis patienter occiditur. Sic
„Deo credens, & fundamentum, fid
„instituens, tentatus in filio, non dul
„que cunctatur, sed præceptis Dei to
„tia devotionis obsequitur. Et Isaa
„stiæ dominicæ similitudinem præ
„quando a patre immolandus offertu
„invenitur. Et Jacob fugatus a fratr
„sua patienter excedit, & majore
„postmodum supplex adhuc magis im
„persecutorem muneribus pacificis a
„diam redigit. *Gen.* 32. Joseph venu
„fratribus, & relegatus non tantum
„ignoscit, sed & gratuita frumenta
„bus largiter, & clementer impertit.
„Moyses ab ingrato, & perfido po
„temnitur frequenter, & pene lapi
„tamen lenis, & patiens pro eisde
„num deprecatur. *Exod.* 32. In D
„quam magna, & mira, & christia
„tia, habuisse in manu sæpe ut Sa
„persequentem se, & interficere co
„tem posset occidere, & tamen subd
„& traditum maluisse servare, nec
„inimico vicem, sed occisum adhu

& vindicasse? Tot denique Prophetæ interfe-ti, tot Martyres gloriosis mortibus honora-ti, omnes ad cœlestes coronas patientiæ lau-de venerunt; neque enim potest accipi dolo-rum, & passionum corona, nisi præcedat in dolore, & passione patientia.

5. *Quarto.* „Quam sit autem patientia uti-lis, & necessaria, ut manifestius possit & ple-nius nosci, Dei sententia cogitetur, quam in origine statim mundi Adam præcepti imme-mor accepit, tunc sciemus, quam patientes in hoc sæculo debeamus, qui sic nasci-mur, ut pressuris isthic, & conflictationibus laboremus. *Gen.* 3. Hujus enim sententiæ vinculo colligati omnes, & constricti sumus, donec expuncta morte de hoc sæculo receda-mus. In tristitia, & gemitu simus, necesse est omnibus diebus vitæ nostræ. Edamus panem necesse est, cum sudore, & labore. Unusquisque nostrum, cum nascitur, initium sumit a lachrymis, & providentia na-turali lamentatur vitæ mortalis anxietates, labores, & procellas mundi, quas ingre-ditur, in exordio statim suo ploratu, & ge-mitu rudis anima testatur; sudatur enim, quamdiu isthic vivitur, & laboratur, nec su-dantibus, & laborantibus possunt alia magis, quam patientiæ subvenire solatia, quæ cum sint, & necessaria in isto mundo univer-sis, tum magis nobis, qui diabolo impugnan-te plus quatimur, qui in acie quotidie stan-tes inveterati, & exercitati hostis colluctatio-nibus fatigamur, quibus præter varias, & „assi-

Utilitas, & necessitas patientiæ. *p.* 315.

„assiduas tentationum pugnas in perfec
„num quoque certamine patrimonia relinq
„da sunt, subeundus carcer, portandæ
„næ, animæ impendendæ, gladius, be
„ignes, cruces, omnia denique tormento
„ac pœnarum genera fide, & virtute pa
„tiæ perferenda.

tientia
na.
p. 316. 6. *Quinto*: Patientia multa nobis
procurat, „scilicet, ut ad spem veritatis
„libertatis admissi ad veritatem, & libert
„ipsam pervenire possimus, quia hoc ip
„quod Christiani sumus, fidei, & spei re
„ut autem spes, & fides ad fructum sui p
„pervenire, patientia opus est; non enim
„sentem gloriam sequimur, sed futuram.
„Deinde Apostolus *Gal.* 6. justos, & ope
„admonet, ne quis impatiens in oper
„deficiat, ne quis tentationibus aut avo
„aut victus in medio laudis, & gloriæ i
„desistat, & pereant præterita, dum
„cæperant, desinunt esse perfecta; sed q
„coronam laude jam proxima nititur, du
„patientia coronetur. Patientia porro
„tantum bona custodit, sed & repellit ad
„sa: Spiritui sancto favens, & cœlesti
„ac divinis cohærens contra facta carnis
„corporis, quibus anima expugnatur, &
„pitur, virtutum suarum propugnaculo r
„ctatur: sic adulterium, fraus, homicidi
„mortale crimen est: sit fortis, & stabili
„corde patientia, & nec adulterio sanctif
„tum corpus, & Dei templum polluitur,
„justitiæ dicata innocentia contagione fra

„inficitur, nec poſt geſtatam Euchariſtiam ma-„nus gladio, & cruore maculatur. Charitas „fraternitatis vinculum eſt, fundamentum pa-„cis, tenacitas, ac firmitas unitatis, quæ & „ſpe, & fide major eſt, quæ & opera, & mar-„tyria præcedit, quæ nobiſcum ſemper æter-„na apud Deum in regnis cœleſtibus permane-„bit. Tolle illi patientiam, & deſolata non „durat, tolle ſuſtinendi, tolerandique ſubſtan-„tiam, & nullis radicibus, ac viribus perſeve-„rat teſte Apoſtolo 1. *Cor.* 13. Quid deinde, „ut non jures, neque maledicas, ut tua abla-„ta non repetas, ut accepta alapa & alteram „maxillam verberanti præbeas, ut fratri in te „peccanti non tantum ſeptuagies ſepties, ſed „& omnia omnino peccata dimittas, ut dili-„gas inimicos tuos, ut pro adverſariis, & per-„ſecutoribus precem facias. Poteriſne iſta per-„ficere niſi patientiæ, & tolerantiæ firmitate? „Quod factum videmus in Stephano, qui, „cum a Judæis vi, & lapidibus necaretur, non „ſibi vindictam, ſed interfectoribus veniam po-„ſtulabat. Sic eſſe oportuit primum Marty-„rem Chriſti, qui Martyres ſecuturos glorioſa „morte præcurrens non tantum dominicæ paſ-„ſionis prædicator eſſet, ſed & patientiſſimæ „lenitatis imitator. Quid dicam de ira, de „diſcordia, de ſimultate, quæ in Chriſtiano „eſſe non debent? Sit patientia in pectore, „& hæc illic locum habere non poſſunt, aut ſi „adire tentaverint, cito excluſa diſcedunt, ut „domicilium pacificum perſeveret in corde, ut „Deus pacis delectet habitare. Nec non ad „varia quoque carnis incommoda, & crebros „cor-

„corporis, durosque cruciatus, quibus h
„num genus quotidie fatigatur, patienti
„cessaria est; nam cum in illa prima t
„gressione præcepti firmitas corporis cun
„mortalitate discesserit, oportet, in hac
„mitate corporea luctari semper, & cong
„quæ luctatio nonnisi patientiæ viribus p
„sustineri. Examinandis autem nobis d
„importantur dolores, & multiplex tent
„num qualitas irrogatur de jacturis faculta
„de ardoribus febrium, de cruciatibus v
„rum, de amissione charorum: nec aliud
„gis inter justos discernit, & injustos,
„quod in adversis per impatientiam que
„& blasphemat injustus, patientia justus
„batur. Sic Job examinatus est, & prob
„& ad summum fastigium laudis patientia
„tute provectus. Tobias quoque post ju
„suæ opera magnifica luminum amissione
„tatus, in quantum patienter cæcitatem
„tulit, in tantum granditer Deum patie
„laude promeruit.

patien- mala. 317. 7. *Sexto.* „Atque ut magis patientiæ
„num luceat, quid mali econtrario impat
„tia importet, consideremus; nam uti pat
„tia bonum Christi est, sic contra impatie
„diaboli malum est: & sicut in quo inhab
„& manet Christus, patiens invenitur; ita
„patiens semper existit, cujus mentem di
„nequitia possidet. Exordia denique ipsi
„deamus. Diabolus hominem ad imagi
„Dei factum impatienter tulit, inde & p
„primus, & perdidit. Adam contra cœ

„præceptum cibi lætalis impatiens in mortem „cecidit, nec acceptam divinitus gratiam pa„tientia custode servavit, & ut fratrem Cain „perimeret, sacrificii ejus, & muneris impa„tiens fuit; & quod Esau de majoribus ad mi„nora descendit, primatus suos per impatien„tiam lentis amisit. Quid? Judaicus populus „circa beneficia divina perfidus, & ingratus, „nonne quod a Deo primum recessit, impa„tientiæ crimen fuit? Cum Moysi, cum Deo „colloquentis moras non potest ferre, profa„nos Deos ausus est postulare, ut itineris sui „duces nuncuparet caput bubulum, & terre„stre figmentum; nec unquam ab eadem im„patientia destitit, quo minus semper docilita„tis, & divinæ admonitionis impatiens Pro„phetas suos, & justos quosque perimendo ad „crucem quoque, & Sanguinem Domini pro„siliret. Impatientia etiam & in Ecclesia hæ„reticos facit, & ad Judæorum similitudinem „contra Christi pacem, & charitatem rebelles „ad hostilia, & furiosa odia compellit, & ne „longum sit, singula recensere, omnia omni„no, quæ patientia operibus suis ædificat ad „gloriam, impatientia destruit ad ruinam. Pa„tientia igitur est, quæ nos Deo & commen„mendat, & servat, ipsa est, quæ iram tem„perat, quæ linguam frænat, quæ mentem „gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, „libidinis impetum frangit, tumoris violentiam „comprimit, incendium simultatis extinguit, „coercet potentiam divitum, inopiam paupe„rum refovet, tuetur in virginibus beatam in„tegritatem, in viduis laboriosam castitatem,

„in

„in maritatis individuam charitatem, facit
„miles in prosperis, in adversis fortes, co
„injurias, & contumelias mites, docet de
„quentibus cito ignoscere, si ipse delinqu
„multum, & diu rogare, tentationes ex
„nat, persecutiones tolerat, passiones, & n
„tyria consummat. Ipsa est, quæ fidei no
„fundamenta firmiter munit, ipsa est, quæ
„crementa spei sublimiter provehit, ipsa a
„dirigit, ut tenere possimus viam Christi,
„per ejus tolerantiam gradimur, ipsa est
„ut perseveremus filii Dei, dum patien
„Patris imitamur.

atientia indictæ iratio- em re- rimit. p. 318.

8. *Septimo:* Denique patientia vindictæ mendæ cupiditatem reprimit: „Si enim „plectamur patientiæ bonum, patienter „ctabimus ultionis diem, nec ad vindictam „loris nostri, quærula, & invidiosa festina„ne properabimus. Expectare enim nos ju „Dominus, & futuræ ultionis diem forti „tientia sustinere, qui & in Apocalypsi loc„tur: Ecce venio cito . . . reddere unicui „secundum facta sua. *Apoc.* 22. Unde et „clamantes Martyres, & ad vindictam fi „dolore erumpente properantes expectare „huc jubentur, & temporibus consuman „implendisque Martyribus præbere patienti „*Apoc.* 6. Quippe D. N. Jesus Christus, „in secundo adventu manifestus venerit, „silebit; nam cum in humilitate prius fu „occultus, veniet in potestate manifestus. H „expectemus judicem, & vindicem nost „Ecclesiæ suæ populum, & ab initio mu

„justorum omnium numerum pariter secum „vindicaturum. Qui ad vindictam suam ni„mium festinat, consideret, quia necdum vin„dicatus est ipse, qui vindicat. Qualis Domi„nus Jesus, & quanta patientia ejus, ut, qui „in cœlis adoratur, necdum vindicetur in ter„ris? Hujus patientiam in persecutionibus, & „passionibus nostris cogitemus: hujus adventui „plenum expectationis obsequium præbeamus; „nec defendi ante Dominum servi irreligiosa, „& inverecunda festinatione properemus: insi„stamus potius, & elaboremus, & toto corde „vigilantes, atque ad omnem tolerantiam sta„biles dominica præcepta servemus, ut, cum „ille iræ, & vindictæ dies venerit, non cum „impiis, & peccatoribus puniamur, sed cum „justis, & Deum timentibus honoremur.

S. CÆCILII CYPRIANI LIBER
DE ZELO, ET LIVORE.

§. I.

Argumentum.

Cum controversia de rebaptizandis hæreticis inter S. Cyprianum cum suis Episcopis Africanis & S. Stephanum Romanum Pontificem ferveret, S. Cyprianus circa annum 256. hunc librum de Zelo, & Livore scripsit, quem citat S. Augustinus *l.* 4. *de Bapt. parv.*, V. Beda *in ep.* 1. *Petri*, & S. Hieronymus *in ep. ad Gal. cap.* 5. Argumentum illius in hæc verba tra-

tradit Pontius *in vit. S. Cypr.*: Livore nenata invidiæ malignitate veniente dine remedii salutaris inhibuit.

§. II.

Analysis.

elus, & vidia ave ccatum nt. p. 322.

1. Ad vitandum malum, & amaru & invidiam sequentia motiva nus proponit. *Primo:* „Zelare, qu „videas, & invidere melioribus l „quosdam, & modicum crimen vide „que existimatur, leve esse, & modi „timetur, dum non timetur, con „dum contemnitur, non facile vitat „cæca, & occulta pernities, quæ, „nus perspicitur, improvidas mente „affligit. Excubandum est itaque, „sævienti, & jacula sua in omnes co „tes, quibus vulnerari possumus, „sollicita vigilantia repugnemus. („nos singulos, & tanquam hostis cl „dens muros explorat, & tentat, : „aliqua murorum minus fida, cuju „interiora penetretur: offert oculis „lices, & faciles voluptates, ut vi „castitatem: aures per canoram mu „tat, ut soni dulcioris auditu solvat „liat christianum vigorem: linguar „provocat, manum injuriis lacesse „petulantiam cædis instigat: ut fr „faciat, lucra opponit injusta: ut a „cunia capiat, ingerit perniciosa c „honores terrenos promittit, ut co

„tat: ostentat falsa, ut vera surripiat, & cum „latenter non potest fallere, apèrte minatur, „terrorem turbidæ persecutionis intentans. „Quamobrem contra omnes diaboli vel falla„ces insidias, vel apertas minas stare debet in„structus animus, & armatus, tam paratus „semper ad repugnandum, quam est ad im„pugnandum semper paratus inimicus: & quo„niam frequentiora sunt tela ejus, quæ laten„ter obrepunt, ad hæc quoque intelligenda, „& depellenda vigilemus; ex quibus est zeli, „& livoris malum, quod siquis penitus inspi„ciat, inveniet, nihil magis Christiano caven„dum, quam ne quis invidia, & livore ca„piatur.

2. *Secundo:* „Videamus, unde zelus, & „quando, & quomodo cæperit. Hinc diabo„lus inter initia statim mundi & periit primus, „& perdidit: ille dudum angelica majestate „subnixus, ille Deo acceptus, & charus, post„quam hominem ad imaginem Dei factum con„spexit, in zelum malivolo livore prorupit, „dum stimulante livore homini gratiam datæ „immortalitatis eripuit, qui ipse quoque id, „quod prius fuerat, amisit. Quale malum est, „quo Angelus cecidit, quo circumveniri, & „subverti alta illa, & præclara sublimitas po„tuit, quo deceptus est ipse, qui decepit? „Exinde invidia grassatur in terris, dum livo„re periturus magistro perditionis obsequitur, „dum diabolum, qui zelat, imitatur: hinc „denique novæ fraternitatis prima odia, hinc „parricidia nefanda cæperunt, dum Abel ju- *Invidiæ origo diabolus.*

„ſtum Cain zelat injuſtus, dum bonum m
„invidia, & livore proſequitur. Et quod l
„fratri ſuo Jacob inimicus extitit, zelus
„nam quia ille benedictionem Patris accep
„hic in odium perſecutionis facibus li
„exarſit. Et quod Joſeph fratres ſui ven
„runt, cauſa vendendi de æmulatione de
„dit, poſtquam id, quod ſibi in viſionibus
„ſperum fuerat oſtenſum, ſimpliciter ut f
„bus frater expoſuit, in invidiam mali
„animus erupit. Saul quoque Rex ut
„odiſſet, ut perſecutionibus ſæpe repetit
„nocentem necare cuperet, quid aliud
„zeli ſtimulus provocavit? Quia Goliath
„fecto populus admirans in laudes Davi
„ſiliit, Saul inſectationis furias de livore
„cepit. Et ne longum faciam, Judæi
„inde perierunt, dum Chriſto malunt invi
„quam credere?

nvidia idix ultorum alorum. p. 323.

3. *Tertio:* „Non eſt autem, quod ali
„exiſtimet, malum iſtud una ſpecie contin
„late patet zeli multiplex, & fœcunda pe
„ties. Radix eſt malorum omnium, fons
„dium, ſeminarium delictorum, materia
„parum: inde odium ſurgit, animoſitas
„procedit: avaritiam zelus inflammat,
„quis ſuo non poteſt eſſe contentus viden
„terum ditiorem: ambitionem zelus exc
„dum cernit quis alium in honoribus au
„rem: zelo excæcante ſenſus noſtros, a
„in ditionem ſuam mentis arcana redig
„Dei timor ſpernitur, magiſterium Chriſti
„gligitur, judicii dies non providetur. In

superbia, exacerbat ſævitia, perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira ferveſcit, nec ſe jam poteſt cohibere, vel regere, qui factus eſt poteſtatis alienæ. Hinc dominicæ pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur ad hæreſes, atque ad ſchismata proſilitur, dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Epiſcopis invidetur, dum quis aut queritur, non ſe potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſitum: hinc recalcitrat, hinc rebellat, de zelo ſuperbus, de æmulatione perverſus, animoſitate, & livore non hominis, ſed honoris inimicus. Qualis vero eſt animæ tinea, quæ [illegible]onum tabes, pectoris quanta rubigo, [illegible] altero vel virtutem ejus, vel felici[illegible] id eſt, odiſſe in eo vel merita pro[illegible]el beneficia divina, in malum pro[illegible]ona aliena convertere, illuſtrium pro[illegible]e torqueri, aliorum gloriam facere [illegible]œnam, velut quoſdam pectori ſuo ad[illegible] carnifices, cogitationibus, & ſenſi[illegible]s adhibere tortores, qui ſe inteſtinis cia[illegible]ibus lacerent: non cibus talibus læ[illegible]on potus poteſt eſſe jucundus; ſuſpi[illegible]ſemper, & ingemiſcitur, & doletur, [illegible]e ab invidis nunquam livor exponitur, [illegible], ac noctibus pectus obſeſſum ſine in[illegible]ione laniatur. Mala cætera habent ter[illegible], & quodcunque delinquitur, delicti „con[illegible]mmatione finitur. In adultero ceſſat „facinus perpetrato ſtupro, & ſic de cæteris, „zelus terminum non habet, permanens jugi-

„ter malum, & fine fine peccatum, (
„que ille, cui invidetur, ſucceſſu melic
„fecerit, tanto invidus in majus inc
„livoris ignibus inardeſcit: hinc vultus
„torvus aſpectus, pallor in facie, in lal
„mor, ſtridor in dentibus, verba rabic
„frœnata convitia, manus ad cædis viol
„prompta etiamſi a gladio interim vacu:
„tamen furiatæ mentis armata. Mul
„lum levius, & periculum minus eſt
„membra gladio vulnerantur: facilis cı
„ubi plaga perſpicua eſt. Zeli vulnera
„ſa ſunt, & occulta, nec remedium cu
„dentis admittunt, quæ ſe intra conſı
„latebras cæco dolore clauſerunt. Quiı
„es invidus, & malignus, videris, qı
„eis, quos odiſti invidioſus, pernitioſus
„ſtus: nullius magis, quam tuæ ſalu:
„micus es. Quisquis ille eſt, quem ze
„ſequeris, ſubterfugere, & vitare te p
„tu te non potes fugere, ubicunque
„adverſarius tuus tecum eſt, zelo dom
„captivus es, nec ſolatia tibi ulla ſubve
„perſeverans malum eſt, hominem p
„ad Dei gratiam pertinentem, calamit
„remedio eſt, odiſſe felicem.

ʋidia S Scri- ıra ıhibita. ·324.

4. *Quarto*: Zelus, & invidia cum fr
odio in S. Scriptura ſæpe prohibentur:
„ſtolus *Rom.* 13. jubet: *Tanquam in die* a
„*ambulemus, non in certaminibus, & zel*
„homicidii facinore conſtringi eum, qı
„zelaverit, & odio habuerit fratrem ſuur
„clarat Joannes Apoſtolus. 1. *Joan.* 3.

„vero insinuavit crebrius discipulis suis Domi-
„nus, quam ut eadem dilectione, qua disci-
„pulos ipse dilexit, nos quoque invicem dili-
„gamus? Quomodo autem vel pacem Domini,
„vel charitatem tenet, qui intercedente zelo
„nec pacificus potest esse, nec charus? Ideo
„& Apostolus Paulus, cum pacis, & charita-
„tis merita depromeret, cumque asseveraret
„firmiter, & doceret, nec fidem sibi, nec
„eleemosynas, nec passionem quoque ipsam
„confessionis, & Martyrii profuturam, nisi
„charitatis foedera integra, atque inviolata ser-
„vasset, adjecit, & dixit: *Charitas non zelat.*
1. *Cor.* 13.

5. *Quinto* denique, postquam S. Cyprianus exemplo Dei ad dilectionem inimicorum omnes hortatus est, eos propositis præmiorum coronis a zelo, & livore deterret: „Quæ enim „justitiæ palma est, quæ corona, esse te ta„lem, quem collaudet Christus, & invitet ad „præmium, dicens: *Venite benedicti Patris mei,* „*percipite regnum, quod vobis paratum est ab ori*„*gine mundi. Matth.* 25. His meditationibus „corroborandus est animus: sit ante oculos „divina lectio, in manibus bona operatio, in „sensibus dominica cogitatio, oratio jugis om„nino non cesset, salutaris operatio perseveret, „spiritalibus semper actibus occupemur, ut „quotiescunque inimicus accesserit, & clau„sum adversum se pectus inveniat, & arma„tum. Non enim christiani hominis corona „una est, quæ tempore persecutionis accipitur; „habet & pax coronas suas, quibus de varia,

Præmiu invidiam vincentium. p. 325.

 „&

„& multiplici congreſſione victores
„adverſario coronamur. Libidinem
„continentiæ palma eſt: contra iram
„injuriam repugnaſſe, corona patie
„& qui zelare non novit, quique una
„mitis fratres ſuos diligit, dilectionis
„præmio honoratur. In hoc virtutu
„quotidie currimus, ad has juſtitiæ
„& coronas ſine intermiſſione tempo
„nimus. Ad quas ut pervenire tu eti
„qui fueras zelo, & livore poſſeſſus,
„illam malitiam, qua prius tenebaris
„& ad viam vitæ æternæ veſtigiis ſa
„reformare: evelle de pectore tuo ſp
„tribulos, ut te dominicum ſemen fe
„locupletet: venena fellis evome,
„rum virus exclude: purgetur men
„ſerpentinus livor infecerat, amaritu
„quæ intus inſederat, Chriſti dulcedi
„tur. Si de Sacramento crucis &
„mis, & potum, lignum, quod ap
„profecit in imagine ad ſaporis dul
„tibi in veritate proficiat ad mulcend
„lenitatem: unde vulneratus fueras,
„rare. Ama eos, quos ante odera
„illos, quibus injuſtis obtrectationib
„bas. Bonos imitare, ſi ſectari pot
„tem eos ſectari non potes, collæta
„& congratulare melioribus: fac te
„nata dilectione participem, fac te
„charitatis, & fraternitatis vinculo
„dem. Dimittentur tibi peccata, qu
„dimiſeris: accipientur ſacrificia tua,
„cificus ad Deum veneris: ſenſus, at

„tus divinitus diriguntur, quando ea, quæ di„vina, & justa sunt, cogitaveris: habes au„tem multa, quæ cogites: paradisum cogita, „quo Cain non redit, qui zelo fratrem pere„mit: cogita cœleste regnum, ad quod nonnisi „concordes, atque unanimes Dominus admit„tit: cogita, quod filii Dei hi soli possint vo„cari, qui sint pacifici: cogita, sub oculis „nos Dei stare, spectante, ac judicante ipso conversationis, ac vitæ nostræ curricula decurrere, pervenire nos tunc demum posse, t eum videre contingat, si ipsum nunc viventem delectemus actibus nostris, si nos dinos gratia ejus, & indulgentia præbeamus, placituri semper in regno in hoc mundo te placeamus.

S. CÆCILII CYPRIANI EPISTOLA AD FORTUNATUM DE EXHORTATIONE MARTYRII.

§. I.

Argumentum.

Epistolam hanc, seu librum de exhortatione Martyrii, vel Martyrum genuinum esse S. Cypriani fœtum, non vero S. Hilarii, ut quidam putat, patet tum ex eo, quod in pluribus Tertulliani librum ad Martyres imitetur, tum quod stylum S. Cypriani ubique referat, tum quod S. Scripturæ testimonia eodem mo-

do, quo in aliis suis libris citet. Ar
tum ejus, & occasionem eum circa
257. conscribendi exponit ipse S. Cypr
præfatione illi præmissa, scilicet: „De
„Fortunate charissime, ut, quoniam
„tionum onus incumbit, ad præparan
„corroborandas fratrum mentes de
„Scripturis hortamenta componerem,
„milites Christi ad cœleste, & spirital
„men animarem, obtemperandum fuit
„rio tuo, ut commissum nobis divinit
„lum, & exercitum in castris cœlestil
„stitutum adversus diaboli jacula præp
„neque enim idoneus potest esse miles
„lum, qui non exercitatus prius in car
„rit. Adversarius vetus est, & hos
„quus, cum quo prælium gerimus.
„lia annorum jam pene complentur,
„hominem diabolus impugnat, omnia
„tentandi usu ipso vetustatis edidicit;
„ratum invenerit militem Christi, si
„si non sollicitum, ac toto corde vigi
„circumvenit nescium, fallit incautu
„pit imperitum; si vero quis domini
„cepta custodiens contra eum steterit
„tur, necesse est, quia Christus, que
„temur, invictus est. Ac ne in long
„monem meum extenderem, compen
„ci, ut propositis titulis capitula domi
„necterem, ut non tam tractatum m
„dear tibi misisse, quam materiam tr
„præbuisse. Nec non & illud consili
„prospexi, in exhortatione tam ne
„quæ martyres faciat, amputandas

borum ambages. Præcepta ipsa velut divina arma pugnantibus suggerenda sunt. Nos tantum, qui Domino permittente primum baptisma credentibus dedimus, ad aliud quoque singulos præparemus, docentes, hoc esse baptisma in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius, baptismus, in quo Angeli baptizant, baptisma, in quo Deus, Christus ejus exultant, baptisma, post quod nemo jam peccat, baptisma, quod fidei nostræ incrementa consummat, baptisma, quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. In aquæ baptismo accipitur peccatorum remissa, in sanguinis corona virtutum. Amplectenda res est, & optanda, & omnibus postulationum nostrarum precibus expetendum, ut, qui servi Dei sumus, simus &

Martyrium aliud Baptisma p. 329.

§. II.

Analysis.

I. „Idola deos non esse, quæ homo sibi faciat; neque enim, quæ fabricatore suo majora sunt, aut protegere quemdam possunt, quæ ipsa de templis suis pereunt, nisi ab homine serventur. Sed nec elementa colenda esse, quæ homini serviunt. Quod idola dii non sint, & quod nec elementa vice deorum colenda sint, ostenditur in Psalmo 113.: *Idola gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum &c.* Item in Sapientia Salomonis: *Omnia idola nationum æstimaverunt deos ... homo fecit illos &c. Sap.* 15.

Idola, & elementa non sunt dii.

 „Ne-

„Nemo autem sibi similem homo poterit Deum „fingere; cum sit mortalis, mortuum fingit „manibus iniquis: melior est autem ipse iis, „quos colit, quoniam ipse quidem vixit, illi „autem nunquam. Item in Exodo: *Non fa„cies tibi idolum &c. Exod.* 20. Item apud Sa„lomonem de elementis *Sap.* 13. *Ignem, aut „spiritum, aut citatum aerem . . . deos putave„runt;* quorum si propter speciem hoc æstima„verunt, sciant, quanto iis Dominus sit spe„ciosior, aut si virtutes, & opera eorum mi„rati sunt, intelligant ab ipsis, quoniam, qui „hæc constituit fortia, fortior est illis.

CAP. II. „Ostenditur, Dominum solum co„lendum esse. Quod Deus solus colendus sit, „scriptum est in Deuteronomio: *Dominum Deum „tuum adorabis, & illi soli servies. Deut.* 6. Item „in Exodo: *Non erunt tibi dii alieni absque me. „Exod.* 20. Item illic: *Non est Deus præter me. „Deut.* 32. Item in Apocalypsi: *Metuite potius „Deum, & date illi claritatem. Apoc.* 14. Sic & „Dominus in Evangelio ait: *Dominus Deus „tuus Deus unus est. Matth.* 22. Et iterum: „*Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te so„lum & verum Deum. Joan.* 17.

Deus solus colendus.

P. 330.

CAP. III. „Quæ comminatio Dei sit adver„sus eos, qui idolis sacrificant. Legitur in „Exodo: *Sacrificans diis eradicabitur, nisi Do„mino soli. Exod.* 22. Item in Deuteronomio: „*Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo. Deut.* 32. „Item apud Esaiam: *Illis fudistis libamina, su„per hæc ergo non indignabor, dicit Dominus.*

Minæ Dei contra idololatras.

„*Is.*

¶.57. Item apud Hieremiam: *Nolite ambulare post deos alienos . . . ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos.* Jer. 25. Item in Apocalypsi: *Si quis adorat bestiam, & imaginem ejus . . . bibet & ipse de vino iræ Dei &c. Apoc.* 14.

CAP. IV. „Non facile ignoscere Deum idololatris. Moyses in Exodo pro populo rogat, nec impetrat. *Exod.* 32. Et dixit Dominus ad Moysen: *Si quis deliquit ante me, deleam eum de libro meo.* Item cum Hieremias pro populo deprecaretur, Dominus ad eum loquitur, dicens: *Et tu noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam in tempore afflictionis eorum. Jer.* 7. Ezechiel quoque hanc eandem denuntiat indignationem Dei eis, qui in Deum delinquunt. *Ezech.* 14. Item in regnorum primo: *Si delinquendo peccet vir adversus virum, orabunt pro eo Dominum: si autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo?* 1. *Reg.* 1. *Idololatris non facile Deus ignoscit.*

CAP. V. „Quod sic idololatriæ indignetur Deus, ut præceperit etiam interfici, qui sacrificare, & servire idolis suaserint. Sic legitur in Deuteronomio: *Quod si rogaverit te frater tuus . . . Eamus, & serviamus diis alienis, non consenties ei, & non parcet oculus tuus super eum, & non celabis eum; manus tua erit super eum inprimis interficere eum, & manus omnis populi postremo, & lapidabunt eum, & morietur. Deut.* 13. Cujus præcepti, & vigoris memor Mathathias interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. 1. *Machab.* 2. *Idololatra occidendus.* *Liber* 1. *Machabæorum.*

„Quod-

„Quodſi ante adventum Chriſti circa Deur
„lendum, & idola ſpernenda hæc præ
„ſervata ſunt, quanto magis poſt adve
„Chriſti ſervanda ſunt? Quando ille ve
„non verbis tantum nos hortatus ſit, ſe
„factis, poſt omnes injurias, & contum
„paſſus quoque, & crucifixus, ut nos pat
„mori exemplo ſuo doceret, ut nulla ſit h
„ni excuſatio pro ſe non patienti, cum p
„ſit ille pro nobis; & cum ille paſſus ſit
„alienis peccatis, multo magis pro pec
„ſuis pati, unumquemque debere. Et
„in Evangelio comminatur: *Qui negaveri*
„*coram hominibus, & ego negabo eum coram*
„*tre meo. Matth.* 10. Unde nos ad contemp
„mortis hortatur Dominus, dicens: *Noli*
„*mere eos, qui occidunt corpus &c.* Et:
„*amat animam, perdet eam. &c. Joan.* 12.

CAP. VI. „Quod redempti, & vivi
„Chriſti ſanguine nihil Chriſto præponere
„beamus. Ita in Evangelio Dominus c
„*Qui diligit Patrem, aut Matrem ſuper me*
„*eſt me dignus. Matth.* 10. Sic & in Deu
„nomio ſcriptum eſt: *Qui dicunt Patri, &*
„*tri, non novi te . . . hi cuſtodierunt præ*
„*tua. Deut.* 33. Item Apoſtolus Paulus:
„*nos*, inquit, *ſeparabit a charitate Chriſti*
„*Rom.* 8. Et: *Empti eſtis pretio magno,*
„*ficate, & portate Deum in corpore veſtro.* 1. C
„Et iterum: *Pro omnibus mortuus eſt, ut*
„*qui vivunt, non ſibi vivant, ſed ei, qui*
„*ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.* 1. *Cor.* 5.

riſto nil
æpo-
ndum.
. 331.

C

CAP. VII. „Ereptos de faucibus diaboli, & „de laqueis sæculi liberatos non debere denuo „ad sæculum reverti, ne perdant, quod eva„serint. In Exodo judaicus populus cum Deo „tutore, & vindice evasisset Pharaonis, atque „Ægypti, id est, diaboli, & sæculi durissi„mam servitutem, circa Deum perfidus, & in„gratus adversus Moysen mussitat, reverti quæ„rit ad Ægypti, hoc est, sæculi servitutem, „cum fidere magis deberet in Deum, & cre„dere, quoniam, qui a diabolo, & sæculo li„berat populum suum, protegit liberatum. „Quod nos admonens in Evangelio suo dicit: „*Nemo retro attendens, & superponens manum „suam super aratrum, aptus est regno Dei. Luc.* 9. „Item *Luc.* 17. Ac ne quis aliqua vel cupidi„tate rerum, vel suorum dulcedine retardetur, „quo minus Christum sequatur, addit, & di„cit: *Qui non renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, „non potest meus esse discipulus. Luc.* 14.

Ad sæculum relictum non redeundum.

CAP. VIII. „Insistendum esse, & perseve„randum in fide, & virtute, & cœlestis, ac „spiritalis gratiæ consummatione, ut ad pal„mam, & coronam possit perveniri. In Para„lipomenon: *Dominus vobiscum est, quamdiu & „vos estis cum ipso, si autem dereliqueritis eum, „derelinquet vos.* 2. *Paral.* 5. Item in Evangelio „Dominus dicit: *Qui perseveraverit usque in fi„nem, hic salvus erit. Matth.* 10. Præmonens „quoque nos paratos semper esse debere, & „expeditos in procinctu firmiter stare, addit: „*Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, „& vos similes hominibus expectantibus Dominum*

In bono usque ad finem perseverandum. p. 332.

„suum

„*suum &c. Luc.* 12. Item B. Apostolus, ı
„des nostra proficiat, & crescat, & ad su
„perveniat, hortatur. 1. *Cor.* 9. 2. *Tim.* 2. *Rc*
„Et in Apocalypsi eadem loquitur divinæ
„dicationis hortatio, dicens: *Tene, quoa*
„*bes, ne alius accipiat coronam tuam. Apc*
„Quod exemplum perseverandi designatu
„Exodo, ubi Moyses ad superandum Amal
„qui figuram portabat diaboli in signo, &
„cramento crucis, adlevabat supinas ma
„nec vincere adversarium potuit, nisi
„quam stabilis in signo adlevatis jugiter m
„bus perseveravit. *Exod.* 17.

CAP. IX. „Ad hoc pressuras, & persec
„nes fieri, ut probemur. In Deuteron
„dicitur: *Tentat vos Dominus Deus vester*
„*sciat, si diligitis Dominum Deum vestrum*
„*Deut.* 13. Et iterum apud Salomonem:
„*sa figuli probat fornax, & homines justos a*
„*tio tribulationis. Eccli.* 27. Paulus qu
„paria testatur, dicens: *Gloriamur in pre*
„*scientes, quoniam pressura tolerantiam oper*
„*tolerantia autem probationem &c. Rom.* 5.
„Petrus in Epistola sua dicit: *Nolite mira*
„*dorem accidentem vobis, qui ad tentation*
„*stram fit.* 1. *Petri* 4.

Persecutiones sunt ad probationem nostram.

CAP. X. „Timendas non esse injurias
„pœnas persecutionum, quia major est D
„nus ad protegendum, quam diabolus ac
„pugnandum. Probat hoc Joannes in Ep
„la sua dicens: *Major est, qui in vobis est,*
„*qui in isto mundo.* 1. *Joan.* 4. Item in Psalmo

Dominus Protector afflictorum.

p. 333.

„

Non metuam, quid faciat mihi homo, Dominus mihi auxiliator est. Et adhuc fortius docens Spiritus S. castra diaboli non timenda, & in ipso magis bello spem nostram consistere, & congressione illa justos ad salutis æternæ præmium pervenire, dicit: *Si directa fuerint in me castra, non timebit cor meum &c. Ps.* 26. Item in Exodo declarat divina Scriptura pressuris multiplicari nos potius, & augeri. *Exod.* 1. Et in Apocalypsi protectio divina promittitur passionibus nostris: nihil, inquit, eorum timeas, quæ passurus es. *Apoc.* 2. Nec alius securitatem nobis, & protectionem pollicetur, quam qui & per Esaiam loquitur: *Noli timere . . . si transieris per aquam, tecum sum &c. Isa.* 43. Qui & in Evangelio promittit auxilium divinum Dei servis in persecutionibus non defuturum, dicens: *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini &c. Matth.* 10. Sicut in Exodo ad Moysen ad populum ire trepidantem Deus loquitur, dicens: *Ego aperiam os tuum, & instruam te, quid loquaris. Exod.* 4. Nec difficile est, Deo aperire os hominis devoti sibi, & confessori suo inspirare constantiam, & fiduciam loquendi, qui in Numeris adversus „Balaam Prophetam etiam asinam fecerit loqui. „*Num.* 22. Quare in persecutionibus nemo cogitet, quod periculum diabolus importet, sed imo consideret, quod auxilium Deus præstet, nec mentem labefactet humana infestatio, sed corroboret fidem divina protectio, quando unusquisque secundum divina promissa, & fidei suæ merita tantum accipiat de Dei ope, „quan-

„quantum se credat accipere, nec sit om
„tens, & præstare non possit, nisi si acci
„tis fides caduca defecerit.

CAP. XI. „Ante prædictum esse, quo
„mundus odio habiturus esset, & quod
„novum Christianis accidat, quando ab i
„mundi oppressi, atque occisi sint justi a
„justis. Sic Dominus in Evangelio præ
„tiat, dicens: *Si mundus vos odit, scitote,*
„*niam me primo odit &c. Joan.* 15. & 16.
„*Luc.* 21. Nec repentina, aut nova hæc
„quæ accidunt Christianis, cum boni sen
„& justi per pressuras, & injurias angust
„neris difficultate gradiantur. Sic in or
„statim mundi Abel justus a fratr. primu
„ciditur, & Jacob fugatur, & Joseph ve-
„datur, & David misericordem Saul Rex
„sequitur, & Heliam Majestatem Dei fa
„asserentem Rex Achab opprimere con
„Zacharias Sacerdos interficitur in medio
„pli, & altaris, ut illic hostia ipse fiat
„Deo hostias immolabat: tot denique m
„ria sæpe celebrata, tot edita in poster
„dei, & virtutis exempla. Tres pueri
„nias, Azarias, Misahel proclamant: *Est*
„*cui nos servimus, potens nos eripere de c*
„*ignis ardentis. Dan.* 3. Et Daniel Deo
„tus exclamat: *Nihil colo ego, nisi Do*
„*Deum meum. Dan.* 14. Tobias quoque s
„rannica servitute confessionem suam De
„vat, dicens: *Confiteor illi, & ostendo vi*
„*ejus in natione peccatrice. Tob.* 13. Quid
„in Machabæis septem fratres? Quæ edid

Justi semper ab injustis oppressi.

„

„confessionum præconia? 2. *Machab.* 7. Nec „Eleazarus tacendus est: sincera prorsus in eo „fides, & virtus integra, non Regem Antio-„chum cogitasse, sed Deum judicem; & scisse, „proficere sibi ad salutem non posse, si homi-„nem falleret, quando Deus, qui conscientiæ „nostræ judex est, & solus timendus est, nec „derideri omnino possit, nec falli. Si igitur „& nos devoti Deo vivimus, si supra justorum „sancta vestigia iter facimus, per eadem passio-„num martyria pergamus, hoc ampliorem glo-„riam computantes temporis nostri, quod, „cum vetera exempla numerentur, exuberante „postmodum copia virtutis, ac fidei numerari „non possunt Martyres christiani. Quodsi ve-„ro tantus probatur christianorum Martyrum „populus, nemo difficile putet esse, Martyrem „fieri, quando videat Martyrum populum non „posse numerari. *Liber 2. Machabæorum.*

CAP. XII. „Quæ spes, & merces maneat „Justos, & Martyres post conflictationes hujus „temporis, & passiones. Hoc per Salomonem „ostendit Spiritus sanctus, dicens: *Et si coram „hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immor-„talitate plena est &c. Sap.* 3. Item apud eum-„dem vindicta nostra describitur, & persequen-„tium nos pœnitentia prædicatur: *Tunc sta-„bunt*, inquit, *justi in magna constantia adversus „eos, qui se angustiaverunt . . . videntes turba-„buntur timore horribili &c. Sap.* 5. Item in „Psalmo 115. pretium, & merces passionis „ostenditur: *Pretiosa est*, inquit, *in conspectu Do-„mini mors Sanctorum ejus.* Item in Psalmo 125. *Merces Martyrum. p. 337.*

„triſtitia conflictationis, & lætitia retributio-
„nis exprimitur: *Qui ſeminant*, inquit, *in la-*
„*chrymis, in gaudio metent.* Item Dominus in
„Evangelio ultor ipſe perſecutionis noſtræ, &
„remunerator paſſionis: *Beati*, inquit, *qui per-*
„*ſecutionem paſſi fuerint propter juſtitiam, quia*
„*ipſorum eſt regnum cœlorum* &c. *Matth.* 5.
„Nec ſolum animadverſos, & interfectos divi-
„næ pollicitationis manent præmia, ſed etiam
„ſi ipſa paſſio fidelibus deſit, fides tamen in[illegible]
„gra, atque invicta perſtiterit, & contemptis [illegible]
„& relictis ſuis omnibus Chriſtum ſe ſe[illegible]
„Chriſtianus oſtenderit, ipſe quoque a Chri[illegible]
„inter Martyres honoratur. *Marc.* 10. Ite[illegible]
„in Apocalypſi hoc idem loquitur: *Et vid*[illegible]
„inquit, *animas occiſorum propter nomen Jeſ*[illegible]
„*& ſermonem Dei.* Et cum primo in loco [illegible]
„fuiſſet occiſos, addidit, dicens: *Et qui non*[illegible]
„*beſtiæ non adoraverunt. Apoc.* 20. Quos [illegible]
„verſos a ſe in eodem loco ſimul viſos con[illegible]
„jungit, & dicit: *Et vixerunt, & regn*[illegible]
„*cum Chriſto.* Vivere omnes dicit, & regn[illegible]
„cum Chriſto non tantum, qui occiſi fueri[illegible]
„ſed & quique in fidei ſuæ firmitate, & [illegible]
„timore perſtantes, imaginem beſtiæ non a[illegible]
„raverunt. Plus nos accipere in paſſi[illegible]
„mercede, quam quod hic ſuſtinemus, in [illegible]
„paſſione probat B. Apoſtolus Paulus: [illegible]
„*ſunt*, inquit, *condignæ paſſiones hujus tem*[illegible]
„*ad ſuperventuram claritatem, quæ revelabit*[illegible]
„*nobis. Rom.* 8. Quis ergo non omnibus [illegible]
„bus elaboret, ad tantam claritatem perve[illegible]
„ut poſt tormenta, & ſupplicia terrena [illegible]
„mia divina percipiat? Si militibus ſæcula[illegible]

gloriosum est, ut hoste devicto redeant patriam triumphantes, quanto major est gloria, victo diabolo ad paradisum triumphantem redire? Offerre Deo acceptissimum munus, incorruptam fidem, & virtutem mentis incolumem, laudem devotionis illustrem? Comitari eum, cum venire cæperit, vindictam de inimicis recepturus, lateri ejus assistere, cum sederit judicaturus? Cohæredem Christi fieri? Angelis adæquari? Cum Patriarchis, Apostolis, cum Prophetis cœlestis regni possessione lætari? Has cogitationes quæ persecutio potest vincere, quæ possunt tormenta superare? Durat fortis, & stabilis religiosis meditationibus fundata mens, & adversus omnes diaboli terrores, & minas mundi animus immobilis perstat, quem futurorum fides certa, & solida corroborat. Clauduntur oculi in persecutionibus terræ, sed patet cœlum: minatur Antichristus, sed Christus tuetur: mors infertur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur: vita temporalis extinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est dignitas, & quanta securitas, exire hinc lætum, exire inter pressuras, & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eosdem statim, ut Deus videatur & Christus? Tam feliciter migrandi quanta velocitas? Terris repente subtraheris, ut in regnis „cœlestibus reponaris. Hæc oportet mente, „& cogitatione complecti, hæc die, ac nocte „meditari. Si talem persecutio invenerit Dei

„militem, vinci non poterit virtus ad prœliu „prompta, vel si accersitio (*mors*) ante præv „nerit, sine præmio non erit fides, quæ e „ad martyrium præparata: sine damno te „poris merces judice Deo redditur: in persec „tione militia, in pace conscientia coronatu

---

S. CÆCILII CYPRIANI TESTIMONIORUM LIBRI TRE

ADVERSUS JUDÆOS AD QUIRINUM.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Cyprianus in tribus his Libris ni aliud agit, quam quod ad vitæ christia institutionem scripturarum testimonia in ce aliquot capita congerat, quorum primus secundus peculiariter adversus Judæos c scripti sunt; tertius magis ad vitæ instruc nem pertinet. Libros hos S. Cypriano ap adscribit S. Hieronymus *dial.* 1. *adv. Pel* S. Augustinus *l.* 4. *contra duas epist. Pelag.* & 10.: Gennadius in catalogo de Pelag V. Beda *in c.* 3. *Act.* Argumentum prim secundi libri exponit ipse S. Cyprianus in in duos hos libros dicens: „Complexus su „bellos duos pari æqualitate moderatos. Un „quo ostendere nisi sumus, Judæos secund „quæ fuerant ante prædicta, a Deo recess „& indulgentiam Domini sibi promissam pe

„dis-

„disse, successisse vero in eorum locum Christia„nos fide Dominum promerentes, ac de omni„bus gentibus, & de toto orbe venientes. Item „libellus alius continet Christi Sacramentum, „quod idem venerit, qui secundum Scripturas „annuntiatus est, & gesserit, ac perfecerit uni„versa, quibus intelligi potest, quod ipse sit, „qui prædictus est.

§. II.

Analysis.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I. „Judæos in offensam Dei graviter „deliquisse, quod Dominum de„reliquerint, & idola secuti sint. Moyses ad „Dominum: *Precor*, ait, *Domine, deliquit po„pulus hic delictum grande, fecerunt sibi deos au„reos, & argenteos. . . . Et dixit Dominus ad „Moysen: Si quis deliquit ante me, deleam illum „de libro meo. Exod.* 32. Item in Deuterono„mio: *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo. „Deut.* 32. Item in libro Judicum *c.* 2. Item „Malach. 2. derelictus est Juda, quoniam affe„ctavit deos alienos.

Iudæi per idololatriam graviter peccarunt. *p.* 343.

CAP. II. „Judæi graviter deliquerunt, quod „Prophetis non crediderint, & eos interfece„rint. Apud Hieremiam Dominus dicit: *Misi „ad vos servos meos Prophetas, & non audiebatis „me &c. Jer.* 35. Item illic: *Ne incitetis me in „operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos, „& non audistis me. Jer.* 25. Item in Regum

Judæi Prophetas occiderunt

 „li-

„libro tertio c. 19. Helias ait ad Domi
„*Prophetas tuos interfecerunt gladio.* Quod
„dicitur 2. *Esdræ* 9.

CAP. III. „Ante prædictum, quod
„Dominum neque cognituri, neque rec
„essent; Esaias dicit: *Israel me non co*
„*&c. Is.* 1. Item apud eundem Domini
„cit: *Auribus graviter audierunt, & oculo*
„*concluserunt, ne forte videant oculis &c.*
„Item apud Hieremiam Dominus dicit
„*dereliquerunt fontem aquæ vivæ &c. Jer.* 2
„*Populus meus non cognovit judicium Domi*
„*Jer.* 20. Item in Psalmo 27.: *Non int*
„*runt in operibus Domini.* Et Ps. 81.: *No*
„*noverunt, neque intellexerunt.* Et in Eva
„secundum Joannem: *Sui eum non rece*
„*Joan.* 1.

Judæi Dominum non cognoverunt.

CAP. IV. „Quod Scripturas sanctas in
„cturi Judæi non essent, intelligi autem
„rent in novissimis temporibus, postea
„Christus venisset. Sic apud Esaiam: *E*
„*vobis hi omnes sermones, sic ut sermones*
„*qui signatus est. . . . Sed in illa die a*
„*surdi sermones libri &c. Is.* 29. Item
„Hieremiam: *In novissimo dierum cognosc*
„*Jer.* 23. Item apud Danielem: *Signa*
„*usque ad tempus consummationis &c. Da*
„Et in Epistola ad Corinthios secunda
„*Obtusi sunt sensus eorum usque in hunc die*
„*mox autem ut conversi fuerint ad Dominum*
„*feretur velamen.* In Evangelio Dominus
„*aperuit illis sensum, ut intelligerent Scrip*
„*Luc.* 24.

Judæi S. Scripturam non intelligunt p. 344.

CAP. V. „Nihil posse Judaeos intelligere de „Scripturis, nisi prius crediderint in Christum. „*Si non credideritis, neque intelligetis. Is.* 7. Un„de Dominus in Evangelio: *Si enim non credi„deritis, quia ego sum, moriemini in peccatis ve„stris. Joan.* 8. Item Paulus ad Galatas *c.* 3. „*Qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahae.* *Judaei Scripturas non intelligunt*

CAP. VI. „Quod Judaei Hierusalem perdi„turi essent, & terram, quam acceperant, re„licturi. Ita apud Esaiam: *Terra vestra deserta „&c. Is.* 1. Item in Evangelio Dominus dicit: „*Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. „Matth.* 23. *Jerusalem perdiderunt.*

CAP. VII. „Quod Judaei essent amissuri lu„men Domini. Ita apud Esaiam: *Venite, am„bulemus in lumine Domini; dimisit enim popu„lum suum, domum Israel. Is.* 2. Item in Evan„gelio secundum Joannem: *Fuit lumen verum.. „& mundus eum non cognovit. Joan.* 1. Item il„lic: *Magis dilexerunt tenebras, quam lucem. „Joan.* 3. *Lumen Domini amiserunt.*

CAP. VIII. „Quod circumcisio prima carna„lis evacuata sit, & secunda spiritualis repro„missa. Ita apud Hieremiam: *Circumcidite vos „Deo vestro, & circumcidite praeputium cordis ve„stri. Jer.* 4. Item Moyses dicit: *In novissimis „diebus circumcidet Deus cor tuum. Deut.* 30. Item „Paulus ad Colossenses *c.* 2.: *Circumcisi estis „circumcisione non manufacta in expoliatione car„nis, sed in circumcisione Christi.* Item Adam, „Abel, Enoch, Noe, Melchisedech incircum- *Circumcisio abrogata.*

„cisi fuerunt, & illud signaculum fœminis non
„proficit, signo autem Domini omnes signantur.

Lex vetus cessat. *p.* 345.

CAP. IX. „Quod lex prior per Moysen data
„cessatura esset. Isaias c. 8. dicit: *Tunc mani-*
„*festi erunt, qui signant legem, ne discant.* Item
„in Evangelio: *Omnes Prophetæ, & lex usque*
„*ad Joannem prophetaverunt. Matth.* 11.

Lex nova data.

CAP. X. „Quod lex nova dari haberet.
„Apud Michæam *cap.* 4. *Quoniam lex de Si-*
„*proficiscetur.* Item apud Esaiam: *De S-*
„*enim procedet lex &c. Is.* 1.

Testamentum novum datum.

CAP. XI. „Quod testamentum novum d-
„haberet. Apud Hieremiam: *Ecce dies*
„*niunt, dicit Dominus, & consummabo do-m*
„*Israel, & domui Juda testamentum novum &c.*
„*Jer.* 31. *sqq.*

Baptisma novum.

CAP. XII. „Quod Baptisma vetus cessaret,
„& novum inciperet. Apud Esaiam: *Ecce fa-*
„*cio nova . . . & flumina in loco inaquoso ada-*
„*quare genus meum electum. Is.* 43. Item in
„Evangelio secundum Matthæum Joannes di-
„cit: *Ego quidem vos baptizo in aqua in pœniten-*
„*tiam. . . . Ipse vos baptizat in Spiritu sancto,*
„*& igni. Matth.* 3. Item *Joan.* 3.: *Nisi quis re-*
„*natus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non po-*
„*test introire in regnum Dei.*

Jugum novum.

CAP. XIII. „Quod jugum vetus evacuare-
„tur, & jugum novum daretur. In Psalmo
„secundo: *Abjiciamus a nobis jugum eorum.*
„Item

„Item in Evangelio secundum Matthæum Do„minus dicit: *Venite ad me omnes . . . tollite* „*jugum meum super vos &c. Matth.* 11. Et apud „Hieremiam: *In illa die contribulabo jugum a* „*cervice illorum. Jer.* 30.

CAP. XIV. „Quod Pastores veteres cessaturi essent, & novi inciperent. Apud Ezechielem: *Avertam Pastores, ut non pascant oves meas. Ezech.* 34. Apud Hieremiam Dominus dicit: *Et dabo vobis Pastores secundum cor meum &c. Jer.* 3. & 31. *Novi Pastores erunt.*

CAP. XV. „Quod templum Dei Christus futurus esset, & cessasset templum vetus, & „novum cæpisset. In Evangelio Dominus di„cit: *Non relinquetur in templo lapis super lapi*„*dem, qui non dissolvatur. Marc.* 13. *Templum destruetur p.* 346.

CAP. XVI. „Quod Sacificium vetus evacua„retur, & novum celebraretur. Apud Esaiam: „*Quo mihi multitudinem Sacrificiorum vestrorum.. Plenus sum, holocaustomata arietum . . . nolo.* „*Is.* 1. Item in Psalmo 49.: *Non edam carnes* „*taurorum. . . . Sacrifica Deo sacrificium lau*„*dis &c.* Item apud Malachiam: *Sacrificium* „*acceptum non habebo ex manibus vestris . . . &* „*in omni loco odores incensi offeruntur nomini meo,* „*& sacrificium mundum. Malach.* 1. *Sacrificium vetus cessabit.*

CAP. XVII. „Quod Sacerdotium vetus cessa„ret, & novus Sacerdos veniret, qui in æter„num futurus esset. In Psalmo 109.: *Juravit* „*Dominus: tu es Sacerdos in æternum secundum* „*or-* *Sacerdos novus veniet.*

„*ordinem Melchisedech.* Item 1. *Reg.* 2.: *Et su-* „*scitabo mihi Sacerdotem fidum . . . & transibit* „*in conspectu Christorum meorum omnibus diebus.*

Propheta novus venit.

CAP. XVIII. „Quod Propheta alius sicut „Moyses promissus sit, qui testamentum no- „vum daret, & qui magis audiri deberet. In „Deuteronomio Deus ad Moysen: *Prophetam* „*excitabo eis de fratribus eorum sicut te. . . . Et* „*quisquis non audierit, quæcunque locutus fuerit* „*Propheta ille in nomine meo, ego vindicabo.* De „quo & Christus in Evangelio: *De me Moyses* „*scripsit. Joan.* 5.

Novus populus prædictus

CAP. XIX. „Quod duo populi prædicti sint „major, & minor, id est, vetus Judæorum, „& novus, qui esset ex nobis futurus. In Ge- „nesi dixit Dominus Rebeccæ; *Duæ gentes in* „*utero tuo sunt, & major serviet minori. Gen.* 25. „Item apud Osee: *Vocabo non populum meum* „*populum meum &c. Osee* 1.

Ecclesiæ multiplicatio.

CAP. XX. „Quod Ecclesia, quæ prius ste- „rilis fuerat, plures filios habitura esset ex „gentibus, quam quot Synagoga ante habuisset. „Apud Esaiam: *Multi filii desertæ magis, quam* „*ejus, quæ habet virum &c. Is.* 54. Sic & Sara „sterilis diu mansit, & sero in senecta peperit „filium Isaac, qui fuit typus Christi. Sic Ra- „chel in typum Ecclesiæ sterilis diu mansit, „& peperit postea filium Joseph, qui & ipse „fuit typus Christi: sic ex Anna sterili nasci- „tur Samuel, & natus Samuel fuit typus „Christi.

CAP.

CAP. XXI. „Quod gentes magis in Christum crediturae essent. In Genesi dixit Dominus ad Abraham: *Faciam te in gentem magnam &c.* Gen. 12. De hoc ipso in Genesi: *Servient tibi gentes, & adorabunt te principes &c.* Gen. 27. It: Effraim frater Manassis junior major illo erit, & semen ejus erit in multitudinem gentium. Item in Genesi: *Juda te laudabunt fratres tui &c.* Gen. 49. Item apud Hieremiam: ... *gentes, & qui pascent pecora in eis.* ...6. In Psalmo 17.: *Constitues me in caput gentium &c.* Item apud Esaiam: Et erit in illa die radix Jesse, qui surget imperare omnibus gentibus &c. Is. 11. Item Isaiae c. 55. ...66. 52. 65. De hoc ipso in actibus Apostolorum Paulus: *Convertimus nos ad gentes; sic enim dixit per scripturam Dominus: Ecce lucem posui te inter gentes, ita ut sis in salutationem usque ad fines terrae.* Act. 13.

Gentium fides in Christum.

CAP. XXII. „Quod panem, & calicem Christi, & omnem gratiam amissuri essent Judaei, nos vero accepturi, & quod Christianorum novum nomen benediceretur in terris. Apud Esaiam sic dicit Dominus: *Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis: ecce qui mihi serviunt, bibent, vos autem sitietis . . . his autem, qui serviunt mihi, nomen nominabitur novum, quod benedicetur in terra.* Is. 65. Item ...3. Item in Evangelio secundum Joannem Dominus dicit: *Ego sum panis vitae, qui venit ad me, non esuriet, & qui in me crediderit: non sitiet unquam.* Et: *Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Joan. 6.

Panis, & calicis Christi Judaei non sunt participes. p. 348.

CAP.

Ad regnum cœlorum non venient.

CAP. XXIII. „Quod ad regnum cœlorum „magis gentes, quam Judæi perveniant. In „Evangelio Dominus dicit: *Multi venient ab „Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abra„ham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum. „Filii autem regni exibunt in tenebras exteriores. „Matth.* 8.

Peccata sine baptismo eis non remittentur.

CAP. XXIV. „Quod solo hoc Judæi accipere „veniam possint delictorum suorum, si sangui„nem Christi occisi baptismo ejus abluerint, „& in Ecclesiam ejus transeuntes præceptis „ejus obtemperaverint. Apud Esaiam Domi„nus dicit: *Jam non laxabo peccata vestra . . . „Lavamini, mundi estote, auferte nequitiam ab „animis vestris . . . & si fuerint peccata vestra, „ut phœniceum, ut nivem exalbabo &c. Is.* 1.

TESTIMONIORUM LIBER SECUNDUS
ADVERSUS JUDÆOS AD QUIRINUM.

Christus sapientia Dei.

p. 352.

CAPUT I. „Quod Christus primogenitus sit, „& ipse sit sapientia Dei, per „quem omnia facta sunt, apud Salomonem in „parœmiis: *Dominus condidit me initium viarum „suarum &c. Prov.* 8. Item apud eumdem in „Ecclesiastico: *Ego ex ore Altissimi prodivi ante „omnem creaturam &c. Eccli.* 24. Item in Psal„mo 88.: *Et ego primogenitum ponam eum, al„tissimum apud reges terræ &c.* Item in Evan„gelio secundum Joannem Dominus dicit: *Hæc „autem est vita æterna, ut cognoscant te solum, „& verum Deum, & quem misisti Jesum Chri„stum. Joan.* 17. Item Paulus ad Colossenses:

„*Qui*

„*Qui est imago Dei invisibilis, & primogenitus* „*totius creaturæ. Coloss.* 1, Item in Apocalypsi: „*Ego sum α, & ω, initium, & finis. Apoc.* 21. „Et quod idem sit & sapientia, & virtus Dei, „Paulus 1. Cor. 1. ait: *Prædicamus Christum* „*Dei virtutem, & Dei sapientiam.*

CAP. II. „Quod sapientia Dei Christus, & „de Sacramento Incarnationis ejus, & passio-„nis, & calicis, & altaris, & Apostolorum, „qui missi prædicaverunt, apud Salomonem in „parœmiis: *Sapientia ædificavit sibi domum* ... „*miscuit vinum suum, & paravit suam mensam,* „*& misit servos suos, convocans cum excelsa præ-*„*dicatione ad crateram &c. Prov.* 9. *Christi Incarnatio.*

CAP. III. „Quod Christus idem sit sermo „Dei in Ps. 44.: *Eructavit cor meum verbum bo-*„*num &c.* Item apud Esaiam: *Sermonem bre-*„*viatum faciet Deus in toto orbe terræ. Is.* 10. „Item in Evangelio secundum Joannem: *In* „*principio erat sermo &c. Joan.* 1. Item in Apo-„calypsi: *Ecce vidi cœlum apertum, & ecce equus* „*albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fide-*„*lis ... & dicitur nomen ejus sermo Dei. Apoc.* 6. *Christus verbum Dei.*

CAP. IV. „Quod Christus idem manus, & „brachium Dei sit, apud Esaiam: *Numquid non* „*valet manus Dei, ut salvos faciat? Is.* 59. Et: „*Brachium Dei, cui revelatum est? Is.* 66. Et: „*Revelavit Dominus brachium suum, illum san-*„*ctum, in conspectu omnium gentium. Is.* 52. Et: „*Manus Domini fecit ista, & sanctus Israel osten-*„*dit. Is.* 41. *Christus manus Dei.*

Christus Angelus, & Deus.

CAP. V. „Quod idem Angelus, & De
„Christus, in Genesi ad Abraham: *Et voca*
„*eum Angelus Domini de cælo &c. Gen.* 22. It
„illic ad Jacob: *Et dixit mihi Angelus Dom*
„*in somnis: Ego sum Deus &c. Gen.* 31. It
„in Exodo: *Ecce ego præmitto Angelum me*
„*ante faciem tuam ad custodiendum te in itinere*
„*nomen enim meum in illo est. Exod.* 23.

Christus verus Deus.

CAP. VI. „Quod Deus Christus, in Ger
„*dixit Deus ad Jacob . . . fac illic altare*
„*Deo, qui tibi apparuit &c, Gen.* 35. It
„apud Esaiam: *Tu enim es Deus, & non scie*
„*mus, Deus Israel Salvator. Is.* 45. Et: *Par*
„*viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri* &
„*Is.* 40. Item apud Hieremiam: *Hic Deus*
„*ster, & non deputabitur alius absque illo . . .*
„*hæc in terris visus est, & cum hominibus conv*
„*satus est. Baruc.* 3. Item in Psalmo 44.: *Th*
„*nus tuus Deus in sæcula sæculorum . . . unxit*
„*Deus Deus tuus.* Item in Psalmo 67.: *Cant*
„*te Deo, qui ascendit in occasum, Deus nom*
„*illi.* Item in Evangelio secundum Joanne
„*In principio erat sermo, & sermo erat ap*
„*Deum, & Deus erat sermo. Joan.* 1. Et Th
„mas ad Jesum dixit: *Dominus meus, & D*
„*meus. Joan.* 20. Item Paulus Rom. 9.: *Ch*
„*stus, qui est super omnia Deus benedictus*
„*sæcula.* Item in Apocalypsi: *Ego sum a, &*
„*Apoc.* 21. Et in Evangelio secundum Joa
„nem: *Quem Pater sanctificavit, & misit in*
„*culum, vos dicitis, quoniam blasphemas, q*
„*dixi, Filius Dei sum &c. Joan.* 10. Item
„Evangelio secundum Matthæum: *Et voca*

„i

r nomen ejus Emmanuel, quod est interpreta-m nobiscum Deus. Matth. 1.

CAP. VII. „Quod Christus Deus venturus esset luminator, & Salvator generis humani. pud Esaiam: *Deus veniet, & salvos faciet* *s. If.* 35. Item in Psalmo 24.: *Tu es Deus alvator meus.* Unde in Evangelio secundum oannem Dominus dicit: *Ego sum lumen mun-i &c. Joan.* 8. Item secundum Matthæum: *'ocabis nomen ejus Jesum; hic enim salvum fa-et populum suum a peccatis eorum. Matth.* 1. em secundum Lucam: *Natus est vobis hodie alvator, qui est Christus Jesus. Luc.* 1. *Christus Salvator noster.*

CAP. VIII. „Quod cum a principio Filius Dei fuisset, generari denuo haberet secundum carnem. In Psalmo 2.: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Item in Evangelio secundum Lucam: *Unde hoc mihi „contingit, ut veniat mater Domini mei ad me? „Luc.* 1. Item Paulus ad Galatas cap. 2.: *Ubi „advenit plenitudo temporis, misit Deus Filium „suum natum de muliere.* Item in epistola Joan-„nis: *Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Chri-„stum, in carne venisse, de Deo est &c.* 1. *Jo.* 4. *Christus in carne natus.*

CAP. IX. „Quod hoc signum futurum esset „nativitatis ejus, ut de Virgine nasceretur „homo, & Deus, hominis, & Dei Filius, „apud Esaiam: *Ecce virgo in utero accipiet, & „pariet Filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel. „Is.* 7. Hoc semen prædixerat Deus de mulie-„re procedere, quod calcaret caput diaboli: *Christus ex Virgine natus.*

„*Ipse*

„*Ipse tuum observabit caput, & tu observabis c*
„*caneum ejus. Gen.* 3.

Christus homo Deus.

CAP. X. „Quod & homo, & Deus Chris
„ex utroque genere concretus, ut media
„esse inter nos, & Patrem posset. In Num
„ris: *Orietur stella ex Jacob, & exurget ho*
„*ex Israel &c. Num.* 24. Unde in Evange
„Gabriel ad Mariam: *Qui nascetur ex te sanct*
„*vocabitur Filius Dei. Luc.* 1. Et in epist
„Pauli ad Corinthios priore cap. 15.: *Prim*
„*homo de terræ limo, secundus homo de cælo.*

Ex semine David.

CAP. XI. „Quod de semine David secu
„dum carnem nasci haberet, 2. *Reg.* 7. *Sus*
„*tabo semen tuum post te, qui erit de utero tu*
„*& parabo regnum tuum &c. Et ego ero ei*
„*Patrem, & ipse erit mihi in Filium.* Item ap
„Esaiam: *Et exibit virga de Jesse, & flos*
„*radice ejus ascendet, & requiescet super eum sp*
„*ritus Domini. Is.* 12. Item in Psalmo 131
„*De fructu ventris tui ponam super thronum meu*
„Item in Evangelio secundum Lucam: *Dab*
„*illi Dominus Deus thronum David Patris sui &*
„*Luc.* 1. Item in Apocalypsi: *Vicit leo de tr*
„*bu Juda, radix David, aperire librum. Apoc.*

In Bethlehem natus p. 356.

CAP. XII. „Quod in Bethlehem nasceretu
„apud Michæam: *Et tu Bethlehem domus Epi*
„*rata non exigua es, ut constituaris in millibi*
„*Juda, ex te mihi procedet, ut sit princeps ap*
„*Israel, & processiones ejus a principio a dieb*
„*sæculi. Mich.* 5. Item in Evangelio: *Cum J*
„*sus natus esset in Bethlehem Judææ. Matth.* 2.

CA

CAP. XIII. „Quod humilis in primo adventu „suo veniret, apud Esaiam: *Non est figura* „*ejus, neque claritas . . . sed figura ejus sine ho-* „*nore &c. Is.* 53. Item in Psalmo 21.: *Ego* „*autem sum vermis, & non homo &c.* Item „apud Zachariam: *Jesus erat indutus vestimenta* „*sordida &c. Zach.* 3. Item Paulus ad Phi- „lippenses cap. 2.: *Semetipsum exinanivit for-* „*mam servi accipiens &c.* *Humilis in primo adventu.*

CAP. XIV. „Quod ipse sit justus, quem Ju- „dæi occisuri essent. In sapientia Salomonis: „*Circumveniamus justum . . . morte turpissima* „*condemnemus eum. Sap.* 2. Item apud Esaiam: „*Videte, quomodo justus perit, & nemo intelligit* „*&c. Is.* 57. Item in Evangelio Judas pœni- „tentia ductus dixit: *Peccavi tradens Sanguinem* „*justum. Matth.* 27. *Christus justus a Judæis occisus.* p. 356.

CAP. XV. „Quod ipse dictus sit ovis, & „agnus, qui occidi haberet, & de Sacramento „Passionis. Apud Esaiam: *Sicut ovis ad victi-* „*mam ductus est, & sicut agnus coram tondente* „*se sine voce &c. Is.* 53. Item apud Hieremiam: „*Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad* „*victimam &c. Jer.* 11. Item in Exodo osten- „dit mactatio Agni paschalis. Et in Apoca- „lypsi: *Et vidi in medio throni Agnum stantem* „*quasi occisum &c. Apoc.* 5. Item in Evange- „lio: *Ecce Agnus Dei, & ecce qui aufert peccata* „*mundi. Joan.* 1. *Ovis, & agnus.*

CAP. XVI. „Quod idem & lapis dictus sit. „Apud Esaiam sic dicit Dominus: *Ecce ego* *Lapis angularis &c.*

„*immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum,*
„*electum, summum, angularem, honoratum, &*
„*qui crediderit in eum, non confundetur.* *Is.* 28.
„Item in Psalmo 117.: *Lapis, quem reprobave-*
„*runt ædificantes, hic factus est in caput anguli.*
„Hic est lapis in Genesi, quem ponit Jacob ad
„caput suum, *Gen.* 28. quia caput viri Christus.
„Hic est lapis in Exodo, super quem sedit
„Moyses in cacumine collis, quando Jesus
„Nave contra Amalech dimicavit. *Exod.* 17.
„Hic est lapis, quo David frontem Goliæ per-
„cussit, & occidit. 1. *Reg.* 17. Hic est lapis
„magnus, super quo posita est arca testamenti.
„1. *Reg.* 4. Hic est lapis, quem, cum alieni-
„genas Israel vicisset, statuit Samuel, & ap-
„pellavit nomen ejus Abennezer, id est, lapis
„auxiliator.

Crescens in montem.

CAP. XVII. „Quod deinde idem lapis mons „fieret, & impleret totam terram. Apud Da- „nielem: *Lapis, qui percussit imaginem, factus* „*est mons magnus, & implevit totam terram.* „*Dan.* 2.

Christus mons manifestus. p. 358.

CAP. XVIII. „Quod in novissimis tempori- „bus idem mons manifestaretur, super quem „gentes venirent, & in quem justi quique „ascenderent. Apud Esaiam: *Et erit in no-* „*vissimis temporibus manifestus mons Domini . . .* „*& venient super illum omnes gentes &c.* *Isa.* 2. „Item in Psalmo 23.: *Quis ascendet in montem* „*Domini? . . . Innocens manibus, & mundo* „*corde &c.*

CAP. XIX. „Quod ipse sit sponsus, Eccle- *Sponsus*
„siam habens sponsam, de qua filii spiritaliter *Ecclesiæ.*
„nascerentur. Apud Johel: *Procedat sponsus*
„*de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Joel.* 2.
„Item in Psalmo 18.: *Et ipse velut sponsus egre-*
„*diens de thalamo suo.* Item in Apocalypsi: *Ve-*
„*ni, ostendam tibi novam nuptam uxorem Agni.*
„*Apoc.* 21. Et: *Venerunt nuptiæ Agni, & uxor*
„*ejus se præparavit. Apoc.* 19.

CAP. XX. „Quod cruci illum fixuri essent *Crucifi-*
„Judæi. Apud Esaiam: *Expandi manus meas gendus.*
„*tota die ad plebem contumacem. Is.* 65. Item in *p.* 359.
„Deuteronomio: *Et erit pendens vita tua ante*
„*oculos tuos. Deut.* 28. Item in Psalmo 21:
„*Effoderunt manus meas, & pedes meos &c.* Item
„apud Zachariam: *Et intuebuntur in me, in*
„*quem transfixerunt. Zach.* 12. Unde in Evan-
„gelio Dominus dicit: *Sicut Moyses exaltavit*
„*serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium*
„*hominis. Joan.* 3.

CAP. XXI. „Quod in passione crucis, & *Crucis*
„signo virtus omnis sit, & potestas. Apud *virtus.*
„Habacuc: *Texit cœlos virtus ejus, & laudis*
„*ejus plena est terra.* Habacuc 3. Item apud
„Esaiam: *Ecce natus est nobis puer . . . cujus*
„*imperium super humeros ejus. Is.* 9. Hoc signo
„crucis & Amalech victus est a Jesu per Moy-
„sen, cum levaret manus suas. *Exod.* 17.

CAP. XXII. „Quod in hoc signo Crucis sa- *In signo*
„lus sit omnibus, qui in frontibus notentur. *Crucis*
„Apud Ezechielem dicit Deus: *Omnem super salus.*

 „*quem* *p.* 360.

„*quem signum scriptum est, ne tetigeritis &c.* „*Ezech.* 9. Item in Exodo Deus ad Moysen: „*Erit sanguis in signo vobis super domos, & vi-* „*debo sanguinem, & protegam vos. Exod.* 12. „Item in Apocalypsi: *Centum quadraginta qua-* „*tuor millia habebant nomen ejus, & nomen Pa-* „*tris ejus scriptum in frontibus suis. Apoc.* 14.

Tenebræ in morte Christi.

CAP. XXIII. „Quod medio die in passione „ejus tenebræ futuræ essent. Apud Amos: „*Et erit in illo die, dicit Dominus, occidet sol* „*in meridie &c. Amos* 8. Item apud Hiere- „miam: *Subiit sol ei, cum adhuc medius dies* „*esset. Jer.* 15. Item in Evangelio: *A sexta* „*autem hora tenebræ factæ sunt super totam terram* „*usque ad horam nonam. Matth.* 27.

Descensus ad inferos.

CAP. XXIV. „Quod a morte non vinceretur, „nec apud inferos remansurus esset. In Psal- „mo 29.: *Domine reduxisti ab inferno animam* „*meam.* Item in Psalmo 15.: *Non derelinques* „*animam meam apud inferos &c.* Item in Psal- „mo 3.: *Ego dormivi, & somnum cepi, & re-* „*surrexi.* Item secundum Joannem: *Potesta-* „*tem habeo ponendi animam meam, & potestatem* „*habeo, iterum sumendi eam. Joan.* 10.

Resurrectio.

CAP. XXV. „Quod ab inferis tertia die re- „surgeret, apud Osee: *Vivificavit nos post bi-* „*duum, die tertio resurgemus. Osee* 6. Item in „Exodo: *Die tertio descendet Dominus in montem* „*Sina. Exod.* 19. Item in Evangelio: *Quomo-* „*do fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tri-*

„*bus*

„*bus noctibus, ita erit Filius hominis in corde ter-* „*ræ tribus diebus, & tribus noctibus. Matth.* 12.

CAP. XXVI. „Quod, cum resurrexisset, a „Patre omnem potestatem acceperit, & pote- „stas ejus æterna sit, apud Danielem: *Potestas* „*ejus æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus* „*non corrumpetur. Dan.* 7. Item in Psalmo 109.: „*Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris* „*meis &c.* Item in Apocalypsi: *Ego sum pri-* „*mus, & novissimus, & vivus, qui fueram mor-* „*tuus, & ecce sum vivens in sæcula sæculorum.* „*Apoc.* 1. Item in Evangelio Dominus: *Data* „*est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* „*Matth.* 28.

Potestas æterna.

CAP. XXVII. „Quod perveniri non possit ad „Patrem, nisi per Filium ejus Jesum Christum, „in Evangelio: *Nemo venit ad Patrem nisi per* „*me. Joan.* 14. Item Paulus ad Ephesios c. 2. „*Per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu* „*ad Patrem.* Item in epistola Petri Apostoli; „*Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,* „*justus pro injustis, ut nos offerret Deo.* 1. *Pet.* 3. „Item in epistola Joannis: *Qui negat Filium,* „*neque Patrem habet: qui confitetur Filium, &* „*Filium, & Patrem habet.* 1. *Joan.* 2.

Sine Christo non venitur ad Patrem. *p.* 361.

CAP. XXVIII. „Quod ipse Judex venturus „sit, apud Malachiam: *Ecce dies Domini venit* „*&c. Mal.* 4. Item in Psalmo 49.: *Deus deo-* „*rum Dominus locutus est, & vocavit terram* . . . „*quoniam Deus Judex est.* Item in Psalmo 81. „*Exurge Deus, judica terram &c.* Item secun-

Christus Judex.

„dum Joannem: *Nihil Pater judicat, sed judi-*
„*cium omne Filio dedit &c.* In epistola Pauli „ad Corinthios cap. 5.: *Omnes nos manifestari* „*oportet ante tribunal Christi &c.*

Christus Rex. CAP. XXIX. „Quod ipse sit Rex in æternum „regnaturus, apud Zachariam: *Ecce Rex tuus* „*venit tibi justus, & salvans &c. Zach.* 9. Item „apud Malachiam: *Rex magnus sum ego, dicit* „*Dominus &c. Mal.* 1. Item in Psalmo 2.: *Ego* „*autem constitutus sum Rex ab eo super Sion mon-* „*tem sanctum ejus.* Item in Psalmo 20. 23. 44. 73: „Item in Evangelio secundum Matthæum: „*Ubi est, qui natus est Rex Judæorum. Matth.* 2. „Item secundum Joannem: *Respondit Jesus Pi-* „*lato: Tu dicis, quoniam Rex sum. Joan.* 18.

CAP. XXX. „Quod ipse sit & Judex, & Rex: „Ps. 74. *Deus judicium tuum Regi da.* Item in „Apocalypsi: dicitur *Rex regum, & Dominus* „*dominantium.* Item in Evangelio: *Cum vene-* „*rit Filius hominis in claritate sua . . . tunc sede-* „*bit in throno claritatis suæ, & colligentur ante* „*eum omnes gentes &c. Matth.* 25.

TESTIMONIORUM LIBER TERTIUS
AD QUIRINUM.

Eleemosyna danda. p. 371. CAPUT I. „De Bono Operis, & misericordiæ „apud Esaiam: *Frange esurienti* „*panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum* „*tuam &c. Is.* 58. De hoc ipso apud Tobiam: „*Ex substantia fac eleemosynam, & noli avertere* „*faciem ab ullo paupere &c. Tob.* 2. De hoc ipso „apud

„apud Salomonem in parœmiis: *Qui pauperi „miseretur, Deo fænerat. Prov.* 19. Item *Prov.* 28. „15. 25. 3. 21. *&c.* De hoc ipso apud Osee: „*Misericordiam volo magis, quam sacrificium. „Osee* 6. De hoc ipso in Evangelio secundum „Matthæum: *Beati misericordes, quoniam ipsi „misericordiam consequentur. Matth.* 5. Item „*Matth.* 6. 13. 5. 19. 25. De hoc ipso in Evan„gelio secundum Lucam: *Res vestras vendite, „& date eleemosynam. Luc.* 11. Item *Luc.* 12. 14. „De hoc ipso ad Corinthios secunda: *Vestra „abundantia illorum inopiam suppleat.* 2. *Cor.* 9. „De hoc ipso in epistola Joannis: *Qui habuerit „substantiam mundi, & viderit fratrem suum de„siderantem, & clauserit viscera sua ab eo, quo„modo charitas Dei manet in illo?* 1. *Joan.* 3.

CAP. II. „In Opere, & eleemosynis, etiam„si per mediocritatem minus fiat, ipsam vo„luntatem satis esse, in epistola Pauli ad Co„rinthios secunda: *Si voluntas prompta est, se„cundum quodcunque habuerit, acceptabile est, non „secundum, quod non habuerit.* 2. *Cor.* 8.

Voluntas eleemosynæ inopi sufficit.

CAP. III. „Agapen, & dilectionem frater„nam religiose exercendam. In Evangelio se„cundum Joannem: *Hoc est mandatum meum, „ut diligatis invicem, quemadmodum dilexi vos. „Joan.* 14. Et 1. *Cor.* 13. *Et si habuero omnem „fidem . . . charitatem autem non habeam, nihil „sum &c.* De hoc ipso in epistola Joannis: *Qui „fratrem suum odit, homicida est.* 1. *Joan.* 3. „Et: *Si quis dixerit, quoniam diligit Deum, & „fratrem suum odit, mendax est.* 1. *Joan.* 4. De „hoc

Charitas fraterna exercenda.

P. 374.

„hoc etiam in Actibus Apostolorum: Turba „eorum, qui crediderant, anima, ac mente „una agebant. *Act.* 4.

In nullo gloriandum.

CAP. IV. „In nullo gloriandum, quando „nostrum nihil sit. In Evangelio secundum „Joannem: *Nemo potest quidquam accipere, nisi* „*datum fuerit illi de cœlo. Joan.* 3. Item in epi„stola Pauli ad Corinthios prima cap. 1.: *Quid* „*enim habes, quod non acceperis, si autem acce*„*pisti, quid gloriaris, quasi non acceperis.*

Humilitati studendum.

CAP. V. „Humilitatem, & quietem in om„bus tenendam. Apud Isaiam sic dicit Domi„nus: *Super quem aspiciam alium, nisi super hu*„*milem, & quietum, & trementem sermones meos?* „*Is.* 66. De hoc ipso in Evangelio secundum „Matthæum: *Beati mites, quoniam ipsi hæredi*„*tabunt terram. Matth.* 5. De hoc ipso secun„dum Lucam: *Qui se extollit, humiliabitur, &* „*qui se humiliaverit, exaltabitur. Luc.* 18. De „hoc ipso ad Romanos: *Noli altum sapere, sed* „*time. Rom.* 11.

Boni tribulantur.

CAP. VI. „Bonos quoque, & justos plus la„borare, sed tolerare debere, quia probantur. „Apud Salomonem: *Vasa figuli probat fornax,* „*& homines justos tentatio tribulationis. Eccli.* 27. „Item in Psalmo 33.: *Multæ pressuræ justorum,* „*sed ex omnibus illis liberabit eos Dominus.* De „hoc ipso apud Job: *Nudus exivi de utero matris* „*meæ, nudus etiam ibo sub terram. Job.* 1. De „hoc ipso in Evangelio secundum Matthæum: „*Beati plangentes, quoniam ipsi consolabuntur.*

„*Matth.*

„*Matth.* 5. Item secundum Joannem: *In saecu-*
„*lo pressuram habebitis, sed fidite, quoniam ego vici*
„*mundum. Joan.* 16. De hoc ipso ad Roma-
„nos: *Gloriamur in pressuris, scientes, quoniam*
„*pressura tolerantiam operatur &c. Rom.* 5. Item
„in sapientia Salomonis: In loco impiorum ge-
„munt justi, in illorum autem perditionem
„abundabunt justi.

CAP. VII. „Non contristandum Spiritum *Spiritus S. non contristandus*
„sanctum, quem accepimus. Apud Ephesios:
„*Nolite contristari Spiritum sanctum Dei, in quo*
„*signati estis in die redemptionis. Eph.* 4.

CAP. VIII. „Iracundiam vincendam esse, *Ira vincenda.*
„ne cogat delinquere. Apud Salomonem in
„paroemiis: *Qui iracundiam continet, melior est,*
„*quam qui urbem capit. Prov.* 16. De hoc ipso
„ad Ephesios *cap.* 4. *Sol non occidat super ira-*
„*cundiam vestram.* Item in Evangelio secundum
„Matthaeum: *Omnis, qui irascitur fratri suo sine*
„*causa, reus erit judicio. Matth.* 5.

CAP. IX. „Invicem se fratres sustinere de- *Fratres se sustineant.*
„bere. Ad Galatas: *Alterutrum onera sustinete,*
„*& sic adimplebitis legem Christi. Gal.* 6.

CAP. X. „In Deum solum fidendum, & in *In Deo fidendum.*
„ipso gloriandum esse. Apud Hieremiam:
„*Non glorietur sapiens in sapientia sua . . . sed*
„*in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, &*
„*nosse, quoniam ego sum Dominus, qui facio mi-*
„*sericordiam &c. Jer.* 9. De hoc ipso in Psal-
„mo 54. *In Domino speravi, non timebo, quid*

„*faciat mihi homo.* Item in Pſalmo 117. *Bo-*
„*num eſt confidere in Dominum, quam fidere in*
„*homine.*

Cœleſtia ſola cogitanda.

CAP. XI. „Eum, qui fidem conſecutus eſt,
„expoſito priori homine, cœleſtia tantum, &
„ſpiritalia cogitare debere, nec atendere ad
„ſæculum, cui jam renuntiavit. Apud Eſaiam:
„*Relinquat impius vias ſuas &c. Iſ.* 55. De hoc
„ipſo apud Salomonem: *Et ecce omnia vanitas.*
„*Eccli.* 1. De hoc ipſo in Evangelio ſecundum
„Matthæum; *Quærite primum regnum Dei &c.*
„*Matth.* 6. Item apud Matthæum: *Qui non*
„*renuntiat omnibus, quæ ſunt ejus, non poteſt*
„*meus diſcipulus eſſe. Matth.* 12. De hoc ipſo
„ad Philip. 2. *Noſtra autem converſatio in cœlis*
„*eſt.* Item *Gal.* 6. 2. *Tim.* 2. *Coloſſ.* 3. *Eph.* 4.
„Item 1. *Petri* 2. *Quaſi hoſpites, & peregrini*
„*abſtinete vos a carnalibus deſideriis.* Et 1. *Jo.* 2.
„*Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mun-*
„*do ſunt.*

Non jurandum.

CAP. XII. „Non jurandum. Apud Salo-
„monem: *Vir multum jurans replebitur iniqui-*
„*tate. Eccli.* 23. De hoc ipſo ſecundum Mat-
„thæum: *Dico vobis, non jurare in totum.*
„*Matth.* 5. De hoc ipſo in Exodo: *Non acci-*
„*pies nomen Domini Dei tui in vanum. Exod.* 20.

Non maledicendum.

CAP. XIII. „Non maledicendum in Exodo:
„*Non maledices &c. Exod.* 22. Et in Levitico:
„*Produc eum, qui maledixerit foras extra caſtra.*
„*& lapidabit eum omnis Synagoga filiorum Iſrael.*
„*Lev.* 24. Item ad Rom. *c.* 12. *Benedicentes,*
„*&*

„*& non maledicentes*. Et apud Matthæum: *Qui* „*dixerit fratri suo, fatue! reus erit in gehennam* „*ignis. Matth.* 5.

CAP. XIV. „Nunquam mussitandum, sed „circa omnia, quæ accidunt, benedicendum Deum. Apud Job: *In his omnibus, quæ accidunt ei, nihil peccavit Job labiis suis &c. Job.* 2. De hoc ipso in Numeris: *Desinat murmuratio eorum a me, & non morientur.* Item ad Philip. 2. *Omnia autem pro dilectione facientes sine murmurationibus, & reputationibus.* *Non murmurandum.*

CAP. XV. „Ad hoc tentari homines, ut a Deo probentur. In Genesi *c.* 22. *Et tentavit Deus Abraham*, Et in Deuteronomio c. 13. *Tentat Dominus Deus vester vos, ut sciat, si diligitis Dominum Deum vestrum ex toto corde vestro.* De hoc ipso in Sapientia Salomonis: *Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se &c. Sap.* 3. *Tentatio probat nos.*

CAP. XVI. „De Bono Martyrii. In Sapientia Salomonis: *Liberat de malis animam Martyr fidelis. Prov.* 14. Item: *Stabunt justi in* „*magna constantia adversus eos, qui se angustia-* „*verunt &c. Sap.* 3. Item in Psalmo 115. *Pre-* „*tiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.* „De hoc ipso apud Matthæum c. 5. *Beati, qui* „*persecutionem passi fuerint propter justitiam, quo-* „*niam ipsorum est regnum cœlorum.* Item *Matth.* 10. „*Luc.* 18. *Marc.* 10. Item *Apoc.* 2. *Esto fidelis* „*usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* „De hoc ipso ad Romanos: *Siquidem compatia-* „*mur, ut & commagnificemur. Rom.* 8. *De Bono Martyrii.*

CAP.

Beatitudo major passione. CAP. XVII. „Minora esse, quae in sa „patimur, quam sit proemium, quod promi „est, in epistola Pauli ad Romanos c. 8. „*sunt condignae passiones hujus temporis, a* „*perventuram claritatem, quae revelabitur in*

Dilectioni Dei nil praeponendum. CAP. XVIII. „Dilectioni Dei, & Chris „hil praeponendum. In Evangelio secu „Matthaeum: *Qui amat patrem, & matre* „*per me, non est me dignus. Matth.* 10. Ite „epistola ad Romanos: *Quis nos separa* „*charitate Christi &c. Rom.* 8.

Voluntati Dei obtemperandum. CAP. XIX. „Voluntati non nostrae, sed „obtemperandum. In Evangelio secun „Joannem: *Non descendi de caelo, ut facian* „*luntatem meam, sed voluntatem ejus, qui m* „*sit. Joan.* 6. Et secundum Matthaeum: „*facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est,* „*introibit in regnum caelorum. Matth.* 6.

Timor fundamentum spei. CAP. XX. „Fundamentum, & firmamer „spei, & fidei esse timorem. In Psalmo „*Initium sapientiae timor Domini.* Item in „roemiis: *Beatus homo est, qui veretur omni* „*metum. Prov.* 28.

Non temere judicandum CAP. XXI. „Non temere de altero jud „dum. In Evangelio secundum Lucam: „*lite judicare, ne judicemini.* Item *Rom.* 2. *&*

Injuria remittenda. CAP. XXII. „Accepta injuria remitten „& ignoscendum. In Evangelio in prece „tidiana: *Remitte nobis debita nostra, sicut e*

„*remittimus debitoribus nostris. Matth.* 6. Item „*Marc.* 11.

CAP. XXIII. „Vicem malis non reddendam, „in epistola Pauli ad Romanos: *Nemini malum* „*pro malo reddentes. Rom.* 12. *Malum non reddendum.*

CAP. XXIV. „Non posse ad Patrem perve-„niri, nisi per Filium ejus Jesum Christum. In „Evangelio secundum Joannem: *Nemo venit* „*ad Patrem, nisi per me. Joan.* 14. *Ad Patrem per Christum venitur.*

CAP. XXV. „Ad regnum Dei nisi baptiza-„tus, & renatus quis fuerit, pervenire non „posse. *Joan.* 3. *Baptismi necessitas.*

CAP. XXVI. „Parum esse baptizari, & Eu-„charistiam accipere, nisi quis factis, & opere „proficiat. In Evangelio secundum Matthæum: „*Omnis arbor non faciens fructum bonum excide-„tur, & in ignem mittetur. Matth.* 3. *Opera bona necessaria.*

CAP. XXVII. „Baptizatum quoque gratiam „perdere, quam consecutus sit, nisi innocen-„tiam servet. In Evangelio secundum Joan-„nem: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare,* „*ne quid tibi deterius fiat. Joan.* 5. *Baptismi gratia conservanda.*

CAP. XXVIII. „Non posse in Ecclesia remitti „ei, qui in Deum deliquerit. In Evangelio „secundum Matthæum: *Qui dixerit verbum ad-„versus Filium hominis, remittetur illi; qui autem „dixerit adversus Spiritum sanctum, non remitte-„tur illi, neque in isto sæculo, neque in futuro.* „*Matth.* *Peccatum in Spir. S. difficulter remittitur*

„*Matth.* 12. Item *Marc.* 3. Vid. *Comp.* „*tom.* 3. §. 1106. *Schol.* 2.

Odium Christi nominis prædictum.

CAP. XXIX. „De odio nominis ante pr „dictum. In Evangelio secundum Luca „*Et eritis odibiles omnibus hominibus propter* „*men meum. Luc.* 12. Item *Joan.* 15.

Vota servanda.

CAP. XXX. „Quod quis Deo voverit, c „reddendum. Apud Salomonem: *Prout* „*veris votum Deo, ne moram feceris, reddere* „*lud. Eccl.* 5. Item *Deut.* 23. Et *Ps.* 49.

Non credens judicatus est.

CAP. XXXI. „Eum, qui non credideri „jam judicatum esse. *Joan.* 3.

De Bono Virginitatis.

CAP. XXXII. „De bono virginitatis, & co „tinentiæ. In Evangelio secundum Matthæum „*Sunt spadones, qui seipsos castraverunt propt* „*regnum cælorum, qui potest capere, capia* „*Matth.* 19. Item in epistola Pauli ad Cori „thios prima cap. 7. *Bonum est homini, muli* „*rem non contingere &c.* Item in Apocaly „cap. 14. *Hi sunt, qui cum mulieribus se non coi* „*quinaverunt; virgines enim permanserunt,* „*sunt, qui sequuntur agnum, quocunque ierit.*

Filius Judex. p. 380.

CAP. XXXIII. „Nihil Patrem judicare, se „Filium, & Patrem ab eo non honorificari, „quo non honorificatur Filius. *Joan.* 5.

Fidelis gentiliter non vivat.

CAP. XXXIV. „Fidelem gentiliter vive „non oportere. Apud Hieremiam: *Secundu* „*viam gentilium ne ambulaveritis. Jer.* 10.

CA

CAP. XXXV. „Deum ad hoc patientem esse, „ut nos pœniteat peccati nostri, & reforme„mur. Ad Romanos secundo: *Bonitas Dei in „pœnitentiam te adducit &c.* *Patientia Dei erga peccatores.*

CAP. XXXVI. „Mulierem ornari sæculariter „non debere. 2. Tim. 2. *Sint mulieres vestræ cum „verecundia, & pudicitia componentes se, non in „tortis crinibus, neque auro &c.* *Mulier sæculariter non ornetur.*

CAP. XXXVII. „Fidelem non debere ob „alia delicta, nisi ob nomen solum puniri. „1. *Pet.* 4. *Nec quisquam vestrum tanquam fur, „aut homicida patiatur, aut tanquam maleficus, „aut curas alienas agens, sed tanquam Christianus.* *Fidelis ob Christum solum patiatur.*

CAP. XXXVIII. „Servum Dei innocentem „esse debere, ne incidat in pœnam sæcularem. „In epistola Pauli ad Romanos *c.* 13. *Vis non „timere potestatem? Bonum fac, & habebis lau„dem ex illa.* *Fidelis innocens sit.*

CAP. XXXIX. „Datum nobis esse exemplum „vivendi in Christo. 1. Petri 2. *Christus passus „est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut se„quamini vestigia ejus.* *Christus exemplar nostrum.*

CAP. XL. „Non jactanter, nec tumultuose „operandum. In Evangelio secundum Mat„thæum: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera „tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito. Matth.* 6. *Vana gloria vitanda.*

CAP. XLI. „Inepte, & scurriliter non lo„quendum. In epistola Pauli ad Ephesios: *Scurriliter non loquendum.*

„Stul-

„*Stultiloquium, & scurrilitas, quæ ad rem „pertinent, nec nominentur quidem in vobis. E*ļ

Fidei efficacia. CAP. XLII. „Fidem in totum prodesse „tantum nos posse, quantum credimus „Evangelio secundum Matthæum: *Si hab „tis fidem, quantum granum Sinapis, dicetis* ı „*ti huic, transi hinc illo, & transibit, & „impossibile erit vobis. Matth.* 14.

Fides cito obtinet. CAP. XLIII. „Posse eum statim conse „qui vere crediderit. In Actibus Apostolor „*Ecce aqua, quid est, quod me impedit baptiz „Tunc dixit Philippus: si credis ex toto corde „licet. Act.* 8.

Fideles coram gentili non disceptent. CAP. XLIV. „Fideles inter se discepta „non debere gentilem judicem expe „1. *Cor.* 6.

Spes futurorum est. CAP. XLV. „Spem futurorum esse, & i „fidem nostram circa ea, quæ promissa si „patientem esse debere. In epistola Paul „Romanos: *Spe salvati sumus.* . . . *Si au „quod non videmus, speramus, per patientiam „pectamus.*

Mulier in Ecclesia taceat. CAP. XLVI. „Mulierem in Ecclesia ta „debere. 1. *Cor.* 14. *Mulieres in Ecclesia „ceant.*

Peccata nostra opem Dei impediunt CAP. XLVII. „Delicto, & merito n(„fieri, ut laboremus, nec Dei opem in oı „bus sentiamus. Apud Esaiam: *Peccata v*

„*inter vos, & Deum separant, & propter delicta „vestra avertit faciem a vobis, ne misereatur.* „*Is.* 59.

CAP. XLVIII. „Non fœnerandum. *Deut.* 23. „*Non fœnerabis fratri tuo, usura pecuniæ, & „usura ciborum.* *Non fœnerandum.*

CAP. XLIX. „Inimicos quoque diligendos. „Matth. 5. *Diligite inimicos vestros &c.* *Inimici diligendi.*

CAP. L. „Sacramentum fidei non esse pro„fanandum. Matth. 7. *Ne dederitis sanctum ca„nibus, neque miseritis margaritas vestras ante „porcos &c.* *Sacra non profananda.*

CAP. LI. „Quod nemo in opere suo extolli „debeat. Apud Salomonem Eccli. 10. *Noli te „extollere in faciendo opere tuo.* *Non superbiendum.*

CAP. LII. „Credendi, vel non credendi li„bertatem in arbitrio positam. Deut. 30. *Ecce „dedi ante faciem tuam vitam, & mortem, bo„num, & malum, elige vitam tibi, ut vivas.* *Libertas arbitrii.*

CAP. LIII. „Dei arcana perspici non posse, „& ideo fidem nostram simplicem esse debere. „Eccl. 3. *Altiora te ne quæsieris.* Et Rom. *O al„titudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* *Dei arcana non scrutanda*

CAP. LIV. „Neminem sine sorde, & sine „peccato esse. Job. 14. *Quis enim mundus a „sordibus? Nec unus, etiamsi unius diei sit vita „ejus in terra.* Et 1. Joan. 1. *Si dixerimus, quia „peccatum non habemus, nos ipsos decipimus.* *Nemo sine peccato.*

Hominibus non placendum. CAP. LV. „Non hominibus, ſed Deo placendum. Pſ. 52. Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quia Deus nihil fecit illos. Et „Gal. 1. *Si hominibus placere vellem, Chriſti ſervus non eſſem.*

Deum nil latet. CAP. LVI. „Deum nihil latere ex his, quæ „geruntur. Prov. 15. *In omni loco ſpeculantur „oculi Dei bonos, & malos.*

Emendanda vita. CAP. LVII. „Fidelem emendari, & reſervari. Pſ. 117. *Emendans emendavit me Dominus, & morti non tradidit me.*

De morte non triſtandum. CAP. LVIII. „Neminem contriſtari morte „debere, cum ſit in vivendo labor, & periculum, in moriendo pax, & reſurgendi ſecuritas. 1. Theſſal. 4. *Nolumus autem vos ignorare „fratres de dormientibus, ne contriſtemini &c.* „Item 1. *Cor.* 15.

Idola dæmonia. CAP. LIX. „De idolis, quæ gentiles deos „putant. Pſ. 95. *Omnes dii gentium dæmonia.* „Item *Exod.* 20. *Non facietis vobis deos argenteos, neque aureos.*

Gula vitanda. CAP. LX. „Ciborum nimiam concupiſcentiam non appetendam. Iſ. 22. *Edamus, & „bibamus; cras enim moriemur. Non remittetur „vobis peccatum iſtud, quoaduſque moriamini.* Et „Rom. 14. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus, „ſed juſtitia, & pax &c.*

CAP.

CAP. LXI. „Possidendi concupiscentiam, & „pecuniam non appetendam. Eccli. 14. *Qui* „*diligit argentum, non satiabitur argento.* Item „1. *Tim.* 6. *Radix omnium malorum est cupiditas,* „*quam quidam appetentes naufragaverunt a fide,* „*& inseruerunt se doloribus multis.* *Pecuniæ amor vitandus.*

CAP. LXII. „Matrimonium cum gentilibus „non jungendum. *Tob.* 6. *Uxorem accipe ex* „*semine parentum tuorum, & noli sumere alienam* „*mulierem.* Et 2. Cor. 6. *Nolite conjungi cum* „*infidelibus.* *Matrimonium cum gentilibus noninejungendum.*

CAP. LXIII. Grave delictum esse fornicatio- „nis. Paulus ad Corinthios: *Qui fornicatur in* „*corpus suum, peccat.* *Fornicatio grave delictum.*

CAP. LXIV. „Quæ sunt carnalia, quæ mor- „tem pariant, & quæ spiritualia, quæ ad vi- „tam ducant. Gal. 5. *Manifesta sunt facta car-* „*nis, quæ sunt, adulteria, fornicationes &c. fru-* „*ctus autem spiritus est charitas, gaudium, pax* „*&c.* *Carnalia, & spiritalia facta.*

CAP. LXV. „Omnia delicta in Baptismo de- „poni. 1. *Cor.* 6. *Abluti estis, sanctificati estis* „*in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in spi-* „*ritu Dei nostri.* *Baptismus omnia peccata delet.*

CAP. LXVI. „Disciplinam Dei in ecclesiasti- „cis præceptis observandam. *Prov.* 3. *Fili,* „*ne neglexeris disciplinam Dei.* Item *Sap.* 3. „*Disciplinam qui abjicit, infelix est.* *Disciplina servanda.*

Disciplina contemnitur. CAP. LXVII. „Prædictum, quod disciplinam „sanam aspernaturi essent. 2. *Tim.* 4. *Erit* „*tempus, quando sanam doctrinam non sustinebunt.*

Indisciplinati vitandi. CAP. LXVIII. „Recedendum ab eo, qui in„ordinate, & contra disciplinam vivit. 1. *Thes*„*sal.* 3. *Præcipimus vobis in nomine Jesu Christi,* „*ut discedatis ab omnibus fratribus ambulantibus* „*inordinate, & non secundum traditionem, quam* „*acceperunt a nobis.*

In cruce regnum Dei. CAP. LXIX. „Non in sapientia mundi, nec „in eloquentia esse regnum Dei, sed in fide „crucis, & in virtute conversationis. 1. *Cor.* 1.

Obediendum parentibus. CAP. LXX. „Parentibus obsequendum. *Eph.*3. „*Filii obsequentes estote parentibus vestris &c.*

Patres mites sint in filios. CAP. LXXI. „Patres quoque asperos esse „circa filios non oportere. *Eph.* 3. *Et vos pa*„*rentes nolite in iracundiam mittere filios vestros.*

Servi dominis obediant. CAP. LXXII. „Servos, cum crediderint, „plus dominis carnalibus servire debere. Eph.3. „*Servi obedite dominis carnalibus &c.*

Domini mites sint in servos. CAP. LXXIII. „Item dominos mitiores esse „debere. *Eph.* 3. *Et vos domini eadem facite ad* „*eos, laxantes iracundiam &c.*

Viduæ honorandæ. CAP. LXXIV. „Viduas probatas quasque ho„norandas. 1. *Tim.* 5. *Viduas honora, quæ ve*„*re sunt viduæ.*

CAP.

CAP. LXXV. „Suorum, & maxime fidelium curam plus unumquemque habere debere. I. *Tim.* 5. *Si quis suorum, & maxime domesticorum non agit curam, fidem denegat, & est deterior infideli.* *Domesticorum cura habenda.*

CAP. LXXVI. Majorem natu non temere accusandum. I. *Tim.* 5. *Adversus majorem natu accusationem ne receperis.* *Major natu non accusandus.*

CAP. LXXVII. „Peccantem publice objurgandum. I. *Tim.* 5. *Peccantes coram omnibus corripe, ut & cæteri metum habeant.* *Peccans publice corripiendus.*

CAP. LXXVIII. „Cum hæreticis non loquendum. *Tit.* 3. *Hæreticum hominem post unam correptionem devita &c.* *Cum hæreticis non loquendum.*

CAP. LXXIX. „Innocentiam fidenter petere, & impetrare. I. *Joan.* 3. *Si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad Deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo.* *Innocens facile impetrat.*

CAP. LXXX. „Nihil licere diabolo in hominem, nisi Deus permiserit. Sic in Job Deus prius permisit, & tunc diabolo licuit. *Job.* 2. *Diaboli potestas restricta.*

CAP. LXXXI. „Mercedem mercenario cito reddendam. *Lev.* 19. *Non dormiet merces mercenarii tui apud te usque in mane.* *Merces mercenarii cito reddenda.*

CAP. LXXXII. „Non augurandum. Deut. 18. *Non ominemini, neque auguremini.* *Non augurandum.*

Cirrus in capite non habendus. CAP. LXXXIII. Cirrum in capite non habendum. Lev. 19. *Non facietis circum ex coma „capitis vestri.*

Barba non vellenda. CAP. LXXXIV. „Barbam non vellendam. „*Lev.* 19. *Non corrumpetis effigiem barbæ vestræ.*

Coram Presbytero surgendum. CAP. LXXXV. „Surgendum, cum Episcopus, „vel Presbyter veniat. *Lev.* 19. *A facie senio-„ris exurges, & honorabis personam Presbyteri.*

Schisma vitandum CAP. LXXXVI. „Schisma non faciendum, „etiamsi in una fide, & in eadem traditione „permaneat, qui recedit. *Matth.* 12. *Qui non „est mecum, adversus me est.* Et 1. *Cor.* 1. *Non „sint in vobis schismata; sitis autem compositi in „eodem sensu, & in eadem sententia.*

Fideles prudentes & simplices. CAP. LXXXVII. „Fideles simplices cum pru-„dentia esse debere. *Matth.* 10. *Estote pruden-„tes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*

Frater non circumveniendus. CAP. LXXXVIII. „Fratrem non circumve-„niendum. 1. Theff. 4. *Non circumvenire in ne-„gotio fratrem suum, quia ultor est Deus de his „omnibus.*

Finis mundi subito erit. CAP. LXXXIX. „Subito venire finem mundi, „inquit Apostolus 1. *Theff.* 5. *Dies Domini sicut „fur in nocte, ita veniet.*

Uxor a viro non recedat. CAP. XC. „Uxorem a viro non recedere, „aut si recesserit, innuptam manere, aut re-„conciliari viro, & virum uxorem non dimit-„tere. 1. *Cor.* 7.

CAP.

CAP. XCI. „Tantum unumquemque tentari, „quantum potest sustinere. 1. *Cor.* 10. *Fidelis* „*Deus, qui non patietur vos tentari, super quod* „*potestis &c.* *Tentatio juxta vires.*

CAP. XCII. „Non quidquid licet, esse fa„ciendum. 1. *Cor.* 6. *Omnia licent, sed non* „*omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia* „*ædificant.* *Non omnia expediunt.*

CAP. XCIII. „Prædictum, quod hæreses fu„turæ essent. 1. *Cor.* 11. *Oportet & hæreses* „*esse, ut probati manifesti sint in vobis.* *Hæreses prædictæ.*

CAP. XCIV. Cum timore, & honore Eucha„ristiam accipiendam. 1. *Cor.* 11. *Quicunque* „*ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne,* „*reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* *Ss. Eucharistia cum honore sumenda.*

CAP. XCV. „Bonis convivendum, malos au„tem vitandos. *Prov.* 3. *Ne induxeris impium* „*in habitaculum justorum.* Item *Eccli.* 9. 6. 25. 28. *Bonis convivendum.*

CAP. XCVI. „Factis, non verbis operandum. „1. *Cor.* 4. *Non in sermone est regnum Dei, sed* „*in virtute.* Et *Rom.* 2. *Non auditores legis justi* „*sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* *Factis operandum.*

CAP. XCVII. „Et ad fidem, & ad consecu„tionem properandum. Apud Salomonem in „Ecclesiastico: *Ne tardes converti ad Deum &c.* *Conversio non differenda.*

Catechumenus non peccet.

CAP. XCVIII. „Catechumenum peccare jam „non debere. *Rom.* 3. *Faciamus mala, dum ve„niunt bona, quorum condemnatio justa est.*

Judicium secundum legem.

CAP. XCIX. „Judicium secundum tempora „futurum, vel æquitatis ante legem, vel le„gis post Moysen. *Rom.* 2. *Quotquot sine lege „peccaverunt, sine lege peribunt: & quotquot in „lege peccaverunt, per legem & judicabuntur.*

Spiritualia gratis danda.

CAP. C. „Gratiam Dei gratuitam esse de„bere. *Matth.* 10. *Gratis accepistis, gratis date.*

Spiritus S. in igne apparens.

CAP. CI. „Spiritum sanctum in igne fre„quenter apparuisse *Exod.* 19. in monte Sina. „*Exod.* 3. in flamma ignis. *Act.* 2. in die Pen„tecostes.

Correptio libenter audienda.

CAP. CII. „Correptionem bonos quoque li„benter audire debere. *Prov.* 9. *Qui corripit „impium, odietur ab eo: corripe sapientem, & „diliget te.*

A multiloquio cavendum.

CAP. CIII. „A multiloquentia temperan„dum. *Prov.* 10. *Ex multiloquentia non effugies „peccatum, parcens autem labiis sensatus eris.*

Non mentiendum.

CAP. CIV. Non mentiendum. *Abominatio „est Domino labia mendacia. Prov.* 12.

Delinquentes corrigendi.

CAP. CV. „Frequenter emendandos, qui „delinquunt in domestico ministerio. *Prov.* 13. „*Qui parcit baculo, odit filium.*

CAP.

CAP. CVI. „Injuria accepta patientiam te-„nendam, & ultionem Deo relinquendam. „*Prov.* 19. *Ne dixeris, ulciscar me de inimico* „*meo, sed sustine Dominum, ut tibi auxilio sit.* *Injuria patienter ferenda.*

CAP. CVII. „Non detrahendum. *Prov.* 13. „*Noli diligere detrahere, ne extollaris.* *Non detrahendum.*

CAP. CVIII. „Non esse proximo insidian-„dum. *Prov.* 26. *Qui fodit foveam proximo suo,* „*ipse incidet in eam.* *Proximo non insidiandum.*

CAP. CIX. „Infirmos visitandos. *Eccli.* 7. „*Ne pigriteris visitare infirmum; ex his enim in* „*dilectione firmaberis.* *Infirmi visitandi.*

CAP. CX. „Susurrones maledictos esse. *Ec-*„*cli.* 28. *Susurro, & bilinguis maledictus; multos* „*enim turbabit pacem habentes.* *Susurrones maledicti.*

CAP. CXI. „Sacrificia malorum acceptabilia „non esse apud Deum. *Eccli.* 34. *Dona iniquo-*„*rum non probat Altissimus.* *Sacrificia malorum non accepta.*

CAP. CXII. „Gravius judicari de his, qui in „sæculo plus habuerunt potestatis. *Sap.* 6. „*Judicium durissimum in his, qui præsunt, fiet &c.* *Potentes dure judicantur.*

CAP. CXIII. „Viduam, & pupillos protegi „oportere. *Eccli.* 4. *Esto pupillis misericors ut* „*pater, & pro viro matri illorum, & eris velut* „*filius Altissimi, si obedieris.* *Vidua, & pupilli protegendi.*

In vita pœnitendum. CAP. CXIV. „Dum in carne est quis, e: „mologesin facere debere. *Jer.* 8. *Numq* „*qui cadit, non surget, aut qui avertitur,* „*convertetur?*

Adulatores cavendi. CAP. CXV. „Adulationem pernitiosam e „*Is.* 3. *Qui vos felices dicunt, in errorem vos n* „*tunt, & semitas pedum vestrorum turbant.*

Dilectio qualis. CAP. CXVI. „Plus ab eo diligi Deum, „in Baptismo plura peccata dimittuntur. *Luc* „*Cui plus dimittitur, plus diligit; & cui mi* „*dimittitur, modicum diligit.*

Fortiter contra diabolum pugnandum. CAP. CXVII. „Fortem congressionem e „adversus diabolum, & ideo fortiter nos st „debere, ut possimus vincere. *Eph.* 6. *N* „*est nobis colluctatio adversus carnem, & sang* „*nem, sed adversus potestates &c.*

De Antichristo. CAP. CXVIII. „Item de Antichristo, qu „in hominem veniat. *Is.* 14. *Hic homo,* „*concitat terram, commovet reges, qui ponit* „*bem terræ totum desertum.*

Lex vetus abrogata. CAP. CXIX. „Grave fuisse jugum leg „quod a nobis abjectum est, & leve esse „gum Domini, quod a nobis susceptum „*Matth.* 11. *Venite ad me omnes, qui laborati* „*tollite jugum meum super vos . . . jugum e* „*meum bonum est, & onus meum leve est.*

Orationi insistendum. CAP. XX. „Orationibus insistendum. „*loss.* 4. *Instate orationi, vigilantes in ea.*

CC

CONCILIUM CARTHAGINENSE
DE BAPTIZANDIS HÆRETICIS.

Cum S. Stephanus Papa Acta in Concilio Carthaginensi II. anno 256. celebrato de rebaptizandis hæreticis reprobasset, S. Cyprianus Concilium Provinciale ex Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ Episcopis numero 87. collegit, qui proinde anno 256. Carthagine tertium hoc Concilium Carthaginense celebrarunt, in cujus actis nihil nisi sententiæ horum Episcoporum de nullitate Baptismi ab hæreticis collati continentur, quæ erronea opinio a S. Stephano reprobata fuit.

S. CÆCILII CYPRIANI
LIBER
DE SPECTACULIS.

§. I.
Argumentum.

Sanctus Cyprianus imitatur in hoc opere librum Tertulliani de Spectaculis. Ex quo consequi videtur, hunc librum S. Cypriano merito adscribi; nam & stylus, & phrases quædam idipsum plane convincunt. Scriptum vero esse in suo secessu ex ipso ejus exordio colligi videtur, quare recte sub S. Cypriani nomine a Manucio, & Morelio fuit editus.

§. II.

§. II.

Analysis.

pectacu- i in S. Scriptura rohiben- ur.

1. Sanctus Cyprianus præmissa inprimis testatione afflictionis suæ, quod sibi detur ad plebem suam in Evangelio tem scribendi occasio ob secessum suum; primum adversus illos, qui gentilium pu spectacula auctoritate S. Scripturæ vind nitebantur, & ait: „Quoniam non desur „tiorum assertores blandi, & indulgente „troni, qui præstant vitiis auctoritatem „quod est deterius, censuram Scriptur „cœlestium in advocationem criminum „vertunt, quasi sicut innocens spectaculo „ad remissionem animi appetatur volup „placuit paucis vos non nunc instruere, „instructos admonere, ne, quia male vi „sunt vulnera sanitatis obductæ, perrum „cicatricem. Non pudet, non pudet, inqu „fideles homines christianos superstitione „nas gentilium cum spectaculis mixtas de „pturis cœlestibus vindicare, & auctorit „idololatriæ conferre; nam quando id, „in honore alicujus idoli ab ethnicis agitu „fidelibus christianis spectaculo frequent „& idololatria gentilis asseritur, & in co „meliam Dei religio vera, & divina calc „Pudor me tenet, præscriptiones eorum in „causa, & patrocinia referre. Ubi, inqui „scripta sunt ista? Ubi prohibita? Alio „& auriga est Israel Helias, & ante ar „David ipse saltavit, nabla, æra, tymp „tibias, citharas, choros legimus: Apost

„(

ꝗque dimicans, ceſtus, & colluctationis ſtræ adverſus ſpiritales nequitias proponit tamen. Rurſus de ſtadiis ſumit exempla, onæ quoque collocat præmia. Cur ergo mini chriſtiano fideli non liceat ſpectare, od licuit divinis literis ſcribere? Hoc in o dixerim, longe melius fuiſſe, nullas li- as noſſe, quam ſic literas legere. Verba im, & exempla, quæ ad exhortationem angelicæ virtutis poſita ſunt, ad vitiorum trocinia transferuntur: quoniam non, ut ſtarentur iſta, ſcripta ſunt, ſed ut animis ſtris inſtantia major excitaretur in rebus ofuturis, dum tanta eſt apud ethnicos in ius non profuturis. Nam quod Helias au- a eſt Iſraelis, non patrocinatur ſpectandis cenſibus; in nullo enim is circo cucurrit. quod David in conſpectu Dei choros egit, iil adjuvat in theatro ſedentes chriſtianos eles; nulla enim obſcœnis motibus mem- ı diſtorquens deſaltavit græcæ libidinis fa- lam. Nabla, æra, tibiæ, & citharæ Deum inerunt, non idolum. Non igitur præ- ibetur, ut ſpectentur illicita, diabolo arti- e ex ſanctis in illicita mutata ſunt. Præ- ibat igitur iſtis pudor, etiamſi non poſſunt ıctæ Literæ; quædam enim Scriptura ma- providet in præcipiendo: verecundiam ſa plus interdixit, quia tacuit. Quid Scri- ıra interdixit? Prohibuit enim ſpectari, od prohibuit geri: omnia, inquam, iſta ctaculorum genera damnavit, quando ido- atriam ſuſtulit ludorum omnium matrem, de hæc vanitatis, & levitatis monſtra ve- runt.

2. „Quod

dolola-ria mater -pectacu-orum. p. 414.

2. „Quod enim spectaculum sine idol„Quis ludus sine sacrificio? Quod certam„non consecratum mortuo? Quid inter h„christianus fidelis facit? Si idololatriam „git, quid loquitur? Qui jam sanctus sit, „rebus criminosis voluptatem capit? Caete„sciat, hæc omnia inventa dæmoniorum „non Dei: impudenter in Ecclesia dæm„exorzicat, quorum voluptates in specta„laudat, & cum semel illi renuntians reci„res omnis in Baptismate, dum post Chri„ad diaboli spectaculum vadit, Christo „quam diabolo renuntiat. Idololatria lud„rum omnium mater est, quæ, ut ad se chri„stiani fideles veniant, blanditur illis per ocu„lorum, & aurium voluptatem: Romul„Conso quasi consilii Deo ob rapiendas Sab„nas Circenses primus consecravit. Caeteru„reliqui, dum urbem fames occupasset, ad „advocationem populi acquisiti sunt ludi Scœ„nici, & Cereri, & Libero dicati postmodum „reliquisque idolis, & mortuis. Græca illa „certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel „in vocibus, vel in viribus præsides suos ha„bent varia dæmonia, & si cum origine sua „quæratur, causam præfert aut idolum, aut „dæmonium, aut mortuum. Ita diabolus ar„tifex, quia idololatriam per se nudam sci„bat horreri, spectaculis miscuit, ut per vo„luptatem posset amari. Plura prosequi quid „est necesse, vel sacrificiorum in ludis gener„monstruosa describere? Inter quæ nonnun„quam & homo fit hostia latrocinio Sacerdo„tis, dum cruor etiam de jugulo calidus ex

pectacu-rum rigo.

„ceptu

ceptus patera, dum adhuc fervet, & quasi itienti idolo in faciem jactatus crudeliter ropinatur, & inter voluptates spectantium uorumdam mors erogatur, ut per cruentum ectaculum sævire discatur.

3. „Ergo ut taceam, quidquid latius idololatria probat, quam vana sunt ipsa certamina, lites in coloribus, contentiones in curibus, gaudere, quod equus velocior fuerit, mærere, quod pigrior, annos pecoris computare, consules nosse, ætates discere, prosapiam designare, avos ipsos, atavosque commemorare? Quam hoc totum otiosum negotium? Imo quam turpiter, non otiosum? Hunc, inquam, memoriter totam equini generis sobolem computantem, & sine offensa hunc locum magna velocitate referentem. Partes Christi si perroges, nescit; aut infelicior, si scit. Quem si rursum perrogem, quo ad illud spectaculum itinere pervenerit, confitebitur, per lupanarium, cui ut non objiciam, quod fortasse commisit, vidit tamen, quod committendum non fuit, & oculos ad dololatriæ spectaculum per libidinem duxit, iusus secum Spiritum sanctum in lupanarium lucere, si potuisset, qui festinans ad spectaulum dimissus, & adhuc gerens secum, ut isolet, Eucharistiam inter corpora obscœna neretricum tulit, plus damnationis meritus le spectaculi voluptate. *Spectaculorum vanitas.* p. 415.

4. „Sed ut ad scœnæ jam sales inverecundos transitum faciam, pudet referre, quæ „di- *Spectacula periculosa.*

„dicuntur, pudet etiam accusare, quæ fi
„Agentium strophas, adulterorum fallac
„mulierum impudicitias, scurriles jocos,
„rasitos sordidos, ipsos quoque patresfam
„togatos, modo stupidos, modo obscœnos
„omnibus stolidos certis nominibus invere
„dos. Commune dedecus delectat, & i
„ipsas leges docetur, quidquid legibus in
„dicitur. Quid inter hæc christianus fic
„facit, cui vitia non licet nec cogitare?
„oblectatur simulacris libidinis, ut in ipsi
„posita verecundia audacior fiat ad cri
„discit facere, dum consuescit videre.
„tamen, quas infelicitas in servitutem pr
„tuit, dedecus suum de latebris consolan
„at istud publicum monstrum omnibus
„dentibus geritur. Ita amatur, quidquid
„licet, ut, quæ etiam ætas absconderat, f
„oculorum memoriam reducantur. Non lic
„adesse christianis fidelibus, non licet omni
„nec illis, quos ad oblectamenta aurium
„omnes ubique Græcia instructos suis vanis
„tibus mittit: clangores turba bellicos, al
„imitatur raucos, alter lugubres sonos spir
„tibiam inflante moderatur. Quid loquar
„micas, & inutiles curas? Quid illas mag
„tragicæ vocis insanias? Quid nervos cum
„more missos? Hæc etiamsi non essent simu
„cris dicata, obeunda tamen, & spectar
„non essent christianis fidelibus, quæ, etsi n
„haberent crimen, habent in se & maxima
„& parum congruentem fidelibus vanitate
„Nam illa altera dementia est manifesta otic
„hominibus negotiatio sua, ut vapulet, ictib

„

[illegible]*felix* facies locatur, ut infelicior venter sa-*gine*[illegible]tur. Quam fæda præterea ista luctamina? *Vir* [illegible]ntra virum jacens, & amplexus inhone-*tis* [illegible]exibus implicatur: in tali certamine sta-[illegible] videris, quis vincat) pudor victus est. [illegible] tibi alter nudus salit, alter orbem [illegible]m contentis in aere viribus jactat: hæc [illegible]a est dementiæ, denique remove specta-[illegible]n, reddideris vanitatem.

5 — „Fugienda sunt ista Christianis fidelibus *Spectacula* [illegible] vana, tam perniciosa, tam sacrilega spe- *Christiano* „ctacula; nam cum mens hominis ad vitia ipsa *indigna.* „ducatur, sibi quid faciet, si habuerit exem- *p.* 416. „pla naturæ lubricæ? Quæ sponte corruit, „quid faciet, si fuerit impulsa? Avocandus est „animus ab istis. Habet Christianus spectacula „meliora, si velit: habet veras, & profuturas „voluptates, si se recollegerit: habet istam „mundi pulchritudinem, quam videat, atque „miretur, solis ortum aspiciat, rursus occa-„sum, mutuis vicibus dies, noctesque revo-„cantem; globum lunæ, temporum cursus in-„crementis suis, decrementisque signantem: „astrorum micantium choros, & a summo de „summa mobilitate fulgentes, anni totius per „vices membra divisa, & dies ipsos cum no-„ctibus per horarum spatia digestos, & terræ „molem libratam cum montibus, & proflua „flumina, cum suis fontibus; extensa maria „cum suis fluctibus, atque littoribus: exten-„sum aerem medium tenuitate sua cuncta ve-„getantem, nunc imbres contractis nubibus „profundentem, nunc serenitatem refecta ra-

„ritate revocantem, & in omnibus iftis incolas „proprios, in aere avem, in aquis pifcem, & „in terra hominem. Hæc, & alia opera di„vina fint Chriftianis fidelibus fpectacula, quod „theatrum humanis manibus extructum iftis „operibus poterit comparari? Nunquam hu„mana opera mirabitur, quisquis fe cognove„rit Filium Dei: dejicit fe de culmine genero„fitatis fuæ, qui admirari aliquid poft Deum „poteft. Scripturis, inquam, facris incum„bat Chriftianus fidelis, ibi inveniet condigna „fidei fpectacula. Videbit Deum inftituentem „mundum fuum, & cum cæteris animalibus „hominis illam admirabilem fabricam, melio„remque facientem: fpectabit mundum in de„lictis fuis, jufta naufragia, piorum præmia, „impiorum fupplicia, maria populo ficcata, & „de petra rurfus populo maria porrecta: fpe„ctabit de cœlo defcendentes meffes, non ex „areis: infpiciet flumina tranfitus ficcos re„frænatis aquarum agminibus exhibentia: vi„debit in quibusdam fidem cum igne luctan„tem, religione fuperatas feras: intuebitur & „animas ab ipfa morte revocatas, & in his „omnibus majus videbit fpectaculum, diabo„lum illum, qui totum detriumphaverat mun„dum, fub pedibus Chrifti jacentem. Quam „hoc decorum fpectaculum, quam jucundum, „quam neceffarium? Intueri femper fpem „fuam, & oculos aperire ad falutem fuam. „Hoc eft fpectaculum, quod videtur etiam lu„minibus amiffis; hoc eft fpectaculum, quod „non exhibet Prætor, aut Conful, fed qui eft „folus & ante omnia, & fuper omnia, imo ex

„quo

[q]uo omnia Pater D. N. Jesu Christi, cui laus, [e]t honor in sæcula sæculorum. Amen.

S. CÆCILII CYPRIANI
LIBER
[D]E LAUDE MARTYRII AD MOYSEN, ET MAXIMUM, ET CÆTEROS CONFESSORES.

§. I.
Argumentum.

[T]ria in hoc libro de laude Martyrii S. Cyprianus pertractat, scilicet, quid sit Mar[ty]rium, quantum sit, & cui rei prosit. Porro [S.] Cypriano hunc librum adscribunt Codex [G]emblacensis, Cambronensis, Affliginiensis, [&] Anglicus. Suffragantur Vincentius Bello[va]censis, S. Antoninus, & Trithemius, & epi[st]ola S. Cypriani decima sexta ad Moysen, & [M]aximum, & cæteros Confessores scripta, & [de]nique stilus S. Cypriani elaboratus pro suo [au]ctore loquitur.

§. II.
Analysis.

[S]anctus Cyprianus laudem Martyrii prosecu- *Martyrium quid.* turus inprimis ostendit: „Quid sit Marty[r]ium, scilicet, est delictorum finis, periculi [t]erminus, dux salutis, iter patientiæ, ma- *p. 423.* [g]ister domus vitæ, quo profecto etiam ea oc-

„cidunt, quæ in futuro discrimine potuissent „tormenta reputari. Per hoc & testimonium „nomini redditur, & majestas nominis redam„pliatur, non quod per se ipsa minui possit, „sed quod redundet ad gloriæ cumulum, cum „tantum sibi mens crescat in pugna, quantum „se ille putaverit vincere, per quem Christus „hominem voluerit coronare. Tunc ergo om„ne fidei robur expenditur, tunc crudelitas „comprobatur, cum in sermone vulgi, atque „in opprobrium veneris, cumque te contra il„las populares insanias religiosa mente firma„veris, convincens scilicet, ac repugnans, „quidquid super persona tua in injuriam Christi „profanus sermo jactaverit; quid enim est in „illis aliud, quam sermo vacuus, *oculos habent*, „*& non vident &c. Ps.* 113. Gravatum est cor „insipiens eorum, ne, quando convertantur, „adeo, ut cum illis ad pœnam sua facta suffi„cerent, pœnam ipsam persecutionis agitatæ „crimen oneraret.

[M]artyrii [di]gnitas. 2. „Summa porro est itaque, atque admi„randa dignatio, & quam nec mente conci„pere, nec verbis valeamus implere; quid „enim nobis amplius potuisset larga pietate „largiri, quam ut in se primus ostenderet, „quod in aliis coronaret. Mortalis factus est, „ut immortales esse possemus; & humanæ sor„tis exitum pertulit, per quem reguntur hu„mana, ut nobis videretur præstitisse, quod „passus est, confessionem tribuit, martyria „subjecit. Cujus rei qui digni esse meruerunt, „caruerunt omni hac mundi deterrima labe, „sub-

„subactæ mortis conditionem vicerunt; non „enim eſt dubium, quantum a Domino confe„quantur, qui ſaluti ſuæ nomen Dei prætule„runt, ut in illa judicii die meliores cruor fa„ceret, quos Sanguis ſuus Martyres eſſe mon„ſtraret. Quid tam eximium, atque ſublime „eſt, quam inter tot inſtrumenta carnificum „devotione robuſta cunctam fidei reſervare vir„tutem? Quid tam magnum, atque pulcher„rimum, quam inter tot circumſtantium gla„dios libertatis ſuæ Dominum, ac ſalutis Au„ctorem repetita ſæpius voce profiteri? Et „maxime ſi ante oculos tuos ponas, nihil de„teſtabilius eſſe dedecore, nihil fœdius ſervi„tute, nihil aliud te debere jam petere, nihil „optare, quam eripiendum eſſe cladibus ſæ„culi; quid enim tibi cum hac luce, cui lux „æterna promiſſa eſt, ſane teneat cupiditas iſta „vivendi, ſed quos inexpiabili malo ſæviens „ignis æterna ſcelerum ultione torquebit: tibi „jam & mundus ipſe ſuccumbit, & terra ce„dit, qui morientibus cunctis ad hoc reſerva„tus es, ut Martyr eſſe potuiſſes. Annon quo„tidiana cernimus funera? Ut poſſimus cogno„ſcere, quanta Martyrii habenda ſit dignitas, „ad cujus gloriam nos cogere etiam lues cæ„pit. Sanguini noſtro patet cœlum, ſanguini „gehennæ cedit habitaculum, & inferiorum „omnium gloria pulchrior ſanguinis titulus, „& integrior corona ſignatur; eſt enim profe„cto labor lætus, per quem ſecuritas invenitur. „Igitur toleranda ſunt omnia, nec appeten„dum, quo modico gaudeas tempore, & per„petuo puniaris ardore. Si ſalutem times per-

 „dere,

„dere, fcito, te mori poffe: porro autem con„temnenda tibi mors eft, cui Chriftus occifus „eft. Ante oculos tibi, quæfo, concurrant „dominicæ Paffionis exempla, concurrant ob„lata & præmia, & parata difcrimina. Cœlo „Martyres gaudent, veritatis inimicos ignis „abfumit. Et ut de cæteris taceam, hoc nos „utique magis debet hortari, quod confeffio „vocis unius, Chrifti perpetua confeffione fer„vetur, ficut fcriptum eft: *Qui me confeffus „fuerit in terris coram hominibus, & ego confite„bor eum coram Patre meo, & coram Angelis „ejus. Matth.* 10. Adhuc accedunt ad gloriæ „cumulum ornamenta virtutum; ait enim: „*Fulgebunt jufti &c. Sap.* 3. Magna eft claritas „vitam falutis æternæ honeftate Paffionis or„nare: magna fublimitas ante ora Domini, „afpectumque Chrifti poteftatis humanæ tor„menta contemnere, nec horrere exemplo „Danielis, & trium puerorum, in quibus Rex „potius videbatur punitus effe, dum evadunt, „quos fe crediderat occidere.

...rtyrii ...itas. 425. 3. „Nunc jam ad eam rem veniam, ex qua „oftendere fatis poffum, quanta Martyrii vir„tus habeatur; etenim eft in muneribus mag„nis, fi eo tempore quis coronetur, quo coro„natum fe putat, fi forte moriatur. Igitur „cum fit fublime, excelfumque Martyrium, „nunc magis eft neceffarium, quando mundus „ipfe fubvertitur, partimque orbe concuffo na„tura deficiens ultimi exitus monumenta te„ftatur. Legis fcriptum effe, usque ad qua„drantem nos ultimum reddere: fed hæc pars „ab-

lata Martyribus; etenim qui salutis æternæ piditatibus freti vitæ hujusce desideria virunt, hos expertes doloris universi Domini opitiatio coronat. Atque ut transeam cuna, meminisse debemus, quanta sit gloria, l Christum immaculatum venire, consortem ıssionis existere, perpetuaque cum Domino ternitate regnare, carere exitiis imminentius sæculi, cruentam morborum populantium agem in communi cum cæteris sorte non isceri. Si tibi in his naturæ lubricis malis ısito vitæ promitteretur excessus, nonne nni genere gauderes? Positus ergo inter ma carnificum, ac tela probantium quæonum, quæ sit ista sublimis, ac fortis conıntia, considera, & quanta sit pœna, neıre eo tempore, quo frui sæculo nequeas, ıjus causa negaras. Quamobrem fide firma, evotione robusta contra minas sæculi adver. virtute resistendum, nec timendum, quoım spes æternitatis, & vita cœlestis est: hoc ero, quod equuleo corpus extensum candens stridet ad laminas, non expetendi sanguis, sed tentationis est causa; nam & ipsam lartyrii dignitatem quomodo agnoscere posmus, nisi illam etiam cum damno corporis ostri cogeremur optare?

4. „Quodsi te dignitas ambitiosa deterret, t congesta in thesauris pecuniæ admonet ıagnitudo, quæ semper propositum bonæ ıentis avertit, quæso, repetas verba cœleia: *Qui perdiderit animam suam pro nomine ıeo, recipiet in hoc sæculo centuplum tantum, &*

Honores, & divitiæ a Martyrio non impediant. *p. 426.*

 „in

„*in futuro vitam æternam. Matth.* 10. Qua nihil majus, & nihil utilius computare debemus; ſi enim totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdideris, quid proderit tibi? Vacua ſunt enim univerſa, quæ cernimus; nam quod & de ſæculo capitur, vetuſtate temporis fruſtratur.

Liberorum amor a Martyrio non retrahat.

5. „Ne vero in tormentis patrem frangeret, ſolam veritatem, ſalutemque ſolam inter magnos complectendam eſſe cruciatus, ſuo Chriſtus jure conſtituit, in quo conjux, & liberi, & nepotes, in quo omni viſcerum ſobole relicta uſurpanda victoria eſt; nam & Abraham ſic Deo placuit, qui tentatus a Deo & filio non pepercit, pro quo ignoſci forſitan poſſet, ſi illum dubitaſſet occidere. Armavit manus religioſa devotio, & adhuc pro eo Chriſtus non fuerat occiſus; quid enim carius eo, quam qui nequid invitus hodie ſuſtineres, prius paſſus eſt, quod doceret.

Cui rei Martyrium proſit.

6. „Jam ſupereſt, ut debeamus oſtendere, cui rei Martyrium proſit, atque illud profecto debeamus, quod nos ad hunc gloriæ titulum metus excitet futurorum; etenim quibus magna promiſſa ſunt, magis magna ſunt, quæ metuenda illis eſſe videantur. Ita quippe eſt omnis naturalis hic uſus, neſcire, quid proſit, niſi agnoveris, quod occidit, unde & datur Sanctis omnibus præmium, dum infliguntur injuſtis tormenta factorum. Igitur quæ ſuis promiſerit Dominus, nemini, qui neſciat dubium, ſed nec quantis minetur,

„igna-

iarum. De utrisque breviter exponam. *Inferni*
:viens locus, cui nomen gehenna est, in *pœnæ.*
ipse convolvit, quidquid ardoris emissi edax *p. 427.*
mma cruciarit: hos, quibus recusata vox
mini, & imperia fuere contempta, dispa-
us coercet exitiis: & alios quidem moles
olerabilis curvat, alios per abruptum cli-
si tramitis collem vis sæva præcipitat, &
tenarum stridentium nexum grave pondus
:linat. Sunt, & quos agens strictim rota,
indefessa vertigo, & quos tenaci inter se
nsitate constrictos adhærens corpori corpus
:ludat, ut & absumat incendium, & gra-
t ferrum, & excruciet turba multorum.
ibus autem inquisitus semper fuit Deus
t notus, nunquam excidit Christi locus, *Cœli de-*
i jacet gratia, ubi virentibus campis terra *scriptio.*
xurians alumno se induit gramine. Omnia
c non frigoris, nec ardoris, unius cuncta
it temporis, unius poma feruntur æstatis;
ippe cum nec mensibus suis tunc luna de-
:viat, nec per horarum sol momenta de-
rrat, aut in noctem lux fugata concedat.
ibet populos quies læta, sedes tenet pla-
ia, ubi fons scaturiens medius sinu alvei
orumpentis emergit. Hinc ergo magna
us Martyrum, hinc nobilis corona victo-
m, quibus majora his repromissa sunt, qui-
s auctiora sunt præmia. Quod vero vel
ris corpus objicitur, vel imminens gladius
n timetur, dignationis ostenditur ratio,
anifestatur electio; etenim incongruens fue-
t, ut, quem æquum tanti muneris judi-
sset, inter terrena vitia, sordesque retine-

 „ret.

„ret. Merito enim vobis nihil, o boni M
„tyres! denegatum, quos spes æternitatis al
„merito vobis nihil velle non licitum, quon
„animo despectus hic mundus; sic quip
„triumphantibus victoria de his malis rapit
„quem non popularis extulit magnitudo,
„cœlesti cupiditate flagrantem suo Christus
„didit regno. Nihil itaque tam magnum,
„que venerandum, quam quod liberat mor
„& facit vivere, & dat perpetuo regnare c
„Sanctis. Hoc divitibus aptum, miseris
„cessarium, omnibus gratum; quo lætan
„boni, relevantur abjecti, coronantur ele
„Etenim Deus omnium cultor velut quodd
„Martyrio remedium vitæ dedit, quando a
„pro merito eorum tribuit, aliis pro miseric
„dia sua tradidit. Vidimus quippe ad h
„nominis titulum fide nobiles venisse pler
„que, ut devotionis obsequium mors hone
„ret. Sed & alios frequenter aspeximus int
„ritos stetisse, ut admissa peccata redimen
„cruore suo loti haberentur in sanguine, &
„viviscerent interempti, qui viventes com
„tabantur occisi. Confessioni vocis unius
„versa succumbunt, læta proveniunt, pat
„regna, parantur imperia, devincitur pœ
„mors subigitur, vita profertur, & infesta
„inimici repugnantia arma solvuntur: si d
„ctum est, occidit, si crimen absistit.

Exhorta-o ad Marty-ium. *p. 429.*

7. „Unde quæso vos, hoc vestris menti
„ponderate, tantumque de nostra orati
„percipite, quantum sciatis, vos posse sent
„veniat ante oculos vestros, qui dies ille

„C

m spectante populo contra terrenas cruces,
minas sæculi inconcussa devotio reluctetur.
onsiderate, quid sit, omnes Martyrii firmi-
tem sensibus vestris, animisque proponite;
ce enim in cujuslibet passione vocati jam
idem gaudent acciti e sæculo Martyres,
udent bonorum omnium nuntii, gaudent
riter electi: ibi lætatur milite suo Dominus,
tatur teste nominis sui Christus. Præfera-
r licet bono fidei custodita justitia, melio-
nque se inter omnium laudes virginitas
maculata cognoscat, cedat tamen sanguini,
omittatur cruori, illi elegerunt bonum, hi
itati sunt Christum. Ne quis vero me ar-
retur omnem salutem non alio statu, quam
Martyrio collocasse, hoc primo profecto
piciat, neque me tantum esse, qui loqui
leor, neque ita se habere ordinem rerum,
immortalitatis spes repromissa unius partis
ere nitatur: sed quoniam ita Dominus suo
teftatus est, esse habitacula penes Patrem
ılta, nihil majus credidi ea gloria, qua
obantur hic homines, qui sæculari indigni
ıt vita. Igitur fratres æmula religione cer-
ıtes velut incentivo quodam mercedis agi-
:i omnem tolerantiam subeamus; non enim
overe nos debent caduca, quæ semper in
ersionem suam ipso fine temporis urgentur;
enim qui resurrectionis præmia sustinemus,
i judicii diem quærimus, qui denique cum
ıristo regnaturos nos esse confidimus, sæ-
lo mortui esse debemus, nec poteris optare
ırtyrium, nisi ante oderis sæculum, nec
rvenire ad Dei præmium, nisi amaveris
„Chri-

„Christum, qui autem amat Christum, non „amat sæculum; Christus enim adjectus est „sæculo, sicut & sæculum Christo. Si justus „es, & Deo credis, quid pro eo sanguinem „fundere metuis, quem pro te toties passum „esse cognoscis? Martyrii inæstimabilis gloria, „infinita mensura, immaculata victoria, nobi„lis virtus, inæstimabilis titulus, triumphus „immensus; quippe quo & propria confitentis „laude præfertur velut socio Christi cruore de„coratus. O igitur Beati, & quibus vere di„missa sunt peccata, si tamen, qui Christo „compares estis, aliquando peccastis: o Bea„ti! quos a primordio mundi Domini sangui„infecit, & quos merito splendor iste nivei „amictus induerit, & candor stellæ ambientis „ornarit. Videor mihi jam cernere, ut ille vi„rorum nobilis numerus Christi sui gloriam, „iterque comitetur. Ibit ante ora ejus felix „caterva victorum, & se densantibus turmis „velut solis exortu totum illuminatum agmen „inferet potestatem, & utinam perabjecto mihi „istud videre contingat: sed hoc Dominus po„terit efficere, quod vobis petentibus creditur „non negare.



NO-



NOVATIANI
PRESBYTERI ROMANI
OPERA.

§. I.

De Gestis, & Scriptis Novatiani.

Novatianus in Phrygia sæculo tertio ineunte natus ante susceptam Christi fidem Philosophiam stoicam excoluit; Patria relicta Romam profectus ibidem ægrotans clinicus in lecto baptizatus est, nec tamen postea sanitati restitutus reliqua percepit, quæ secundum Ecclesiæ regulam percipienda sunt, neque ab Episcopo consignatus est. Cum vero non mediocri sacrarum Literarum scientia imbutus esset, Fabiano Papa, vel aliquo alio ejus decessore ad Presbyterii gradum præter Ecclesiæ regulam promotus primo expectationi de se conceptæ optime respondit, postea vero perditæ ambitionis æstu abreptus adversus Cornelium P. Apostolicam cathedram invasit, ac demum in hæresin prolapsus Idololatris omnem pœnitentiæ locum occlusit. Novatianum adhuc Catholicum S. Hieronymus *de vir. illust.* Doctorem, & eloquentissimum virum appellat. Ex plurimis ejus scriptis tria tantum supersunt, inter quæ primum locum obtinet Liber de Trinitate, quem S. Hieronymus Novatiano adscribit, qui contra Noeti hæresin ad imitationem

nem Tertulliani circa annum 250. con eſt, uti Pamelius, & Jakſonus Aliud opus Novatiani eſt Epiſtola de daicis circa annum 251. exarata. Den pereſt Epiſtola Novatiani Cleri Romar ne circa annum 250. ad S. Cyprianum Porro librum de Trinitate & Epiſtolar bis judaicis primus Pariſiis edidit ann Joannes Gagnæus. Deinde anno 1 anno 1562. Baſileæ Gelenius. Item anı Duaci Pamelius, & anno 1580. Parif rentius de la Barre. Atque hactenı Opera Tertulliani Novatianus latuit, tim vero primum prodiit Londini ann curante Wilhelmo Whiſtono: deinde anno 1728. illuſtratus per Eduardum man: deinde Londini anno 1728. ſtudi his Jakſon. Denique Andreas Gallanc Bibliothecæ veterum Patrum Novatian inſeruit, ex qua præſens eorum Analy fecta eſt.

NOVATIANI PRESBYTERI ROM

DE TRINITATE

LIBER.

§. I.

Argumentum.

Liber hic de Trinitate eſt quaſi qu compendium Operis Tertulliani, qu nulli male S. Cypriano tribuunt, no

tullianus librum de Trinitate scripsisset, sed
a quidquid de Trinitate scripsit, ex libris
tulliani desumptum est; unde etiam Ruffi-
i hunc librum Tertulliano' adscripsit, sed
a Novatiano S. Hieronymus vindicavit, in
ille principia valde orthodoxa de Trinitate
uit, & quæ non tantum Spiritus sancti,
& Filii divinitatem adstruunt.

§. II.

Analysis.

CAPUT I.

De Trinitate disputaturus Novatianus ait: „Regula exigit veritatis, ut primo om- m credamus in Deum Patrem, & Domi- n omnipotentem, id est, rerum omnium fectissimum Conditorem, qui cœlum alta limitate suspenderit, terram dejecta mole daverit, maria soluto liquore diffuderit, hæc omnia propriis, & condignis instru- ntis & ornata, & plena digesserit. Nam in solidamento cœli luciferos solis ortus itavit, lunæ candentem globum ad sola- m noctis mensurnis incrementis orbis im- vit, astrorum etiam radios variis fulgori- : micantis lucis accendit, & hæc omnia itimis meatibus circumire totum mundi bitum voluit, humano generi dies, men- , annos, signa, tempora, utilitatesque ura. In terra quoque altissimos montes verticem sustulit, valles in ima dejecit, apos æqualiter stravit, animalium greges *Deus rerum omnium Creator.*

„ad varias hominum servitutes utiliter
„Silvarum quoque robora humanis usi
„futura solidavit, fruges in cibum
„fontium ora reseravit, & lapsuris flu
„infudit: variis item florum coloribus
„luptatem spectantium cuncta vestivit:
„quoque mari multimoda animalia fi
„ne forte fremitus, & cursus aquaru
„dispendio possessoris humani alienu
„paret elementum, fines littoribus
„Post quæ hominem quoque mundo pr
„& quidem ad imaginem Dei factum, c
„tem, & rationem indidit, & prudent
„Deum possit imitari, quem, cum o
„servitutem illi dedisset, solum liber
„voluit, & mandatum posuit, quo tan
„inesse malum in fructu arboris docere
„futurum, si forte ex voluntate hon
„contemptu datæ legis præmoneretu
„& liber esse debuerat, ne incongrue
„imago serviret, & lex addenda, ne u
„contemptum dantis libertas effræna
„rumperet, ut & præmia condigna, c
„ta pœnarum consequenter exciperet,
„mortalitas in ipsum redit, dum ex
„perverso Deus esse festinat, cujus tan
„nam nihilominus indulgenter temp
„dum non tam ipse, quam labores eju
„dicuntur super terram, & spem hom
„turæ in Christo salutis ostendit. Et c
„de ligno arboris vitæ contingat, arcet
„de invidiæ maligno livore descendit,
„vivens in æternum, nisi peccata Chri
„te donasset, circumferret secum in

„sit semper immortale delictum. Quamquam „etiam superioribus partibus Angelos prius in„stituerit. Locus etiam est, in quo piorum „animae, impiorumque ducuntur, futuri judi„cii praejudicia sentientes, ut sic considerata „operum magnitudine tantae molis digne mi„rari possemus artificem.

CAPUT II.

2. „Super quae omnia Deus continens ni„hil extra se vacuum deserit, quandoquidem „ipse universa sinu perfectae magnitudinis, & „potestatis incluserit; hunc enim legimus om„nia continere, & ideo nihil extra ipsum esse „potuisse; quippe cum originem omnino non „habeat, consequenter nec exitum sentiat. „Ob hanc ergo causam semper immensus, „quia nihil illo majus est, semper aeternus, „quia nihil illo antiquius, ideo immortalis, „non deficiens in consummationis exitu. Et „quoniam sine lege est, quidquid sine origine „est, modum temporis excludit, dum se de„bitorem nemini sentit. De hoc ergo, ac de „eis, quae sunt ipsius, & in eo sunt, nec mens „humana, quae sint, quanta sint, & qualia „sint, digne concipere potest, nec eloquentia „sermonis humani aequabilem majestati ejus „virtutem sermonis expromit; major est enim „mente ipsa, nec cogitari possit, quantus sit, „ne, si potuerit cogitari, mente humana mi„nor sit, qua concipi possit. Major est quo„que omni sermone, nec edici possit, ne, si „potuerit edici, humano sermone minor sit;

Deus immensus, æternus, ineffabilis.

„ſive enim illum dixeris lucem, creaturam „ipſius magis, quam ipſum dixeris: ſive illum „dixeris virtutem, potentiam ipſius magis, „quam ipſum dixeris: ſive dixeris Majeſtatem, „honorem illius magis, quam illum ipſum de„ſcripſeris, hoc unum, quid ſit Deus, mente „capiemus, ſi cogitaverimus, id illum eſſe, „quod quale, & quantum ſit, non poſſit in„telligi, nec in ipſam quidem cogitationem „poſſit venire. Eſt enim ſublimitate omni ſub„limior, altitudine omni altior, profundo om„ni profundior, omni luce lucidior, omni pul„chritudine pulchrior &c. Super omne eſt „enim, quod dici poteſt, mens quædam gig„nens, & complens omnia, quæ ſine ullo aut „initio, aut termino temporis cauſas rerum „naturalium nexas ad utilitatem omnium „ſumma, & perfecta ratione moderetur.

CAPUT III.

Deus unus colendus.

3. „Hunc igitur agnoſcimus, & ſcimus „Deum, Conditorem rerum omnium Domi„num propter poteſtatem, & parentem propter „inſtitutionem: *Qui dixit, & facta ſunt omnia.* „*Pſ.* 148. *v.* 5. Qui dicit per Prophetam: *Ego* „*Deus, & non eſt præter me. Iſ.* 45. *v.* 22. Ut „omnes cum ſuis figmentis ethnicos excludat, „& hæreticos, probans Deum non eſſe, qui „manu artificis factus ſit, nec eum, qui inge„nio hæretici fictus ſit. Quique adhuc adjecit „per Prophetam: *Cœlum mihi thronus eſt, terra* „*autem ſcabellum pedum meorum: qualem mihi* „*ædificabitis domum? Iſ.* 66. *v.* 1. Ut oſtendat, „quo-

„quoniam illum multo magis templum non „capit. Quique prætetea ferinos noſtros ani„mos ad lenitatem trahere volens dicit: *Et „ſuper quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper „humilem, & quietum, & trementem verba mea. „Ib. v. 2.* Ut Deum aliquatenus, quantus ſit, „poſſit agnoſcere, dum illum per ſpiritum col„latum diſcit timere. Qui ſimiliter adhuc ma„gis in notitiam noſtri volens pervenire, ad „culturam ſui noſtros excitans animos, ajebat: „*Ego ſum Dominus, qui feci lucem, & creavi te„nebras. Iſ. 45. v. 7.* Ut viciſſitudinum iſtarum, „quibus noctes, diesque moderantur, non na„turam, neſcio, quam putaremus artificem, „ſed Deum agnoſceremus Conditorem, quem, „quoniam obtutu oculorum videre non poſſu„mus, de operum magnitudine, & virtute, „& majeſtate condiſcimus: *Inviſibilia enim ipſius „a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intel„lecta conſpiciuntur. Rom. 1. v. 20.* De quo idem „Apoſtolus: *Regi ſæculorum immortali, & invi„ſibili, ſoli Deo honor, & gloria. 1. Tim. 1. v. 17. „Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt „omnia. Rom. 11. v. 15.* Nam & imperio ejus „omnia, ut ex ipſo ſint; & verbo ejus digeſta, „ut per ipſum ſint, & in judicium ejus reci„dunt univerſa, ut, dum in ipſo expectant „libertatem corruptione depoſita, in ipſum vi„deantur eſſe revocata.

CAPUT IV.

4. „Quem ſolum *bonum* pronuntiat Domi„nus, *Luc. 18. v. 19.* cujus bonitatis totus te- *Deus bonus.*

„ſtis eſt mundus, quem non inſtituiſſet, niſi „bonus fuiſſet; nam ſi omnia bona valde, conſequenter bonum Inſtitutorem probaverunt.
Immutabilis. „Hic item ſemper ſui eſt ſimilis, nec ſe unquam in aliquas formas mutat, ne per immutationem etiam mortalis eſſe videatur: ideo „nec adjectio in illo unquam ullius aut partis, „aut honoris accedit, nequid unquam perfecto „defuiſſe videatur, nec detrimentum in eo „aliquod agitur, ne gradus mortalitatis rece-„ptus eſſe videatur: ſed quod eſt, id ſemper „eſt, & qui eſt, ſemper ipſe eſt, & qualis eſt, „ſemper talis eſt: *Ego*, ait, *ſum Deus, & non „ſum mutatus*. *Malach.* 3. *v.* 6. Quod enim na-„tum non eſt, nec mutari poteſt; ea enim ſola „in converſionem veniunt, quæ gignuntur, „dum quæ aliquando non fuerant, diſcunt eſſe „naſcendo, atque adeo naſcendo converti. At „enim illa, quæ nec nativitatem habent, nec „artificem, excluſerunt a ſe demutationem, „dum in qua converſionis cauſa eſt, non ha-
Unus. „bent originem: ideo & *unus* pronuntiatus eſt, „dum parem non habet; Deus enim ſummum „ſit, neceſſe eſt, ſummum autem quidquid eſt, „ita demum ſummum eſſe oportet, dum extra „comparem eſt, & ideo ſolum, & unum ſit, „neceſſe eſt; quoniam nec duo infinita eſſe „poſſunt, ut rerum dictat ipſa natura: infini-„tum eſt autem, quod nec originem habet om-„nino, nec finem; excludit enim alterius ini-
Dei nomen ineffabile. „tium, quidquid occupaverit totum. Ex quo „effectum eſt, ut nec nomen Dei proprium „poſſit edici, quoniam poſſit nec concipi; id „enim nomine continetur, quidquid etiam

„ex

„ex naturæ suæ conditione comprehenditur; „nomen enim significantia est ejus rei, quæ „comprehendi potuit ex nomine. Proinde me„rito quando nomen suum Deus ex quibusdam „rationibus, & occasionibus adjicit, & præ„fert, non tam legitimam proprietatem appel„lationis sciamus esse depromtam, quam signi„cantiam quamdam constitutam, ad quam „dum homines decurrunt, Dei misericordiam „per ipsam impetrare posse videantur. Est er„go & immortalis, & incorruptibilis, nec de„trimenta sentiens omnino, nec finem; nam „& quia incorruptibilis, ideo immortalis; & „quia immortalis, utique & incorruptibilis. *Immortalis.*

CAPUT V.

5. „Quodsi Dei iracundias legimus, & „odia relata agnoscimus, non tamen hæc in„telligimus ad humanorum relata esse exempla „vitiorum; passiones enim istæ in hominibus „merito esse dicentur, in Deo non merito ju„dicabuntur; corrumpi enim per hæc homo „potest, quia corrumpi potest, corrumpi per „hæc Deus non potest, quia nec corrumpi po„test; nam & quod irascitur Deus, non ex vi„tio ejus venit, sed ad remedium nostrum il„lud facit; indulgens est enim etiam tunc, „cum minatur, dum per hæc homines ad recta „revocantur; nam quibus ad honestam vitam „deest ratio, metus est necessarius, ut, qui „rationem reliquerunt, vel terrore moveantur: „& ideo omnes istæ vel iracundiæ Dei, vel „odia, vel quæcunque sunt hujusmodi, dum *Ira Dei quid.*

„ad medicinam noſtram proferuntur, ex con-
„ſilio, non ex vitio venerunt.

CAPUT VI.

Membra humana quomodo Deo tribuantur.

6. „Et licet Scriptura cœleſtis ad huma-
„nam formam faciem divinam ſæpe convertat,
„nos, qui dicimus, quia lex ſpiritalis eſt, non
„intra hæc corporis noſtri lineamenta modum,
„aut figuram divinæ Majeſtatis includimus,
„ſed ſuis illam interminatæ magnitudinis cam-
„pis ſine ullo fine diffundimus. Efficaciæ igi-
„tur ibi divinæ per membra monſtrantur, non
„habitus Dei, nec corporalia lineamenta po-
„nuntur; nam & cum oculi deſcribuntur, quod
„omnia videat, exprimitur: & quando auris,
„quod omnia audiat, proponitur, & quando
„digitus, ſignificantia quædam voluntatis ape-
„ritur: & cum nares, precum quaſi odorum
„perceptio oſtenditur: & cum manus, quod
„creaturæ ſit omnis auctor probatur: & quan-
„do brachium, quod nulla natura contra ro-
„bur ipſius repugnare poſſit, edicitur: & quan-
„do pedes, quod impleat omnia, nec ſit quid-
„quam, ubi non ſit Deus, explicatur. Cæte-
„rum ipſe totus oculus, quia totus videt: &
„totus auris, quia totus audit: & totus ma-
„nus, quia totus operatur: & totus pes, quia
„totus ubique eſt.

CAPUT VII.

Deus quomodo ſpiritus.

7. „Sed illud, quod dicit Dominus, *Spi-
„ritum Deum* *Joan.* 4. *v.* 14. puto ego, ſic lo-
„cu-

cutum Christum de Patre, ut aliquid adhuc intelligi velit, quam Spiritum Deum, sed quando Spiritus dictus est, non omne id, quod est, dictus est: sed ut, dum mens hominum intelligendo usque ad ipsum proficit Spiritum, conversa jam ipsa in Spiritu aliud quid amplius per Spiritum conjicere Deum esse possit. Id enim, quod est, secundum id, quod est, nec humano sermone edici, nec humanis sensibus colligi potest. Denique si acceperis Spiritum substantiam Dei, creaturam feceris Deum; omnis enim spiritus (*finitus*) creatura est.

CAPUT VIII.

8. „Hunc ergo Deum novit, & veneratur Ecclesia, cui testimonium reddit tam invisibilium, quam etiam visibilium, & semper, & tota natura, quem Angeli adorant, mens humana sentit, qui protoplastis æternæ vitæ mundum quemdam Paradisum in Oriente constituit, Noe de periculis diluvii servavit, Enoch transtulit, in amicitiæ societatem Abraham adlegit, Isaac protexit, Jacob auxit, Moysen ducem populo præfecit, filios Israel e jugo servitutis eripuit, legem scripsit, Prophetas spiritu instruxit, & per hos omnes Filium suum Christum repromisit, & quando daturum se spoponderat, misit, per quem nobis in notitiam venire voluit, & in nos indulgentiæ suæ sinus largos profudit, egenis locupletem spiritum conferendo. Et quia bonus est, Apostolos institutores generis nostri *Deum, & ejus providentiam tota natura probat.*

„in totum orbem mitti per Filium suum ve
„Cujus providentia non tantummodo sing
„tim per homines cucurrit, aut currit,
„etiam per ipsas urbes, quarum exitus
„phetarum vocibus cecinit. Et ne quis
„etiam ad minima quæque Dei putaret ist
„infatigabilem Providentiam pervenire, inq
„Dominus, *capilli capitis vestri omnes numer*
„*sunt. Matth.* 10. *v.* 20.

CAPUT IX.

ristus V. T. omissus. 9. „Eadem regula veritatis docet nos c
„dere post Patrem etiam in Filium Dei Ch
„stum Jesum Dominum Deum nostrum, . I
„Dei Filium, hujus Dei, qui & unus, &
„lus est, Conditor scilicet rerum omniu
„Hunc enim Jesum Christum hujus Dei Filii
„& in veteri Testamento legimus esse rep
„missum, & in novo Testamento animadver
„mus esse exhibitum omnium Sacramentori
„umbras, & figuras de præsentia corpora
„veritatis implentem. Hunc enim Abrahæ
„lium, hunc David, hunc non minus &
„tera prædicta, & Evangelia testantur. Hu
„ipsa Genesis, cum dicit: *Tibi dabo, & sem*
„*tuo. Gen.* 17. *v.* 8. Hunc quando ostendit h
„minem luctatum cum Jacob. *Gen.* 32. *v.*
„Hunc quando dicit: *Non deficiet Princeps*
„*Juda. Gen.* 49. *v.* 10. *sqq.* Hunc Moyses, c
„dicit: *Propheten vobis suscitabit Deus. Deut.*
„*v.* 15. Hunc, quando dicit: *Ecce virgo c*
„*cipiet &c. Is.* 7. *v.* 14. Hunc, quando sa
„tates ab eo futuras collocat dicens: *Ti*

„*a*

...entur oculi cæcorum &c. *Is.* 31. *v.* 5. *seq.*
... quando patientiæ virtutes expromit di-
... : *Non audietur in plateis vox ejus &c.*
... *v.* 2. Hunc, quando ejus Evangelia
...ipsit: *Et disponam vobis testamentum æter-*
... *Is.* 55. 3. Hunc, quando gentes in ipsum
...ituras prophetat: *Gentes, quæ te non no-*
...nt, invocabunt te. v. 4. Hunc, quando
passionem ejus exclamat: *Sicut ovis ad oc-*
...onem ductus est. Is. 53. *v.* 7. Hunc, quan-
... flagrorum ejus ictus, plagasque descripsit;
...vore ejus nos sanati sumus. v. 5. Aut quod
...opulus non erat crediturus. *Is.* 65. *v.* 2. Aut
...uod resurrecturus a mortuis. *Osee* 6. *v.* 3.
...ut quod sessurus ad dexteram Patris.
...*Ps.* 109. *v.* 1. Aut quod Judex omnium osten-
...tur. *Ps.* 71. 1.

CAPUT X.

10. „Neque igitur eum hæreticorum agno-
...imus Christum, qui in imagine fuit, & non
... veritate; nihil enim eorum, quæ gessit,
...erit, dum ex Maria nihil accepit, ne non
...bis venerit, dum non in nostra substantia
...sus apparuit: neque illum, qui ætheream
...luit carnem, ne nullam in illo nostro intel-
...amus salutem, si non etiam nostri corpo-
... cognoscamus soliditatem, nec ullum om-
...o alterum, qui quodvis aliud ex figmento
...ereticorum gesserit corpus fabularum; om-
...s enim istos & nativitas Domini, & mors
...a confutat. Qui, dum in eadem substan-
... corporis, in qua moritur, resuscitatus

Christus verus homo.

„ipsius corporis vulneribus comprobatur, e
„resurrectionis nostræ leges in sua carne 1
„stravit. Quoniam cum caro, & sanguis
„obtinere regnum Dei scribitur, non c
„substantia damnata est, sed sola carnis c
„merito reprehensa est, quæ voluntaria h
„nis temeritate contra legis divinæ jura g
„ta est, quia in Baptismate, & in mortis
„solutione sublata caro ad salutem revert
„dum ad statum innocentiæ deposita crin
„mortalitate revocatur.

CAPUT XI.

Christus ...orus ...eus.

11. „Verum ne ex hoc, quod D. N. Je
„Christum Dei Creatoris Filium in substa
„veri corporis exhibitum adserimus, aliis
„reticis hoc in loco hominem tantum, &
„lum defendentibus loquendi materiam c
„modasse videamur, non sic de substantia
„poris ipsius exprimimus, ut solum tan
„hominem illum esse dicamus, sed ut di
„tate sermonis in ipsa concretione perm
„etiam Deum illum secundum scripturas
„neamus; est enim periculum grande, Sa
„torem generis humani hominem tantumm
„dicere, & auctoritatem illi divinam abneg
„hæc enim contumelia hæreticorum ad ip
„quoque Deum Patrem redundabit, si I
„Pater Filium Deum generare non potuit:
„quoniam hæretici in Christo alterum vid
„alterum non vident, eripietur nobis il
„quod non vident, per illud, quod vid
„quasi hominis enim in illo fragilitatem c

erint, quasi Dei virtutes non computant, uando si probatio hæc ex infirmitatibus hristi illuc proficit, ut homo ex infirmitatius comprebetur, probatio Divinitatis in illo ollecta ex virtutibus illuc proficiet, ut etiam eus ex operibus adferatur. Non est ergo in nam partem inclinandum, & ab alia parte igiendum, quoniam nec tenebit perfectam eritatem, quisquis aliquam veritatis excluerit portionem; tam enim Scriptura etiam eum annuntiat Christum, quam etiam hoinem ipsum annuntiat Deum. Qui legunt go hominis Filium hominem Christum Jem, legant & eumdem hunc Deum, & Dei lium nuncupatum; nam quomodo est qua omo ex Abraham, sicut est etiam qua Deus nte ipsum Abraham; & quomodo qua homo, lius David, ita Dominus David qua Deus uncupatus est. *Ps.* 109. *v.* 1. Et quomodo ost mundum qua homo nascitur, sic ante undum qua Deus fuisse perhibetur. *Joan.* 17. 5. Ex quo, quoniam utrumque in Christo gitur, utrumque credatur, ut fides ita deum vera sit, si & perfecta fuerit.

CAPUT XII.

12. „Cur ergo dubitemus dicere, quod criptura non dubitat exprimere. Ecce enim ee Prophetes ait ex persona Patris: *Salvaeos in Domino Deo ipsorum*, *Osee* 1. *v.* 7. Si eus salvare se dicit in Deo, non autem salvat si in Christo Deus, cur ergo homo dubitet, ristum Deum dicere, quem Deo a Patre „ani- *Divinitas Christi in V. T. probatur.*

„animadvertit positum per Scripturas esse; in
„si non salvat nisi in Deo Pater Deus, salva
„non poterit a Deo Patre quisquam, nisi co
„fessus fuerit Christum Deum, in quo se,
„per quem se repromittit Pater salutem da
„rm; Esaias item de Christo dicit: *Vocab*
„*nomen ejus Emmanuel, quod interpretatum*
„*nobiscum Deus. Is.* 7. *v.* 14. Deus ergo, q
„nobiscum est Christus *Matth.* 28. *v.* 20. no
„cum Deus dictus est. Item Prophetes: *E*
„*Deus judicium retribuet, ipse veniet, & salva*
„*nos, tunc aperientur oculi cæcorum &c. Is.* 3
„*v.* 3. *sqq.* Si in adventu Dei dicit Prophet
„hæc futura signa, quæ facta sunt, aut D
„Filium agnoscant Christum, a quo hæc sa
„tatum signa facta sunt, aut Divinitatis Ch
„sti veritate superati, in alteram hæresin ru
„tes, Christum, dum Filium Dei, & Deu
„confiteri nolunt, Patrem illum esse confitea
„tur; vocibus enim Prophetarum inclusi ja
„Christum Deum negare non possunt. Ite
„per Abacuc Prophetam ait: *Deus ab Afri*
„*veniet, & Sanctus de monte opaco, & conde*
„*Hab.* 3. *v.* 3. Si igitur in Bethlehem, cu
„metaturæ regio ad meridianam respicit pl
„gam cœli, Christus nascitur, qui per Scr
„pturas & Deus dicitur, merito Deus hic
„Africo venire describitur, quia a Bethlehe
„venturus esse prævidebatur.

CAPUT XIII.

Divinitas Christi ex V. T. pro- atur.

13. „Ac sic & Joannes nativitatem Chr
„describens, *Verbum*, inquit, *caro factum*
„*& habitavit in nobis &c. Joan.* 1. *v.* 14. N

vocatur nomen ejus Verbum Dei. Apoc. 19.
13. Nec immerito; *per ipsum enim omnia*
la sunt &c. Joan. 1. *v.* 3. *Verbum* autem
erat in principio apud Deum, & Deus erat
rbum. Quis igitur dubitet, cum in extre-
parte dicitur: *Verbum caro factum est &c.*
ristum, quia caro factus est, esse homi-
m, & quia Verbum Dei, Deum incunctan-
edicere esse, præsertim cum animadver-
, Scripturam evangelicam utramque istam
ftantiam in unam nativitatis Christi fœde-
e concordiam. Deinde cum mundus post
m institutus refertur, per ipsum creatus
reperitur, quo ipso Divinitatis in ipso,
quem factus est mundus, & claritas, &
oritas comprobatur. Quodsi item nullius
nisi Dei, cordis nosse secreta, Christus
eta conspicit cordis. *Matth.* 9. *v.* 4. Quodsi
nullius sit, nisi Dei, peccata dimittere,
istus peccata dimittit. *Marc.* 2. *v.* 5. Quodsi
nullius sit hominis de cœlo venire, de
o veniendo descendit. *Jo.* 3. *v.* 13. Quodsi
nullius hominis hæc vox esse possit: *Ego*
Pater unum sumus. Joan. 10. *v.* 30. Hanc
em de conscientia Divinitatis Christus so-
edicit. Quodsi postremo omnibus proba-
ibus Divinitatis Christi, & rebus instru-
Apostolus Thomas respondens Christo,
inus meus, & Deus meus dicit. Joan. 20.
3. Quodsi & Apostolus Paulus de Christo
it: *Qui est super omnia Deus benedictus in*
la. Rom. 9. *v.* 5. Merito Deus est Chri-
. Cum ergo manifestum sit, omnia esse
per Christum, aut ante omnia est, &
„me-

„merito Deus est, aut quia homo est.
„omnia est, & merito per ipsum nihil f
„est. Sed nihil per ipsum factum esse no
„sumus dicere, cum omnia per ipsum
„esse scriptum sit, non ergo post omnia e
„est, non homo tantum est, qui post omni
„sed & Deus, quoniam Deus ante omnia

CAPUT XIV.

Divinitas Christi ulterius probatur.

14. „Rursus si homo tantummodo Chr
„quomodo veniens in hunc mundum in su
„nit, cum homo nullum fecerit mund
„Quomodo mundus per ipsum factus est,
„non per hominem mundus, sed post mur
„homo institutus referatur? Si homo tan
„modo Christus, quomodo non ex semine
„tum David Christus, sed Verbum caro fa
„est. Si homo tantummodo Christus, qu
„do de cœlo venit, cum constet, homi
„de cœlo, quia ibi nasci non possit, v
„non posse? Si homo tantummodo Chri
„quomodo adest ubique invocatus, cum
„hominis natura non sit, sed Dei? Si h
„tantummodo Christus, quomodo in orat
„bus mediator invocatur, cum invocatio
„minis ad præstandam salutem inefficax
„cetur? Si homo tantummodo Christus,
„spes in illum ponitur, cum spes in ho
„maledicta referatur. *Jer.* 17. *v.* 5. Si h
„tantummodo Christus, cur non licet C
„stum sine exitio animæ negare? Si homo
„tummodo Christus, quomodo Joannes
„tista testatur: *Qui post me venit, ante me f*
„*est, quia prior me fuit? Joan.* 1. *v.* 15. (

„

odo *quæ Pater facit, & Filius facit similiter*, oan. 5. *v.* 19. Quomodo *sicut Pater in se vi-m habet, ita dedit Filio vitam habere in semet-ipso*. *Joan*. 5. *v*. 26. Cum exemplo Patris Dei homo in se vitam habere non possit, cum non in æternitate sit gloriosus? Quomodo re-fert: *Ego sum panis vitæ æternæ, qui de cælo descendi*. *Joan*. 6. *v*. 51. Cum homo hoc esse non possit? Quomodo dicit: *Quia Patrem Deum nemo vidit unquam, nisi qui est a Deo, hic vidit Deum*. *v*. 46. Cur dicit: *Quid, si vi-deritis Filium hominis ascendentem illuc, ubi ante erat*. *v*. 63. Ascendit autem in cœlum, ibi ergo fuit: descendit autem Dei Verbum, quod ibi fuit, Verbum, inquam, Dei, & Deus, per quem facta sunt omnia.

CAPUT XV.

15. „Si homo tantummodo Christus, quo-modo dicit: *Ego ex Deo prodii, & veni*. *Joan*. 8. *v*. 42. Ex Deo autem homo quomo-do non processit, sic Dei Verbum processit, de quo dictum est: *Eructavit cor meum Ver-bum bonum*. Si homo tantummodo Christus, quomodo ait: *Si quis verbum meum servaverit, mortem non videbit in æternum*. *Joan*. 8. *v*. 51. Mortem in æternum non videre quid aliud, quam immortalitas est, quæ Divinitati socia est. Quodsi non potest exhibere, ut im-mortalem alterum faciat, ipse mortalis, hoc autem Christi verbum exhibet, non utique homo tantum est. Si homo tantummodo Christus, quomodo inquit: *Ante Abraham ego sum*. *Probatur ulterius*.

„*sum*. *v*. 58. scilicet non qua homo, sed
„Deus est. Item quomodo ait: *Ego*, *& I*
„*unum sumus*. *Joan*. 10. *v*. 30. si non & I
„est, & Filius. Quod cum blasphemum
„didissent Judæi, eos refutavit Christus, o
„dens; nam quia sine dubitatione, ad
„verba Dei facta sunt, multo magis hic D
„qui melior omnibus illis invenitur.

CAPUT XVI.

robatur *lterius*. 16. „Si homo tantummodo Christus,
„modo Paracletum ait: *De suo esse sumptur*
„*quæ nuntiaturus sit*. *Joan*. 16. *v*. 14. Ne
„enim Paracletus ab homine quidquam a
„pit, sed homini scientiam Paracletus porri
„Sed si a Christo accepit, quæ nuntiet, m
„ergo jam Paracleto Christus est (*scilicet m*
„*ritate originis*), quoniam nec Paracletu
„Christo acciperet, nisi minor Christo es
„minor autem Christo Paracletus Chris
„etiam Deum esse hoc ipso probat, a quo
„cepit, quæ nuntiet. Si homo tantumm
„Christus, quare credendi nobis talem re
„lam posuit: *Hæc est autem vita æterna*, *ut sc*
„*te unum*, *& verum Deum*, *& quem misisti*
„*sum Christum*. *Joan*. 17. *v*. 3. Qui se nec
„quam Patri junxisset, nisi Deus quoque in
„ligi vellet. Si homo tantummodo Chris
„quomodo dicit: *Et nunc honorifica me glo*
„*quam habebam ante te*, *priusquam mundus*
„*v*. 5. Si antequam mundus esset, gloriam
„buit apud Deum, ante mundum fuit: sed
„mo gloriam ante mundi institutionem hal

„

„non potuit, Christus autem habuit, ante „mundum igitur fuit, & consequenter Deus „est. Nec prædestinatio ista dicatur, quoniam „nec posita fuit, & si in prædestinatione dicetur gloriosus, & ante mundi constitutionem, „prædestinationem istam in gloriam novissimus „Christus accepit; ante enim prædestinatus „Adam esse cerneretur, & Abel, & Enoch &c. „& hoc pacto minor cæteris hominibus Chri„stus esse deprehenditur, qui melior, & major, „& antiquior ipsis quoque Angelis invenitur.

CAPUT XVII.

17. „Moyses hanc eamdem veritatis regu„lam exequitur; cum enim introducit præci„pientem Deum, ut lux, & reliqua fiant, non „alium ostendit tunc adfuisse Deo, nisi eum, „per quem facta sunt omnia: ac si hic Verbum „Dei est, ostendit, in principio Verbum fuisse, „& Verbum hoc apud Patrem fuisse, Deum „præterea Verbum fuisse, & omnia per ipsum „facta esse. Sed enim hoc Verbum caro fa„ctum est, Christus scilicet, quem proinde me„rito Deum, & hominem credimus, & tene„mus. Rursus si Moyses introducit dicentem „Deum: *Faciamus hominem ad imaginem, & si„militudinem nostram. Gen.* 1. *v.* 26. Si Dei Fi„lius est, per quem omnia facta sunt, utique „Dei Filius est, per quem etiam homo institu„tus est. Sed Deus hominem ad imaginem „Dei fecit: Deus est ergo, qui fecit hominem „ad imaginem Dei, Deus ergo Christus est. „Præterea quodsi idem Moyses ubique intro-

Idem ex Moyse probatur.

„ducit Deum Patrem immensum descendentem
„ad turrim, quam ædificabant filii hominum,
„& dicentem: *Descendamus, & confundamus il-*
„*lic ipsorum linguas. Gen.* 11. *v.* 7. Quem vo-
„lunt hic Deum descendisse? Deum Patrem?
„Ergo jam loco clauditur: aut numquid An-
„gelum? Sed enim in Deuteronomio ponitur:
„*Statuit fines gentium juxta numerum Angelorum*
„*Dei. Deut.* 32. *v.* 8. Neque ergo Pater descen-
„dit, neque Angelus: superest, ut ille descen-
„derit, de quo Apostolus Paulus: *Qui descen-*
„*dit, ipse est, qui ascendit super omnes cælos.*
„*Eph.* 4. *v.* 10. Hoc est Dei Filius, Dei Ver-
„bum: Verbum autem Dei caro factum est,
„hic erit Christus: Deus ergo pronuntiabitur
„Christus.

CAPUT XVIII.

Filius Dei veteribus apparuit.

18. „Ecce idem Moyses refert alio in loco,
„quod *Abrahæ visus sit Deus. Gen.* 12. *v.* 7. At-
„quin idem Moyses audit a Deo, quod nemo
„hominum Deum videat, & vivat. *Exod.* 33.
„*v.* 20. Si videri non potest Deus, non Pater
„visus est, qui nunquam visus est, sed Filius,
„qui & descendere solitus est, & videri, quia
„descenderit; imago est enim invisibilis Dei,
„ut fragilitas conditionis humanæ Deum Pa-
„trem aliquando videre jam tunc adsuesceret
„in imagine Dei, hoc est, in Filio Dei, qui
„Dei Verbum & Deus est. Rursus Angelum
„Agar apparentem *Gen.* 16. *v.* 7. & Dominum
„Scriptura proponit, & Deum; nam nec be-
„nedictionem seminis promisisset, nisi Angelus,

„&

„& Deus fuiſſet: certe ſi hic locus neque per-
„ſonæ Patris congruit, ne Angelus dictus ſit,
„neque Perſonæ Angeli, ne Deus pronuntia-
„tus ſit; perſonæ autem Chriſti convenit, ut
„& Deus ſit, quia Dei Filius eſt, & Angelus
„ſit, quoniam paternæ diſpoſitionis annuntia-
„tor eſt, intelligere debent, contra Scripturas
„ſe agere hæretici, qui Chriſtum, cum dicant
„ſe Angelum credere, nolint illum etiam
„Deum pronuntiare, quem in veteri Teſtamen-
„to ad viſitationem generis humani legunt ſæ-
„pe veniſſe. Adjecit Moyſes Abrahæ viſum
„Deum apud quercum Mambre, *Gen.* 17. *v.* 1.
„ubi, cum tres conſpexiſſet viros, unum ex
„illis Dominum nuncupavit. Quo in loco ſi
„Patrem volunt videri, tunc fuiſſe cum Ange-
„lis duobus hoſpitio receptum, Patrem viſibi-
„lem hæretici crediderunt: ſi autem Angelum,
„cur unus Angelus Deus dicitur? Niſi quo-
„niam nonniſi Dei Filius, qui & Deus eſt,
„Abrahæ viſus, & hoſpitio receptus eſſe cre-
„detur; quod enim erat futurus, meditabatur
„in Sacramento Abrahæ factus hoſpes apud
„Abrahæ filios futurus, cujus filiorum pedes
„etiam abluit, reddens in filios jus hoſpitali-
„tatis, quod illi fœneraverat aliquando pater.
„Unde & in Sodomorum exitu ponitur: *Pluit*
„*Dominus ſuper Sodomam, & Gomorrham ignem,*
„*& ſulphur a Domino de cœlo. Gen.* 19. *v.* 24.
„Hic autem Dominus, a quo pluit Dominus
„ignem, Deus eſt hoſpes Abrahæ, & Verbum
„Dei, quod caro factum eſt, hic autem Chri-
„ſtus eſt, qui non aliter Abrahæ viſus eſt, niſi
„quia ante ipſum Abraham ex Patre Deo Deus

„sermo generatus est. Adhuc idem Angelus „& Deus eamdem Agar fugatam de domo „Abrahæ cum puero consolatur, & visitat: „*Et audivit*, inquit Scriptura, *Deus vocem pueri*, *de loco ubi erat*, *Gen.* 21. *v.* 17. *& vocavit* „*Angelus Domini ipsam Agar de cælo* . . . *sume* „*puerum*; *in gentem enim magnam faciam eum*: „quod cum genus potentiæ Dei sit, Angeli esse „non potest. Quod etiam exinde comprobatur, quia adjicitur per Scripturam statim: „*Aperuit Deus oculos ejus.* Et: *Erat Deus cum* „*puero.* Non alius ergo esse intelligitur, quam „Angelus esse, pariter & Deus: quod cum „Patri conveniens esse non possit, qui tantummodo Deus est, competens autem esse possit „Christo, qui non tantummodo Deus, sed & „Angelus pronuntiatus est, manifeste apparet, „non Patrem ibi tunc locutum fuisse ad Agar, „sed Christum potius, cum Deus sit, cui etiam „Angeli competit nomen; quippe cum *magni* „*consilii Angelus* factus sit. *Is.* 9. *v.* 6.

CAPUT XIX.

ius Dei *cob* *paruit.*

19. „Similiter cum Jacob in terram propriam reverti cuperet, refert sibi Angelum „Dei per somnium dixisse: *Ego sum Deus*, *qui* „*visus sum tibi in loco Dei &c.* *Gen.* 31. *v.* 11. *sqq.* „Ubi non tantummodo hunc Angelum, sed & „Deum positum conspicimus in loco Dei, non „vero in loco Angeli: si ergo nullius alterius „Angeli potest hic accipi tanta auctoritas, ut „Deum se quoque esse fateatur, nisi tantummodo Christi, cui, non quia Angelo tantum, „sed

„ſed quia Deo votum voveri poteſt, manife„ſtum eſt, non Patrem accipi poſſe, ſed Fi„lium Deum, & Angelum, qui Chriſtus eſt: „quem eadem Scriptura divina & hominem „ponit, & Deum, exprimens, quod erat fu„turus; *luctabatur* enim *homo cum Jacob usque in* „*mane &c. Gen.* 32. *v.* 24. *ſqq.* Sed enim hic „homo, quo cum Jacob luctatus eſt, *Iſrael*, „inquit, *erit nomen tuum:* ac ſi Iſrael eſt homo „videns Deum, eleganter oſtendebat Dominus, „quod non tantum homo eſſet, ſed & Deus. „Et ut nulla adhuc poſſet eſſe dubitatio, inter„pretationem ipſe poſuit, dicendo: *Quia inva*„*luiſti cum Deo, & cum hominibus potens es.* Ob „quam cauſam Jacob nomen loci illius, in quo „colluctatus eſt, vocavit *viſionem Dei; vidi* „*enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & ſalva* „*facta eſt anima mea:* vidit autem Deum, cum „quo colluctatus eſt quaſi cum homine, ſed & „hominem quidem quaſi victor tenuit, bene„dictionem autem quaſi a Deo, ut inferior po„ſtulavit: ac ſic colluctatio hæc ibi quidem „præfigurata eſt, in Evangelio autem inter „Chriſtum, & populum Jacob perfecta eſt, in „qua, quamvis populus ſuperior inventus ſit, „minor repertus eſt, dum nocens comprobatus „eſt. Et tamen etiam poſt hæc æque non ceſ„ſat eadem Scriptura divina Angelum Deum „dicere, & Deum Angelum pronuntiare; nam „cum Manaſſen, atque Ephrem filios Joſeph „benedicturus eſſet hic ipſe Jacob transverſis „ſuper capita puerorum manibus collocatis, „*Deus*, inquit, . . . *Angelus*, *qui liberavit me* „*ex omnibus malis, benedicat pueros hos. Gen.* 49.

„*v*. 14. Ubi unius personæ singularem nume-
„rum posuit, ex quo eumdem Deum, atque
„Angelum intelligi voluit, ubi Deus, & An-
„gelus nonnisi Christus accipi potest; ex quo
„manus ponere figuram futuræ passionis suæ
„ostendit.

CAPUT XX.

[F]ius Dei [An]gelus [voc]atur.

20. „At si aliquis hæreticus voluerit in
„his omnibus exemplis proprie Angelum in-
„telligere, etiam viribus veritatis frangatur,
„necesse est; nam si etiam ipsi Angeli dicuntur
„dii juxta illud: *Stetit Deus in Synagoga deo-*
„*rum. Ps.* 81. *v.* 1. Multo magis utique hic
„Deus habebitur, qui non tantum Deus in Sy-
„nagoga deorum stetisse dicitur, sed etiam deos
„discernens, & dijudicans. Quæ item ratio
„est, ut, cum legant hoc etiam nomen Moysi
„datum, dum dicitur: *Deum te posui Pharaoni,*
„*Exod.* 7. *v.* 1. Christo negetur, qui non Pha-
„raoni Deus, sed universæ creaturæ & Domi-
„nus, & Deus constitutus esse reperitur? Et
„in illo quidem hoc nomen datum temperate;
„in hoc profuse: *Non enim ad mensuram dat Fi-*
„*lio Pater, Joan.* 3. *v.* 34. in illo ad tempus,
„in hoc sine tempore; divini enim nominis po-
„testatem & super omnia, & in omne tempus
„accepit. Quodsi qui unius hominis accepit
„potestatem, nomen Dei consequitur, quanto
„magis, qui in ipsum quoque Moysen habet
„potestatem, nominis illius auctoritatem con-
„secutus esse credetur?

CA-

CAPUT XXI.

21. „Divinitas Christi ulterius probatur ex „illo, quod in Evangelio Dominus ad significantiam suæ Majestatis expressit, dicendo: „*Solvite templum hoc, & ego in triduo suscitabo „illud. Joan.* 2. *v.* 19. Aut quando in alio lo„co pronuntiat: *Potestatem habeo, animam meam „ponendi, & rursus recipere eam. Joan.* 10. *v.* 18. „quod nullus nisi Christus Deus dicere potuit. „Quodsi & *primogenitus omnis creaturæ* ab Apo„stolo dictus sit. *Coloss.* 1. *v.* 15. Quomodo „omnis creaturæ primogenitus esse potuit, nisi „quoniam secundum Divinitatem ante omnem „creaturam ex Patre Deo sermo processit? „Porro si tantummodo ante omnem creaturam „est, homo in illo subtractus est: si autem tan„tummodo homo est, divinitas, quæ ante om„nem creaturam est, intercepta est. Utrum„que ergo in Christo confœderatum est, & me„rito, dum est in illo aliquid, quod superat „creaturam, pignorata in illo Divinitatis, & „humanitatis videtur esse concordia: propter „quam causam, qui *mediator Dei, & hominum* „effectus exprimitur, 1. *Tim.* 2. *v.* 5. in se Deum „& hominem sociasse reperitur. Ac si idem „Apostolus de Christo refert, ut *excutus carnem „potestates dehonestavit palam triumphatis illis in „semetipso. Coloss.* 2. *v.* 15. Quis est ille exutus, „& rursus indutus, nisi sermo Dei indutus car„nis substantiam, & rursus exutus eadem cor„poris materia, quam rursus in resurrectione „suscepit? Ac propterea consequenter sermo „Dei fuit, qui modo indutus, modo exutus

Divinitas Christi ulterius probatur

Duæ naturæ in Christo.

„esse reperitur; hoc enim etiam in benedictio-
„nibus ante prædixit: *Lavabit stolam suam in*
„*vino, & in sanguine uvæ amictum suum. Gen.*40.
„*v.* 11. Nobis autem manifestum est, carnem
„stolam, & corpus amictum Verbi fuisse, qui-
„que sanguine, id est, vino lavit substantiam
„corporis, & materiam carnis abluit ex parte
„suscepti hominis passione. Unde ex ea sub-
„stantia, quæ recepta est, ut lavaretur, homo
„exprimitur, sicut ex Verbi auctoritate, qui
„lavit, Deus esse monstratur.

CAPUT XXII.

22. „Denique Apostolus ad Philip. 2. v. 6.
„sqq. ait de Christo: *Qui cum in forma Dei esset.*
„Si homo tantummodo Christus, in *imagine*
„*Dei*, non *in forma Dei* relatus fuisset; homi-
„nem enim scimus ad imaginem, non ad for-
„mam Dei factum, sed nec in Angelis formam
„Dei legimus, solus Dei Filius, Verbum Dei
„in forma est Dei Patris: & merito in forma
„pronuntiatus est Dei, dum & ipse super om-
„nia, & omnis creaturæ divinam obtinens po-
„testatem, & Deus est exemplo Patris; hoc
„ipsum a Patre proprio consecutus, ut omnium
„& esset Deus, & Dominus esset, & Deus ad
„formam Dei Patris ex ipso genitus. Hic er-
„go *non est rapinam arbitratus æqualem se Deo*
„*esse;* nunquam enim se Deo Patri comparavit,
„memor se esse ex suo Patre, & hoc ipsum,
„quod est, habere se, quia Pater dedisset. In-
„de denique & ante carnis assumptionem, &
„post assumptionem corporis, post ipsam præ-
„te-

ea resurrectionem omnem Patri in omnibus
ədientiam præstitit, pariter ac præstat,
am ut *formam servi susciperet*, contentus
t, hoc est, hominem illum fieri, quo tem-
re *se* etiam *exinanivit*, dum ad injurias,
atumeliasque descendit, dum audit infan-
, experitur indigna; cujus tamen humili-
is adest statim egregius fructus; *accepit enim*
men, quod est super omne nomen, quod uti-
e non aliud intelligimus esse, quam nomen
i: quod nomen est ejus utique consequen-
, qui, cum in forma Dei esset, non rapi-
m arbitratus est, æqualem se Deo esse; ne-
e enim si non & Deus esset Christus, omne
in nomine ejus genuflecteret, cœlestium,
rrestrium, & infernorum. Consequenter
n ex illo tantum homo est, quia obediens
tri factus est usque ad mortem, mortem
tem crucis, sed ex his etiam rebus supe-
oribus divinitatem Christi sonantibus Domi-
us Christus Jesus, & Deus, quod hæretici
lunt, esse monstratur.

CAPUT XXIII.

23. „Hoc in loco licebit mihi argumenta *Hæresis circa Filium Dei.*
iam ex aliorum hæreticorum parte conqui-
re. Nam usque adeo manifestum est,
ıristum in Scripturis esse Deum tradi, ut
erique hæreticorum Divinitatis ipsius mag-
tudine, & veritate commoti ausi sint, non
lium, sed ipsum Deum Patrem putare.
ıod etsi contra Scripturarum veritatem est,
men Divinitatis Christi argumentum grande

„est. Alii quoque hæretici usque adeo Chr
„manifestam amplexati sunt Divinitatem,
„dixerint, illum fuisse sine carne, & tot
„illi susceptum detraxerint hominem, ne
„coquerent in illo divini nominis potestat
„si humanam illi sociassent nativitatem, c
„tamen ratio, & temperamentum Scriptu
„rum cœlestium Christum ostendant Deu
„sed qua Filium Dei, & adsumpto a Deo et
„Filio hominis credendum & hominem: q
„niam si ad hominem veniebat, ut media
„Dei, & hominum esse deberet, oportebat
„lum cum eo esse, & Verbum carnem fi
„ut in semetipso concordiam confibularet
„renorum pariter, atque cœlestium. Hoc
„tissimum, atque reconditum Sacrament
„ad salutem generis humani ante sæcula d
„natum in D. Jesu Christo Deo, & homine in
„nitur impleri, quo conditio generis human
„fructum æternæ salutis posset adduci.

CAPUT XXIV.

Distinctio inter Filium Dei, & hominis.

24. „Sed erroris istius hæreticorum i
„nata materia est, quia inter Filium Dei,
„Filium hominis nihil arbitrantur interesse,
„facta distinctione & homo, & Deus J
„Christus facile comprobetur; eumdem e
„atque ipsum, id est, Filium hominis et
„Filium Dei volunt videri, ut homo & c
„eadem, atque ipse Filius Dei esse dicatur
„quo, dum distinctio Filii hominis, &
„Dei nulla secernitur, sed ipse Filius hom
„Dei Filius vindicatur, homo tantumm
„C

Christus idem, atque Filius Dei asseratur. Objiciunt autem illud: *Luc.* 1. *v.* 35. *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Ergo hoc ex Maria genitum est, quod Sanctum est, scilicet Filius Dei, non vero Filius hominis. *Resp.* Scriptura non dixit: Propterea quod ex te nascetur Sanctum, sed adjecit conjunctionem: ait enim: Propterea & quod ex te nascetur Sanctum, ut illud ostenderet, non principaliter hoc Sanctum, quod ex Maria nascitur, id est, istam carnis substantiam Filium Dei esse, sed consequenter & in secundo loco, principaliter autem Filium Dei esse Verbum Dei incarnatum per Spiritum S. Hic est enim legitimus Dei Filius, qui ex ipso Deo est, qui dum Sanctum istud assumit, & sibi Filium hominis adnectit, & illum ad se rapit, atque traducit, connexione sua, atque „permixtione sociata præstat, & Filium illum „Dei facit, quod ille naturaliter non fuit, ut „principalitas nominis istius Filius Dei in spiritu „sit Domini, qui descendit, & Filium hominis in se suscepit, consequenter illum Filium Dei fecit, quoniam illum Filius Dei sibi sociavit, & junxit, ut, dum Filius adhæret in nativitate Filio Dei (*per unionem hypostaticam*), ipsa permixtione fœneratum, & mutuatum teneret, quod ex natura propria possidere non posset.

CAPUT XXV.

25. „Ergo, inquiunt, si Christus est non homo tantummodo, sed & Deus, Christum autem refert Scriptura mortuum pro nobis, *Christus qua homo mortuus.*

„&

„& resuscitatum, jam docet nos Scriptura
„dere Deum mortuum, aut si Deus non
„ritur, Christus autem mortuus refertur,
„erit Christus Deus, quoniam Deus non
„test accipi mortuus. *Resp.* Si Scriptura
„poneret Christum tantummodo Deum, &
„la in illo fragilitatis humanæ sociatio
„permixta, merito hic aliquid valuisset s
„contortus: sed cum etiam illum homi
„constituat, consequens est, quod immo
„est, incorruptum manifeste teneatur. Q
„non illud in Christo mortuum est, quod
„est, sed illud, quod homo est. Quema
„dum & in cæteris hominibus caro sola in
„sum interitus, mortisque patitur, extr
„ges autem interitus, & mortis anima in
„rupta cernitur. Frangitur enim potestas
„tis, ubi intercedit auctoritas immortalita

CAPUT XXVI.

Alius Pater a Filio contra Sabellianos.

26. „Sed ex hac occasione, quia Chr
„non homo tantum, sed & Deus; alii hær
„erumpentes hoc ipso Patrem Deum vo
„ostendere, Christum esse, dum non h
„tantum adseritur, sed & Deus promitu
„enim, inquiunt, unus est Deus, Christus
„tem Deus: ergo si Pater, & Christus est u
„Deus, Christus Pater dicetur. Quibus,
„facile respondetur, pauca dicentur;
„enim non secundam Filii post Patrem a
„scat esse Personam, cum legat dictum a
„tre consequenter ad Filium: *Faciamus h*
„*nem &c. Gen.* 1. *v.* 26. *Pluit Dominus a*

). *Gen.* 19. *v.* 24. *Filius meus es tu &c.*
. *v.* 7. *Dixit Dominus Domino meo. Ps.* 109.
Eo ad Patrem meum &c. Joan. 20. *v.* 17.
cum regulæ definitio ab ipso Christo col-
tur: *Hæc est autem vita æterna, ut sciant*
um, & verum Deum, & quem misisti Je-
Christum. Joan. 17. *v.* 3. Et satis lon-
ı facio, si enisus fuero omnes omnino ad
c partem voces congregare, quandoqui-
non tam veteris, quam etiam novi Te-
ıenti Scriptura divina ubique ostendat,
n ex Patre, per quem facta sunt omnia,
obedivit semper Patri, & obedit, sem-
ıabens rerum omnium, sed qua traditam,
qua a Patre proprio sibi indultam. Quid
ı tam evidens potest esse, hunc non Pa-
ı esse, sed Filium, quam quod obediens
i proponitur, ne, si Pater esse credatur,
ri jam Deo Patri Christus subjectus esse
tur.

CAPUT XXVII.

7. „Sed quia frequenter intendunt illum *Quomodo unum Pater, & Filius.*
s locum, quo dictum sit: *Ego, & Pater*
n sumus. Joan. 10. *v.* 30. Et in hoc illos
e facile vincemus. Si enim erat, ut hæ-
:i putant, Pater Christus, oportuit di-
: Ego, & Pater unus sum. At cum
dicit, deinde Patrem infert, dicendo:
, *& Pater*, proprietatem Personæ suæ,
st, Filii a paterna auctoritate distinguit,
tantummodo de sono nominis, sed etiam
ordine dispositæ potestatis, qui potuisset
„di-

„dicere: *Ego Pater*, si Patrem se esse memi-
„nisset. Et quia dixit *unum*, intelligant hæ-
„retici, quia non dixit: *Unus*. Unum enim
„neutraliter positum societatis concordiam,
„non unitatem Personæ sonat. Denique adji-
„cit dicens: *Sumus*, non *Sum*, ut ostenderet
„per hoc, quod dixit: *Sumus & Pater*, du
„esse Personas. Unum autem, quod ait,
„concordiam, & eandem sententiam, &
„ipsam caritatis societatem pertinet, ut me
„to unum sit Pater, & Filius per concordiam
„& amorem, & dilectionem (*ubi tamen consu-*
„*stantialitatem Filii Novatianus non excludi*
„*quam in superioribus sæpius jam asseruit*).
„quoniam ex Patre est, quidquid illud est, Fi-
„lius est, manente tamen distinctione, ut n
„sit Pater ille, qui Filius, quia nec Filius ill
„qui Pater est. Denique distinctionem ha
„posuit Dominus dicens Judæis: *Quem Pat*
„*sanctificavit, & misit in hunc mundum, vos di*
„*citis, quia blasphemas, quia dixi, Filius De*
„*sum. Joan.* 10. *v.* 36. Etiam hic Patrem ha-
„bere se dixit: Filius est ergo, non Pater: &
„dum accipit sanctificationem a Patre, mino
„Patre est (*ordine originis*), & non Pater, se
„Filius, alias sanctificationem dedisset, non a
„cepisset. Missum præterea se esse dicit,
„per hanc obedientiam non Pater, sed Fili
„probetur. Et tamen post adjicit: *Filius D*
„*sum:* ergo si evidenter Filium Dominus
„non Patrem esse testatur, magnæ temeritati
„est exemplum, contra ipsius Christi Domi
„testimonium Christum Jesum Patrem esse di
„cere, cum animadvertat illum non Patrem se
„sed Filium comprobasse. CA-

CAPUT XXVIII.

28. Ulterius Sabelliani objiciunt: „Dictum est: *Qui vidit me, vidit & Patrem. Joan.* 14. v. 9. *Resp.* Culpatur Philippus, quia dixerit: *Domine! ostende nobis Patrem;* quando enim ex Christo audierat, quasi esset Pater Christus? Cum contra magis, quod Filius esset, sæpe didicisset. Quod enim dixit Dominus: *Si me cognovistis, & Patrem meum cognovistis:* sic intelligi voluit, ut, qui plena fide accessit ad Dei Filium, omnibus modis per ipsum Filium, in quem sic credit, ad Patrem perventurus sit, eumdemque visurus. Et ideo ad Patrem Deum non tantum venturus est, & cogniturus ipsum Patrem, sed etiam ita animo, ac mente præsumere, quasi jam noverit Patrem pariter, & viderit; sæpe enim Scriptura divina, quæ nondum facta sunt, pro factis annuntiat. Et ideo Dominus in præsenti loco dicebat: *Amodo nostis illum, & vidistis;* dicebat enim visum iri ab eo Patrem, quisquis Filium secutus fuisset, non quasi Filius esset ipse Pater visus, sed quod præmium consecuturus esset, quisquis illum sequi voluisset, ut videre Patrem posset; nam & imago est Dei Patris, ut his etiam illud accedat, quoniam sicut Pater operatur, ita operatur & Filius, ut perinde habeat unusquisque, quasi jam viderit Patrem, dum eum videt, qui invisibilem Patrem in omnibus operibus semper imitatur. Cæterum si & ipse Pater est Christus, quomodo confestim adjicit, & dicit: *Ego ad Patrem vado &c.*

„*Joan.*

Pro Sabellianis nil probat: qui vidit me, vidit & Patrem.

„*Joan.* 14. *v.* 12. *sqq.* Quid autem cum
„illa subnectit: *Ego sum vitis vera*, &
„*meus agricola &c.* *Joan.* 15. *v.* 1. *sqq.*
„rum si ipse Pater fuisset, quid quasi fi
„præmium repromittebat: *Beati mundi*
„*quoniam ipsi Deum videbunt. Matth.* 5. *v.*
„go nondum contemplationem, & af
„Patris dederat; cur enim repromitte
„jam dedisset; dederat enim, si Pate
„videbatur enim, & contingebatur.

CAPUT XXIX.

In Spiritum S. credendum ejus operationes.

29. „Sed enim ordo rationis, & fi
„ctoritas admonet nos, post hæc credere
„in Spiritum sanctum olim Ecclesiæ rep
„sum, sed statutis temporum opportuni
„redditum. Est enim per Joelem Prop
„repromissus: *Effundam de Spiritu me*
„*servos, & ancillas meas. Joel.* 2. *v.* 28.
„nus autem ait: *Accipite Spiritum sanctu*
„*Joan.* 20. *v.* 22. *sqq.* Hunc autem Sp
„sanctum Dominus Christus modo *Par*
„appellat, *Joan.* 14. *v.* 16. modo *Spirit*
„*ritatis* esse pronuntiat, qui non est in
„gelio novus, sed nec nove datus; na
„ipse & in Prophetis populum accusav
„in Apostolis advocationem gentibus pr
„nam illi, ut accusarentur, merebantur
„contempserant legem, & qui ex ge
„credunt, ut patrocinio Spiritus adjuv
„merentur, quia ad evangelicam per
„gestiunt legem: nec ex hoc tamen ip
„versus, qui hæc sic gerit, nec alte

ed unus, atque ipse est dividens officia sua per temporum, & rerum occasiones, atque momenta. Unus ergo, & idem Spiritus, qui in Prophetis, & in Apostolis, ceterum ibi, „non ut semper illis inesset, hic ut in illis sem-„per maneret, & ibi mediocriter distributus, „hic totus effusus, ibi parce datus, hic large „commodatus, nec tamen ante resurrectionem „Domini exhibitus, sed post resurrectionem „Christi contributus. *Joan.* 14. *v.* 16. *sqq.* Item „*Joan.* 15. *v.* 26. Et *c.* 16. *v.* 7. Et quoniam „Dominus in cœlos esset abiturus, Paracletum „discipulis necessario dabat, ne illos quodam-„modo pupillos, quod minime decebat, re-„linqueret, & sine advocato, & quodam tu-„tore desereret. Hic est enim, qui eorum „animos, mentesque firmavit, qui evangelica „Sacramenta distinxit, qui in ipsis illuminator „rerum divinarum fuit, quo confirmati pro „nomine Domini nec carceres, nec vincula ti-„muerunt, quinimo ipsas sæculi potestates, „& tormenta calcaverunt, armati jam scilicet „per ipsum, habentes in se dona, quæ hic „idem Spiritus Ecclesiæ Christi sponsæ quasi „quædam ornamenta distribuit. Hic est enim, „qui Prophetas in Ecclesia constituit, Magi-„stros erudit, linguas dirigit, virtutes, & „sanitates facit, opera mirabilia gerit, discre-„tiones spirituum porrigit, gubernationes con-„tribuit, consilia suggerit, quæque alia sunt, „charismatum dona componit, & digerit, & „ideo Ecclesiam Domini undique, & in omni-„bus perfectam facit. Hic est, qui in modum „columbæ, posteaquam Dominus baptizatus

„eſt, ſuper eum venit, & manſit, habit
„Chriſto cum tota ſua redundantia, ut e
„delibationem quamdam gratiarum cæter
„ſequi poſſint. Hic eſt, qui operatur ex
„ſecundam nativitatem, qui interpellat
„nas aures pro nobis gemitibus ineloqu
„*Rom.* 8. *v.* 26. advocationis implens o
„inhabitator corporibus noſtris datus, &
„ctitatis effector, qui ad æternitatem,
„reſurrectionem immortalitatis corpora
„producat, dum illa in ſe adſuefacit, cu
„leſti virtute miſceri, & cum Spiritus
„divina æternitate ſociari. Hic eſt, qui
„plebiles cupiditates coercet, immodera
„bidines frangit, ebrietates rejicit, ava
„repellit, ſectas repellit, regulam veritat
„pedit, hæreticos revincit, improbos
„exſpuit, Evangelia cuſtodit. *In hoc S*
„*nemo unquam dicit anathema Jeſum:* 1. *Co*
„*v.* 3. nemo negavit Chriſtum Dei Filium
„reprobavit Creatorem Deum, nemo c
„Scripturas ulla ſua verba depromit,
„alia, & ſacrilega decreta conſtituit: in
„quisquis blaſphemaverit, *remiſſionem no*
„*bet non tantum in iſto ſæculo, verum etiam*
„*futuro. Matth.* 12. *v.* 32. Hic in Apo
„Chriſto teſtimonium reddit, in Marty
„conſtantem fidem religionis oſtendit, in
„ginibus admirabilem continentiam ſig
„caſtitatis includit, in cæteris incorrupt
„ctrinæ dominicæ jura coſtodit, hæretico
„ſtruit, perverſos corrigit, infideles ar
„ſimulatores oſtendit, Eccleſiam incorru
„perpetuæ virginitatis, & veritatis ſanc
„cuſtodit.

ota. Fruſtra hic conqueritur Pamelius, Novatianum Spiritum ſanctum Deum non appellare; cum enim illi hic divina Attributa tribuat, cum in eum credendum doceat, ſatis ejus Divinitatem demonſtrat.

CAPUT XXX.

30. „Et hæc quidem de Patre, & de Filio, & de Spiritu ſancto breviter ſint nobis dicta: quæ tamen non impediant Scripturæ veritatem, ſed nec noſtram fidem, qua unus Deus & per Scripturas promittitur, & a nobis tenetur, & creditur; nos enim & ſcimus, & legimus, unum eſſe Deum, qui fecit cœlum, pariter ac terram, quoniam nec alterum novimus, aut noſſe aliquando, cum nullus ſit, poterimus. *Ego ſum*, inquit, *Deus, & non eſt præter me juſtus, & ſalvans. Iſ.* 43. *v.* 11. Cum vero etiam illa, quæ in Scripturis ſunt poſita, Chriſti Divinitatis inſignia nullo modo debemus recuſare, & hoc ergo credamus; ſiquidem fideliſſimum Dei Filium Jeſum Chriſtum Dominum, & Deum noſtrum, quoniam *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Joan.* 1. Quid ergo dicemus? Numquid duos Deos Scriptura proponit? Minime; ſi enim hæretici non putant, aliqua ratione offici poſſe ei, quod unus Dominus eſt, per id, quod & Dominus eſt Chriſtus: neque ei, quod unus eſt Magiſter, per illud, quod eſt Magiſter & Paulus, aut illi, quod unus eſt bonus, per illud, quod bonus nuncupatus ſit & Chriſtus, eadem ratione intelligi non poſſe ab illo, quod unus eſt Deus, & quod Deus pronuntiatus eſt & Chriſtus.

Trinitas Perſonarum non obſtat unitati eſſentiæ.

CAPUT XXXI.

Consubstantialitas Filii.

31. „Eſt ergo Deus Pater omnium Crea„tor ſolus originem neſciens, inviſibilis, im„menſus, immortalis, æternus, unus Deus, „ex quo, quando ipſe voluit, ſermo Filius na„tus eſt, qui non ſono percuſſi aeris, ſed in „ſubſtantia prolatæ a Deo virtutis agnoſcitur, „cujus ſacræ, & divinæ nativitatis arcana nec „Apoſtolus didicit, nec Prophetes comperit, „nec Angelus ſcivit, nec creatura cognovit, „Filio ſoli nota ſunt, qui Patris ſecreta cogno„vit. Hic ergo, cum ſit genitus a Patre, ſem„per eſt in Patre: ſemper autem ſic dico, ut „non innatum, ſed natum probem. Sed qui „ante omne tempus eſt, ſemper in Patre fuiſſe „dicendus eſt; nec enim tempus illi aſſignari „poteſt, qui ante tempus eſt; ſemper enim in „Patre, ne Pater non ſemper ſit Pater. Quin „& Pater illum etiam quadam ratione præce„dit, quod neceſſe eſt, quodammodo prior ſit, „qua Pater ſit, quoniam aliquo pacto antece„dat, neceſſe eſt, eum, qui habet originem, „ille, qui originem neſcit. Simul ut hic mi„nor ſit, dum in illo eſſe ſe ſcit, habens origi„nem, quia naſcitur, & per Patrem quodam„modo vicinus in nativitate, dum ex eo Pa„tre, qui originem ſolus non habet, naſcitur. „Hic ergo proceſſit ex Patre, ſubſtantia ſcilicet „illa divina, cujus nomen eſt Verbum, *per „quod facta ſunt omnia. Joan.* 1. Et merito eſt „ipſe ante omnia, ſed poſt Patrem: Deus ſci„licet procedens ex Deo, ſecundam Perſonam „efficiens poſt Patrem qua Filius, ſed non eri-

„piens

ens illud Patrem, quod unus est Deus; si
im natus non fuisset, innatus comparatus
m eo, qui esset innatus, æquatione in utro-
e ostensa duos faceret innatos, & ideo duos
:eret deos; si & cætera quæcunque sunt
tris (*qua Patris*) esset, merito duorum deo-
n controversiam suscitasset: nunc autem
idquid est, non ex se est, quia nec innatus
, sed ex Patre est, quia genitus est; sive
m Verbum, Virtus, Sapientia, Lux, Fi-
s, & quidquid horum est, ex Patre est,
are discordiam Divinitatis de numero duo-
n deorum facere non potuit, qui ex illo,
i est unus Deus, originem nascendo con-
xit: & ideo duos deos facere non potuit,
ia nec duas origines fecit, qui ex eo, qui
ginem non habet, principium nativitatis
:e omne tempus accepit. Est ergo Filius
us, sed in hoc ipsum genitus, ut esset
us: est & Dominus, sed in hoc ipsum na-
ex Patre, ut esset Dominus: est & An-
us, sed ad annuntiandum magnum Dei
ısilium ex Patre suo Angelus destinatus,
us sic Divinitas traditur, ut non aut disso-
ıtia, aut inæqualitate Divinitatis duos
ıs reddidisse videatur; subjectis enim ei
ısi Filio omnibus rebus a Patre, dum ipse
n his Patri suo subjicitur, Patris quidem
Filius probatur, cæterorum autem & Do-
ıus, & Deus esse reperitur: ex quo, dum
c, qui est Deus, omnia substrata tradun-
, & cuncta sibi subjecta Filius accepta re-
: Patri, totam Divinitatis auctoritatem
sus Patri remittit, unus Deus ostenditur

„verus, & æternus Pater, a quo solo hæc vis „Divinitatis emissa etiam in Filium tradita, & „directa rursus per substantiæ communionem „ad Patrem revolvitur: ut merito Deus Pater „omnium Deus sit, & principium ipsius quo„que Filii sui, quem Dominum genuit; Filius „autem cæterorum omnium Deus sit, quoniam „omnibus illis Deus Pater præposuit, quem „genuit. Ita *mediator Dei, & hominum Chri„stus Jesus*, omnis creaturæ subjectam habens „a Patre proprio potestatem, qua Deus est, „concors Patri suo Deo inventus, unum, & so„lum verum Deum Patrem suum manentem in „se, quod audivit ab illo, breviter approbavit.

NOVATIANI PRESBYTERI ROMANI
DE CIBIS JUDAICIS
EPISTOLA.

§. I.

Argumentum.

Epistolam de Cibis Judaicis Novatiano S. Hieronymus adscribit tum in libro de Viris illustribus, tum ep. 36. ad Damasum, ubi notat duas a se prætermitti quæstiunculas de mundis, & immundis animalibus, & de circumcisione, *eoquod ab eloquentissimis viris Tertulliano, & Novatiano latino sermone sint editæ*, inter quas postrema periit. Prior autem a Novatiano juxta Pamelium, & Jaksonium sub finem anni 250. cum Decianam persecutionem declinasset, vel juxta

juxta Tillemontium ineunte anno 251. a Novatiano Episcopum schismaticum jam agente conscripta est, & ostendit animalia, quæ lex Moysis comedere prohibebat, absolute immunda non esse.

§. II.

Analysis.

CAPUT I.

Novatianus in secessu suo tempore persecutionis Decianæ variis fratrum literis provocatus hortatur eos in hac epistola: „Ut tam „hæreticorum sacrilegis calumniis, quam etiam „Judæorum otiosis fabulis calcatis, & rejectis „traditionem solam Christi, doctrinamque te„neant, ut condigne auctoritatem ejus no„minis sibi vindicare possint. Quam vero, ait, „sint perversi Judæi, & ab intellectu suæ Le„gis alieni, duabus epistolis superioribus plane „ostendi, in quibus probatum est, prorsus „ignorare illos, quæ sit vera circumcisio, & „quod verum sabbatum, quorum adhuc ma„gis, ac magis cæcitas revincitur in hac epi„stola, in qua aliquid de cibis ipsorum brevi„ter differitur; hinc etenim se solos Sanctos, „& cæteros omnes æstimant inquinatos. *Novatia scripta contra Judæos*

CAPUT II.

„Itaque inprimis illud collocandum est, *le„gem spiritalem* esse, quam si spiritalem ne„gant, utique blasphemant: si devitantes blas- *Cibus primus arborum fructus.*

„phemiam ſpiritalem confitentur, ſpiritaliter „legant. Cæterum culpa gravis inuritur, ſi „terreſtris ſpiritalibus literis doctrina præſta„tur, quod ut ne fiat, cavendum eſt, caveri „autem poteſt, ſi quæ a Deo præcepta ſunt, „ſic tractentur, ne auctoritatem ejus immi„nuant adſumpta, ne, dum quædam impura, „& immunda dicuntur, inſtitutio illorum in„famem reddiderit inſtitutorem; videbitur „enim reprobando, quæ fecit, opera propria „damnaſſe, quæ quaſi bona probaverat, dum „aut quæ non erant munda, benedixit, aut „quæ benedixerat, quia & munda, & bona, „poſtea reprobavit quaſi non bona, quippe quia „non munda. Ut ergo ab exordio rerum inci„piam, cibus primis hominibus ſolus arborum „fuit fructus; nam & innocentia decerpturos „alimenta ex arboribus adhuc ſibi bene „conſcios homines ad ſuperna ſubrexit, & „com miſſum delictum ad conquirenda frumen„ta homines terræ, ſoloque dejecit. Poſtea „etiam uſus carnis acceſſit; nam & teneros, „& rudes homines alere debebat mollior ci„bus, & non ſine labore confectus ad emen„dationem ſcilicet, ne iterum liberet delin„quere, ſi innocentiam impoſitus labor non „admoneret. Lex autem poſtmodum ſubſe„cuta cibos carnis cum diſcretione diſpoſuit; „quædam enim ad uſum quaſi munda contri„buit, & conceſſit animalia: quædam interdi„xit quaſi non munda, & ipſos edentes inqui„natura, uti patet *Lev.* 9. *v.* 10. *ſqq.* & *Lev.* 11. „*v.* 3. *ſqq.*

...mium ...us.

...bi lega... ...mundi, ...im... ...undi.

CA-

CAPUT III.

„Quia vero lex spiritalis spiritaliter reci- *Animalia immunda vitia hominum signant.*
ɜnda est, primo credendum est, quidquid a Deo institutum mundum esse, & ipsa titutionis auctoritate purgatum, neque cul- ndum, ne in auctorem culpa revocetur. ɜinde legem ad hoc filiis Israel datam, ut r illam proficerent, & redirent ad bonos ɔres, quos cum a patribus accepissent, in gypto propter consuetudinem barbaræ gen- corruperant: proficere autem poterant in- lecto, plus in hominibus vitia fugienda, æ lex damnasset etiam in pecoribus. Quid ;o est? In animalibus mores depinguntur mani, & actus, & voluntates. Mundi, ruminent, id est, in ore semper habent ısi cibum præcepta divina: ungulam fin- nt, si firmo gradu innocentiæ, justitiæ, ınisque virtutis vitæ itinera conficiant; eo- n enim, quæ in duas ungulas pedem di- lunt, robustus semper incessus, dum lu- cum partis alterius ungulæ firmamento citur, & in vestigii soliditate retinetur. : qui neutrum faciunt, immundi sunt, quo- n nec in virtutibus firmus ingressus est, : divinorum præceptorum teritur cibus ɪre illius ruminationis. Nam & qui alte- n faciunt, nec ipsi mundi, dum sunt ex ɜro debiles, nec in utroque perfecti. Hi :em sunt aut utrumque facientes, ut fide- , qui mundi: aut alterum, ut Judæi, & retici, qui sunt inquinati: aut neutrum, ethnici, qui sunt consequenter immundi.

 „Ita

„Ita in animalibus per Legem quasi quoc
„humanæ vitæ speculum constitutum est
„quo imagines sanctionum considerent, ut
„vitiosa quæque hominibus contra nati
„commissa damnentur, dum etiam natur:
„in pecoribus constituta culpantur. Nam
„in piscibus squammis aspera pro mundis
„bentur, asperi, & firmi, & graves mores
„minum probantur, quæ autem sine his 1
„immunda, quia leves, & lubrici, & in
„& effœminati mores improbantur. Quid
„sibi vult lex, cum dicit: *Camelum non*
„*ducabis*, *Lev.* 11. *v.* 4. nisi quoniam de ex
„plo animalis vitam damnat enervem, &
„minibus tortuosam: aut cum *suem* pro
„prohibet adsumi, reprehendit utique co
„sam, & gaudentem vitiorum sordibus vit
„bonum suum non in animi generositate,
„in sola carne ponentem: aut cum *lepo*
„accusat deformatos in fœminam viros.
„autem *mustellæ* corpus cibum faciat? Sed
„ta reprehendit. Quis *lacertam*? Sed odi
„tæ incertam varietatem. Quis *stellionem*?
„maculas mentium execratur. Quis *accipit*
„quis *milvum*, quis *aquilam*? Sed raptores
„violentos, scelere viventes. Quis *vultui*
„Sed execratur prædam de aliena morte c
„rentes: aut quis *corvum*? Sed versuras
„cratur voluntates. *Passerem* quoque cum
„terdicit, intemperantiam coarguit: qua
„*noctuam*, odit lucifugas veritates: qua
„*cygnum*, cervicis altæ superbos: quando
„*radrium*, garrulam nimis linguæ intempe
„tiam: quando *vespertilionem*, quærentes t

„

ras noctis, simul & erroris. Hæc ergo Lex a animalibus execratur, quæ quidem in illis on criminosa, in homine culpata, quia conra naturam, non ex institutione, sed ex erore quæsita sunt.

CAPUT IV.

„His accesserunt & aliæ causæ, quibus nulta a Judæis ciborum genera tollerentur, quod ut fieret, immunda multa sunt dicta, non ut illa damnarentur, sed ut isti coercerentur servituri uni Deo, quia ad hoc adsumptos frugalitas decebat, & gulæ temperantia, quæ semper religioni deprehenditur esse vicina; sanctitati enim inimica luxuria est; quomodo enim per illam parcetur religioni, cum non parcatur pudori? non recipit luxuria Dei timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatum temeritatem. Ad coercendam ergo intemperantiam populi remedia sunt ista quæsita, ut, quantum luxuriæ demeretur, tantum bonis moribus adderetur. Nam quid aliud merebantur, quam ut ne omnibus escarum voluptatibus uterentur, qui divinis Mannæ epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt?

Cibi Judais prohibiti ob intemperantiam.

Luxuria mala.

CAPUT V.

„Fuerit ergo tempus aliquod antiquum, quo istæ figuræ exercendæ, ut abstinendum esset a cibis, quos lex interdixerat; verum jam finis legis Christus supervenit, sub quo merito jam dicitur: *Omnia munda mundis, inquinatis autem, & infidelibus nihil mundum, sed*

Legales cibi aboliti.

„pol-

„*polluta sunt eorum & mens, & consci*
„*Tit.* 8. *v.* 15. Item 1. *Tim.* 4. *v.* 1. *sqq.* Ex
„bus constat, omnia ista suis esse benedicti
„bus reddita jam lege finita, nec ad solem
„tes ciborum esse redeundum, quas & c
„imperaverat causa, & jam sustulit libe
„manumissione revocata. Non est regnum
„cibus, & potus, sed justitia, & pax, & g
„dium. Deus ventre non colitur, nec ci
„quos dicit Dominus perire, & in secessu
„turali lege purgari; nam qui escas Domi
„colit, prope est, ut habeat Dominum vent
„suum. Cibus, inquam, verus, & sanc
„& mundus est fides recta, immaculata c
„scientia, & innocens anima. Quisquis
„pascitur, Christo convescitur: talis epul
„conviva est Dei: istæ sunt epulæ, quæ
„gelos pascunt; istæ sunt mensæ, quæ Ma
„res faciunt. Hinc est vox illa Legis: *No*
„*pane tantum vivit homo, sed in omni verbo, q*
„*proficiscitur ex ore Dei. Deut.* 8. *v.* 3. Hinc
„Christi: *Operamini non eam escam, quæ pe*
„*sed escam permanentem in vitam æternam, q*
„*Filius hominis vobis dabit. Joan.* 6. Justit
„inquam, & continentia, & reliquis Deus
„tutibus colitur: Deus sola gaudet fide nos
„sola innocentia, sola veritate, solis virtuti
„nostris, qui habitant non in ventre, sed
„anima, quasque nobis adquirit divinus
„mor, non terrenus cibus.

CAPUT VI.

Jejunia deliciarum ... robantur

„Sed non ex hoc statim, quia libertas
„borum concessa, luxuria permissa est,

„q

a liberalius nobiscum Evangelium gessit,
tinentiam sustulit; nihil enim ita intempe-
tiam coercuit, quam Evangelium, nec ita
strictas quisquam gulæ leges dedit, quam
ristus, qui beatos legitur pronuntiasse, sed
nos, & felices esurientes, atque sitientes.
t'h. 5. *v.* 3. Miseros divites, quibus ad
erium ventris, & gulæ servientibus vo-
tatum nunquam posset materia deficere,
desinere servitus posset, argumentum feli-
itis putantes, concupiscere, quantum pos-
:, nisi quod & sic minus possint, quam con-
iscunt. Nam & Lazarum in ipsa fame,
sque ulceribus, & canibus divitis præfe-
is, carnifices salutis, ventrem, & gulam
rcebat exemplis. *Luc.* 16. *v.* 19. Aposto-
quoque *habentes*, dicendo, *victum*, *& ve-*
um his contenti simus. 1. *Tim.* 6. *v.* 8. Fru-
itatis, & continentiæ legem dabat. Nec
nen desunt inter ista, qui, cum sibi nomi-
christiani vocem induerint, exempla præ-
int intemperantiæ, & magisteria, quorum
isque vitia venerunt, ut & jejuni matutino
ipore bibant, non putantes, Christianum *Ebrietas*
:, potare post cibum, nisi in vacuas ad- *vitanda.*
: venas infusa statim post somnum vina de-
nderint; minus enim quæ biberat, sapere
entur, si inter vina cibi permisceantur.
leas ergo tales novo genere adhuc jejunos,
jam ebrios, non ad popinam currentes,
popinam secum circumferentes: quid isti
t cibum faciant, quos ebrios invenit ci-
s? Sed quæ detestanda sunt, non sunt no-
exempla ducenda; & licet in Evangelio
„per

„per omnia ciborum redditus nobis usus sit, „tamen intelligatur redditus cum lege frugali- „tatis; hæc enim vel maxime [illegible] ent fideles „oraturos, scilicet Deum [illegible] ei gratias „diebus, & noctibu[illegible] poterit, „si somnum gravem [illegible] que sopi- „ta non valuerit ex[illegible]

CA[illegible]

Ab idolothytis abstinendum.

„Sed quod in usu [illegible] ime cu- „stodiendum sit, cav[illegible] s licen- „tiam illam putet in [illegible] ut & „ad immolata simu[illegible] edere. „Quantum enim ad [illegible] tinet, „omnis munda est, se[illegible] nmo- „lata fuerit, inquinat[illegible] mdiu „simulacris offeratur, [illegible] ctum „est, non est jam Dei, [illegible] dum „in cibum sumitur, su[illegible] nu- „trit, non Deo, convi[illegible] cro „reddendo, non Christo, [illegible] & „Judæi; quorum ciboru[illegible] „& consilio legis conside[illegible] „gratiæ beneficio cognito, [illegible] „gore servato, & simulacri[illegible] „quinamento repulso, reg[illegible] „omnia custodientes Deo g[illegible] „mus per Jesum Christum [illegible] „num nostrum, cui laus, & [illegible] „tas in sæcula sæculorum. [illegible]

Nota. Epistola Novatiani de lapsi[illegible] mani ad S. Cyprianum script[illegible] S. Cypriani trigesima, cujus [illegible] Epistolis S. Cypriani allata fu[illegible]



S. GREGORII
PISCOPI NEOCÆSARIENSIS
COGNOMENTO
THAUMATURGI
OPERA.

§. I.
De Gestis, & Scriptis S. Gregorii.

Gregorius primo Theodorus appellatus, postea ob miraculorum gloriam Thaumargus cognominatus Neocæsareæ in Ponto bili familia oriundus fuit. In idolorum cul a Patre educatus, eo mortuo matris horta annos quatuordecim natus Rhetoricæ stuit, ut vir forensis foret. Proinde cum frae suo Athenodoro sororis suæ maritum Jurisnsultum Berytum ad juris Gymnasium proctus, Cæsaream in Palæstina adveniens Orinis in fide christiana, & Philosophia discilus factus, post annos quinque Cæsaream versus aliquamdiu vitam solitariam egit, ndemque a Phædimo Episcopo Amasiensi rca annum Christi 240. Episcopus Neocæsaensis invitus ordinatus Ecclesiam illam suis boribus, studiis, & miraculis florentissimam fecit. Adfuit Concilio primo Antiocheno adersus Paulum Samosatenum anno 264. celerato, ac paulo post circa annum 265. obiit. jus Scripta a S. Basilio *in epist.* S. Hieronymo

mo *de vir. illust.* Conc. Quinisexto *can.* 2. multis encomiis celebrantur. Sunt autem sequentia: 1) Expositio fidei, quam per revelationem a B. Joanne Evangelista mediante Dei Genitrice Maria Virgine accepit. 2) Metaphrasis in Ecclesiasten Salomonis. 3) Epistola canonica de iis, qui in Barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quaedam peccata commiserant. 4) In Origenem Prosphonetica, & Panegyrica oratio. Praeter haec genuina S. Gregorii opera falso illi supponuntur Expositio fidei longior, & quatuor Homiliae. Et de anima per quatuor capita disputatio ad Tatianum. Hujus Patris opera Romae anno 1594. collecta, & graece disposita sunt a Gerardo Vossio, qui ea excudi curavit Moguntiae anno 1604. Postea vero edita sunt Parisiis in folio anno 1621. quam editionem novae suae Bibliothecae Patrum inseruit Gallandius, quam proinde in hac Analysi sequimur.

S. GREGORII THAUMATURGI EXPOSITIO FIDEI,

QUAM PER REVELATIONEM A B JOANNE EVANGELISTA MEDIANTE DEI GENITRICE MARIA VIRGINE ACCEPIT.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Gregorius Nyssenus in vita S. Gregorii Thaumaturgi refert, eum a S. Joanne Evangelista per noctem in visione accepisse

hanc

hanc expoſitionem, eamque adhuc aſſervari manu ejusdem exaratam. Ipſam tanquam genuinum Thaumaturgi fœtum agnoverunt Patres in quinta Oecumenica Synodo congregati, eamque alii Scriptores græci apud Allatium *tom.* 2. laudarunt. Argumentum illius ex titulo patet. Scripta videtur circa annum 240. eamque Rufinus, & Voſſius ex græco in latinum tranſtulerunt.

§. II.

Analyſis.

„Unus Deus Pater Verbi viventis, ſapientiæ „ſubſiſtentis, & virtutis ſuæ, & figuræ: „perfectus perfecti genitor, Pater Filii unige„niti. Unus Dominus, ſolus ex ſolo Deo, „Deus ex Deo, figura, & imago Deitatis, „Verbum perpetrans (ſeu efficax) ſapientia „comprehendens omnia, & virtus, qua tota „creatura fieri potuit; Filius verus veri, & in„viſibilis ex inviſibili, & incorruptibilis ex in„corruptibili, & immortalis ex immortali, & „ſempiternus ex ſempiterno. Unus Spiritus „ſanctus, ex Deo ſubſtantiam habens, & qui „per Filium apparuit: imago Filii perfecti, „perfecta viventium cauſa, ſanctitas ſanctifica„tionis præſtatrix, per quem Deus ſuper om„nia, & in omnibus cognoſcitur: & Filius, „per quem omnia. Trinitas perfecta Majeſtate, „& ſempiternitate, & regno minime dividitur, „neque abalienatur. Igitur neque factum quid, „aut ſerviens in Trinitate, neque ſuperindu„ctum tanquam antehac quidem non ſubſi„ſtens,

Expoſitio fidei.

„stens, postea vero superingressum: neque ita „defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spi„ritus sanctus, sed invertibilis, & immutabilis „eadem Trinitas semper.

S. GREGORII THAUMATURGI METAPHRASIS

IN ECCLESIASTEN SALOMONIS.

§. I.

Argumentum.

Metaphrasin in Ecclesiasten S. Gregorium scripsisse testatur Eusebius, & S. Hieronymus *de vir. illust. c.* 65. Versa est ab Abbate a Billy, Oecolampadio, & Andrea Schotto in latinum. Billius eam Gregorio Nazianzeno tribuit juxta Manuscriptum Bibliothecæ regiæ. At constat eam S. Gregorium Thaumaturgum habere auctorem ex testimonio Eusebii, & S. Hieronymi, qui in caput quartum Eccl. satis longum locum ex hac Metaphrasi sub nomine Gregorii Episcopi in Ponto allegat. Porro Paraphrasis hæc illustrat, & explicat sententias morales in libro Ecclesiastis contentas: quo autem tempore scripta fuerit, incertum est.

§. II.

§. II.

Analysis.

CAPUT I.

His verbis Salomon Davidis Regis, & *Explicatio Ecclesiastis.*
„Prophetæ filius universam Dei Ec-
iam affatur. 2. Quam vana, & inutilia *v. 1. omnia vanitas.*
: omnia ea hominum studia, quæ in hu-
iis rebus suscipiuntur. 3. Nemo enim est,
utilitatem ullam iis adnexam dicere possit, *v. 2.*
: homines humi reptantes, & corporibus, *v. 3.*
nimis perficere contendunt, rebus cadu-
addicti, supra sydera autem generoso ani-
oculo, ne tantillum quidem aspicere vo-
es. 4. Ac mortalium vita conteritur die *v. 4.*
succedente, annique partibus, & con-
ationibus, 5. solisque cursibus certis *v. 5.*
nunc accedentibus, nunc recedentibus. *v. 6.*
Nec dissimilis est hæc res torrentum tran- *v. 7.*
cum magno strepitu in immensum maris
undum illabentium. Atque hæc sane,
: nobis ad hanc vitam usum, & adjumen-
afferunt, ita decreta sunt, & constituta.
At quæ ab hominibus excogitantur tam *v. 8.*
quam verba modum nullum habent; ita
n natura comparata est hominum ratio,
nexplebilis sit eorum & loquendi, & au-
idi sitis, ac præterea vanis oculis ea
iia, quæ accidunt, intuendi cupiditas.
Quid autem in posterum fieri queat, quod *v. 9.*
non confectum fuerit, aut generatur ab
iinibus? Quid novum, quod nondum ex-
mento compertum fuerit, dummodo in-

v. 10. „ſigne ſit, & memorabile? 10. Ut quidem
„mea opinio fert, quisquis ſecum conſiderabit,
„nihil novum inveniet, priſcisque incognitum.
v. 11. „11. Quemadmodum autem præterita oblivio-
„ne tecta ſunt, ſic præſentia quoque progreſſu
„temporis ad poſteros in obſcuritatem ibunt.
v. 12. „12. Nec vero temere hæc dico Eccleſiaſten
„agens; verum mihi Hebræorum regnum Hie-
„roſolymis fidei meæ commiſſum habenti di-
„ligenter, & accurate omnia perpenſa ſunt.
v. 13. „13. Porro totam rerum naturam perſcrutatus,
„atque ingenioſe, & ſapienter in ea cogitatio-
„ne verſatus, eam maxime variam reperi: ho-
„mini enim in terra laboribus vexari datum
„eſt alias, alia ærumnæ occaſione, fruſtra in-
v. 14. „voluto. 14. Spiritu autem prodigioſo, &
„execrando omnia hæc inferiora plena ſunt,
v. 15. „15. adeo ut ea colligere nemo queat, imo
„ne omnino quidem cogitare, quanta res hu-
v. 16. „manas abſurditas infecerit. 16. Nam cum
„mecum ipſe aliquando reputaſſem, me omni-
„bus, qui ante me fuiſſent, hac in re ſapien-
v. 17. „tiorem eſſe, 17. in animum meum induxi,
„tum parabolas intelligere, tum rerum natu-
v. 18. „ras. 18. Cæterum incaſſum mihi ad eam
„rem animum conferre viſus ſum, quod, uti
„ſapientiam ſcientia ſequitur, ita ſcientiæ co-
„mites ſint labores.

CAPUT II.

Vanæ voluptates.

Vers. 1. „Hæc igitur ad hunc modum ſe
„habere arbitratus, alterum vitæ genus ca-
v. 1. „peſſere propoſui, deliciisque memet tradere,
„va-

riasque voluptates experiri: verum nunc
na hæc omnia esse intellexi. 2. Atque v. 2.
ıc risum solutum compescui, hinc volupta-
n ad temperantiam coercui, acerbeque ei
:censui. 3. Ad hæc cum eam vim esse v. 3.
ımæ cogitassem, ut temulentam corporis
:uram sistere possit, rursumque continentia
ɔiditatem subjici, perspiciendum mihi esse
ıstitui, quidnam tandem hominibus pro-
itum sit serium, vereque bonum, & ho-
tum, quod in hac vita conficiant; nam
iqua omnia, quæ præclara, & admiratio-
digna censentur, percurri, 4. veluti ex- v. 4.
sissimarum ædium erectiones, & vitium
ısitiones; 5. Atque insuper hortorum stru- v. 5.
ras, frugiferarumque omnis generis arbo-
n possessiones, studiosasque excultiones,
ubi etiam ingentes lacus ad aquarum ex- v. 6.
ıtiones confecti sunt ad copiosam arborum
ationem. 7. Jam vero famulorum quoque v. 7.
nine septus fui tum servis, tum ancillis:
n etiam plures quadrupedum in meam,
ım in cujusquam eorum, qui olim extite-
ıt, potestatem venerunt. 8. Sed & auri, v. 8.
argenti thesauri mihi affluebant, utpote
reges omnes eo adduxissem, ut mihi &
ınera afferrent, & tributa persolverent.
ɔri complures ad meam oblectationem agi-
ıantur virorum simul, & fœminarum can-
n modulatissimum efficientium. Convivia *Voluptas*
rro, & pincernas ex utroque hominum se- *cum sa-*
collectos ne numero quidem complecti *pientia in-*
ſim. 9. Adeo his, omnes qui ante me *compossi-*
erosolymis regnarunt, antecellui. Hinc *bilis.* v. 9.

„autem contingebat, ut mihi & ſapientia im-
„minueretur, & vitioſa cupiditas creſceret;
v. 10. „10. nam cum omnibus oculorum illecebris
„totas habenas permiſiſſem, & voluptatum
„ſpei meipſum dedidiſſem, miſeris omnibus
„deliciis animi voluntatem adſtrinxi; meæ
„namque cogitationes eo infelicitatis prolapſæ
v. 11. „ſunt, ut hæc honeſta arbitrarer. 11. Tan-
„dem vero expergefactus, atque oculis reſti-
„tutus, ea, quæ in manibus habebam, flagi-
„tioſa ſimul, acerbitatisque plena eſſe per-
„ſpexi; neque enim ullum hominum ſtudium
„comprobandum mihi nunc videtur, nec recto
v. 12. „judicio expetendum. 12. Proinde mente col-
„lectis, & ſapientiæ bonis, & ſtultitiæ malis
„magna hunc virum admiratione proſecutus
„fuerim, qui cum temere vagaretur, poſtea
„mente recepta ad virtutem, officiumque re-
v. 13. „diit; 13. Prudentia enim, & dementia ma-
„gno interſtitio disjunctæ ſunt, nec minus in-
„ter utramque eſt diſcriminis, quam inter diem,
v. 14. „& noctem: 14. Quocirca qui virtutem am-
„plexus eſt, haud mihi ab eo differre videtur,
„qui rem unamquamque perſpicue cernit; con-
„tra qui ſe vitio implicuit, haud abſimilis eſt
v. 15. „homini in profunda caligine oberranti. 15. De-
„nique utriusque harum vitarum differentiam
„animo aſſecutus, nihil poſtea reperi, quin il-
„lud potius fore, ut, ſi me ad ſtultorum ſo-
„cietatem contuliſſem, ſtultitiæ præmia perci-
„perem; quid enim ex argutiis illis commodi
„referri, aut quid fructus ex prolixis ſermoni-
„bus colligi poteſt, cum quidem loquacitatis
„importuna flumina ab inſipientia velut a fonte
„orian-

intur? 16. Sapienti porro, & ſtolido ni- v. 16.
commune eſt, nec quantum ad hominum
noriam, nec quantum ad Dei remunera-
iem. Res autem humanas, cum adhuc
i videntur, jam finis arripit. Sapiens
ro ejusdem ſtolido finis nunquam eſt par-
ps. 17. Quare vitam meam omnem exe- v. 17.
ri cepi, quam in rebus vanis conſumpſe-
ı terrenis laboribus intabeſcens. 18. Ete- v. 18.
ı ut uno verbo complectar, omnia mihi
gna cum moleſtia elaborata ſunt, præci-
animi impetu ita me pertrahente: 19. at- v. 19.
ea alius excepturus eſt, ſapiens, an ſto-
ıs neſcio; frigidos, inquam, laborum meo-
ı fructus. His autem projectis mihi vera
a hominibus propoſita apparuerunt, hoc
ſapientiæ cognitio, & fortitudinis adeptio.
odſi quis harum cura neglecta alius cujus-
n rei cupiditate incitatur, hic & mala bo-
anteponit, & vitium pro virtute confecta-
, 20. & ærumnam pro quiete, variis v. 20.
ıultibus diſtractus, noctu, atque interdiu
exatus tum urgentibus corporis laboribus,
ı perpetuis animæ curis, pectori illi ob
urda negotia palpitante. 21. Neque enim v. 21.
ımum, & perfectum bonum in eſculentis,
poculentis conſiſtit, etſi alioqui maxime
ı beneficio alimenta mortalibus contin-
ıt; nihil enim eorum, quæ nobis ad ſalu-
ı data ſunt, citra ipſius providentiam exi-
. 22. Verum probus vir, ſapientiamque v. 22.
i dono conſecutus cœleſti voluptate fruitur;
improbus autem malis divinitus immiſſis v. 23.
aulatus, avaritiæque morbo correptus mul-

v. 24. „ta congerere ſtudet; 24. atque eum, quem
„Deus honore affecit in omnium Domini con-
„ſpectu probris inceſſere feſtinat, dona inutilia
„porrigens, inſidioſa ſimul, & vana animæ
„ſuæ miſeræ ſtudia faciens.

CAPUT III.

Cuncta mutationi obnoxia.

v. 1. Vers. 1. „Enimvero hoc tempus rebus in-
„ter ſe maxime contrariis plenum eſt, 2. par-
v. 2. „tus, & mortis, ortus ſtirpium, & everſionis,
„atque interitus, 3. curationum, & cædium,
v. 3. „extructionis ædium, & deſtructionis, 4. ge-
v. 4. „mitus, & riſus, planctus, & ſaltationum.
v. 5. „5. Nunc terræ fructus aliquis colligit, nunc
„rurſus ejicit: nunc mulierem deperit, nunc
v. 6. „impenſe eam odit: 6. nunc aliquid quærit,
„nunc amittit: nunc diligenter aſſervat, nunc
v. 7. „projicit: 7. nunc interficit, nunc obtrunca-
„tur: nunc loquitur, nunc ſilentio acquieſcit:
v. 8. „8. nunc amat, nunc odio inſectatur. Res
„enim humanæ nunc bello affligantur, nunc
„tranquillæ, & pacatæ ſunt, tantaque eſt ea-
„rum inconſtantia, ut, quæ modo ſecundæ
„eſſe videantur, celeri momento in certiſſima
v. 9. „mala delabantur: 9. ac proinde vanis labo-
v. 10. „ribus exerceri deſinamus. 10. Hæc enim
„omnia, ut mihi quidem videtur, ad homines
„virulentis aculeis concitandos poſita ſunt.
v. 11. „11. Atque perverſus quidem explorator huic
„ſæculo inhiat, Dei figmentum delere, ac
„perdere omni contentione adnitens, ut qui a
„principio ad extremum usque cum eo confli-
v. 12. „gere inſtituerit. 12. Perſuaſum itaque ha-
„beo,

, animi hilaritatem, 13. & beneficen- *Vita*
n maxima homini bona esse, 14. atque *tranquilla*
o brevem hanc solam voluptatem divini- *agenda.*
obvenire, si rebus gerendis justitia præ- v. 13.
; 15. at vero æternarum rerum statui, v. 14.
s Deus firmissime constituit, nec aliquid v. 15.
rahere, nec addere quispiam potest: 16. ve- v. 16.
ı formidolosæ, & admirabiles illæ sunt,
ıe eæ quidem, quæ jam fuerunt, stabiles
ıent, quæ autem futuræ sunt, jam secun-
ı præscientiam extiterunt. Cæterum is,
læsus est, Deo auxiliatore utitur. 17. Por- v. 17.
n infernis partibus supplicii barathrum
impios excipiens, piis contra sedem al-
m patefactam. 18. Illud quoque cogi- v. 18.
, apud Deum æqualia omnia esse, existi-
i, & judicari: idem esse justos, & inju-
, idem animalia ratione utentia, & bruta;
tempus enim omnibus æque admensum v. 19.
& mortem impendere, idemque apud
ım esse hominum, & jumentorum genus,
tantum articulata vocis prolatione inter
isferre, reliqua autem omnia ipsis eodem
lo contingere, 20. nec mortem magis v. 20.
ætera animalia, quam in homines grassari
licet quoad corpus); 21. omnibus enim v. 21.
ıalem spiritum esse, nec quidquam om-
› amplius homines habere, sed cun-
vana esse, ab eadem terra coagmenta-
ıem habentia, atque in eamdem terram
psura; incertum enim esse tum de huma-
animabus, an sursum convolaturæ sint,
ı de reliquis, quas animalia ratione ca-
ia acceperunt, an deorsim defluxuræ sint.

v. 22. „22. Ac mihi nullum aliud bonum videbatur, „quam deliciæ, & præsentium commodorum „usus; neque enim fieri posse putavi, ut quis- „quam rursus ad percipiendas voluptates acce- „dat, posteaquam mortem semel degustavit.

CAPUT IV.

Vita tædio plena. v. 1. Vers. 1. „Ab iis omnibus cogitationibus „animum revocans consideravi, & aversatus „sum omnia sycophantiarum genera inter ho- „mines errantia, quibus nonnulli inique cir- „cumventi lachrymas fundunt, undique ab „amicis prorsus inopes, qui eorum causas „tueantur, aut certe afflictos consolentur: at „vero violenti jus in manibus habentes in sub- „lime vehuntur, ob eamque causam corruent.
v. 2. „2. Enim vero ex consceleratis, & audacibus „ii, qui ex vita migrarunt, meliore conditione
v. 3. „sunt, quam qui etiamnum vivunt; 3. utris- „que autem præferendus, qui similis eorum „futurus est, nec creatus adhuc est, quoniam „hominum improbitatem nondum attigit. 4.
Invidiæ patet. „Perspicuum mihi quoque factum est, quanta
v. 4. „proximorum invidia probum virum sequatur:
v. 5. „5. quodque is, qui hanc susceperit, nihil „aliud habet, quam quod animam dissecat, „simulque cum corpore absumit, mœrorem „acerbissimum nec solatio ullo mitigabilem,
v. 6. „aliorum prosperitatem existimans. 6. Atqui „præoptarit vir sapiens, alteram manum cum „facilitate implere, quam utramque cum ærum-
v. 7. „na, & versutia. 7. Est & quidem aliud, „quod præter fas, & æquum homini ob im-

„pro-

bam voluntatem contingere scio. 8. Qui *Societas*
lique solus relictus, nec fratrem, nec fi- *humana*
n habens, facultatibus affluens, inexple- *prodest.*
cupiditate ardet, ne beneficentiæ se ullo *v.* 8.
do tradere cupit. Ex eo igitur lubens
esiverim, quam ob causam laboribus se
ficiat. 9. Quanto tandem hoc meliores, *v.* 9.
vitæ societatem inierunt, ex qua opti-
s fructus decerpere queant? 10. Duobus *v.* 10.
n viris rebus iisdem recte incumbentibus,
msi alteri quidquam adversi accidat, ta-
n haud leve subsidium in sodali suo posi-
i habet; gravissima autem est calamitas
iini adversa fortuna utenti, carere amico,
afflictum excitet, ac recreet. At qui
tubernii necessitudine juncti sunt, & pro-
i successus voluptatem sibi invicem con-
licant, & rerum præter voluntatem fluen-
n tempestatem leniunt: 11. adeo ut & *v.* 11.
mutua libertate splendescant, & noctu
estate fulgeant. 12. Contra qui vitam ab *v.* 12.
ni hominum societate semotam ducit,
rendam vitam traducit, non intelligens,
i temere, & periculose sibi consulere, qui
tos homines mutuo præsidio circumseptos
rtus fuerit, ac præterea funem triplici
u contextum haud quam facile perfringi
re. 13. Ego vero juvenem pauperem *v.* 13.
lo prudentia ornatum antepono seni regi
ido, cui in mentem non venit, fieri posse,
ut quispiam ex carcere ad regni guber- *v.* 14.
ula constituatur, ipse autem postea iniquo
icipatu juste exturbetur; 15. nonnun- *v.* 15.
m enim evenit, ut, qui juveni quidem

„ce-

v. 17. „acti. 17. Quisquis autem Ecclesiastæ n
„fungeris, illud ob oculos habeto, ut
„ctum vitæ iter teneas, & pro stultis pr
„ut accepta prudentia malorum actiones
„sciant.

CAPUT V.

Lingua refrænanda.

v. 1. Vers. 1. „Lingua parce uti præclaru
„que ad loquendi studium gravitatem
„stantiamque cordis adhibere; non en
„quendi studio teneri oportet, eaque,
„mentem veniunt, quamvis absurda pr
„sed illud cogitare, sermones nostros
„exaudiri, atque utile est, lapsum in lo
v. 2. „cavere. 2. Quemadmodum enim vari
„mæ curas multiplex insomniorum speci
„sequitur, ita stultis verbis nugacitas
v. 3. „cta est. 3. Pollicitatio porro voto facta
Vota solvenda.
„per opus accipiat. Est hoc stultoru
„prium, ut rejectitii sint; at tu promi
v. 4. „tatem præsta, 4. sciens, longe satiu

Deo labefactari; 6. ut enim plerum- *v.* 6.
nsomnia vana, ita etiam pleraque ver-
imor autem Dei hominibus quidem sa-
s, ceterum rarus. 7. Quocirca nihil *v.* 7.
;ur mireris, si & pauperes calumnia op-
, & judices legibus imposturam facere
is. 8. Cavendum porro est, ne iis, qui *v.* 8.
ntia præstant, majores esse videamur;
etsi hoc acciderit, tamen ex horrendis
ıtibus, in quos incidemus, nequaquam
nprobitas liberabit. 9. Quemadmodum *v.* 9.
a facultates raptu collectæ sceleratissimæ
sic homini pecuniarum cupiditate fla-
i nunquam satietas, nec proximorum
'olentia proveniet, quamlibet maximam
ırgenti quæsierit; hoc enim vanum est:
obitas familiares suos majorem in mo-
oblectat, fortesque efficit. 10. Sed & *v.* 10.
;modi curis minime inhæsisse magnum
ndum est; 11. Enimvero pauper licet *v.* 11.
tute prematur, ventremque suum nequa-
ı largius impleverit, tamen suavi somno
ır; opum autem cupiditas comites habet
as, & animæ labores. 12. Quid porro *v.* 12.
dius esse queat, quam cum magno stu-
econditas opes conservare, ac sexcento-
malorum occasiones sibi ipsi custodire.
Ac divitias quidem illas perire necesse *v.* 13.
sive liberi alicui sint, sive nulli; 14. *Divitia-*
ı autem vel invitum talem in terram ca- *rum va-*
oportet, qualis erat, cum in hanc lu- *nitas.*
prodiit. 15. Ita vacuis manibus abscef- *v.* 14.
; peccatum suum augebit, perinde atque *v.* 15.
ans, nativitatis similem vitæ finem sibi
„im-

v. 16. „imminere, ſeque inani labore torqueri, 16. at-
„que in quemdam potius venti impetum, quam
„ſuo ipſius ſtudio inſerviens totam vitam ſuam
„in impuriſſimis cupiditatibus, mœroribus,
„morbisque conſumit, & hujusmodi homini
v. 17. „vita tenebræ ſunt, ac vita luctus. 17. Quan-
„quam illud minime rejiciendum eſt; 18. Dei
„enim beneficio homini contingit, ut labori-
„bus ſuis cum animi oblectationibus perfrua-
„tur, divinitus acceptas, ac non vi extortas
v. 18. „opes poſſidens; 18. neque enim ille mœro-
„ribus affligitur, quin potius beneficentiis vi-
„tam ſuam metitur, in omnibus animi tran-
„quillitate fruens, atque ob Dei donum læti-
„tia geſtiens.

CAPUT VI.

Avarus ſibi peſſimus.

v. 1. Vers. 1. „Jam vero infelicitatem apud ho-
v. 2. „mines maxime frequentem oratione perſe-
„quar. 2. Cum nimirum Deus cuipiam om-
„nia, quæ ipſi cordi erant, abunde ſuppedita-
„verit, nec ulla omnino re ex omnibus, quæ
„animum cupiditate tentant, eum ſpoliaverit;
„non opibus, non gloria, non reliquis aliis
„omnibus, quæ mortales ad ſtuporem usque
„admirantur, ille autem rebus omnibus cir-
„cumfluens alii ſua aſſervat, inutilis prolapſus,
v. 3. „& ſibi, & proximis: 3. hoc ſane argumen-
„tum magnum extremæ cujusdam improbita-
„tis eſſe cenſeo: quin illum quoque hominem,
„qui plurimorum liberorum pater ſine ulla of-
„fenſione nominatus, vitaque in longum pro-
„ducta, benignitate tamen, ac delitiis animum
„tan-

:o tempore non expleverit, mortis inte-
periculo haudquaquam facto; hunc equi-
ı nec numerosæ prolis, nec diuturnitatis
ɜ nomine beatum duxerim: imo vero fœ-
ı e materno ventre præmature exciden-
ı, atque ab ortu egestum ipsi præferen-
n puto: 4. ille enim uti incassum venit, v. 4.
clanculum etiam & cum oblivione disce-
5. non degustatis hujus vitæ malis, v. 5.
sole prospecto; 6. Quod quidem levius v. 6.
quam quod perverso illi, & profligato
ıini accidit, qui licet in mille annos vi-
ı suam propagarit, vitæ tamen commoda
agnovit: utriusque porro finis mors.
Ceterum hic maxime stultus convincitur, v. 7.
d nulla cupiditate satietur. 8. At pru- v. 8.
s, & moderatus his affectibus minime re-
tur. Fere fit autem, ut vitæ rectitudo,
ntegritas hominem ad paupertatem ducat.
Multos vero de mentis gradu dejiciunt v. 9.
cacium oculorum aspectus animam inci-
tes, ac per inanem videndi cupiditatem v. 10.
inutile studium pertrahentes; 10. enim-
o quæ nunc facta sunt, jam cognita sunt,
spicuumque est, hominem iis, quæ supra
sunt, resistere non posse. 11. Ceterum v. 11.
;æ, & ineptiæ inter homines versantur,
um, qui iis utuntur, amentiam augentes.

CAPUT VII.

Futura non temere inquirenda.

Vers. 1. „Nam cum nihilo majorem utili-
em is perspiciat, qui ea, quæ ex animi
tentia sibi in vita eventura sunt, perspecta
„ha- v. 1.

v. 3. „præstabimus lugere, quam commensal
„mærentibus adesse, quam ebrietati stu
„bus; sic enim res se habet, quod,
„hunc vitæ finem nactus fuerit, de his
„circa se sunt, nec timore, nec sollici
v. 4. „afficiatur. 4. Consimili modo ira prud
Ira domanda. „sui præferenda est; severa enim vultus
„tudine anima ad rectum, honestumque
v. 5. „ponitur. 5. Ac sapientum quidem
„tristitia contrahuntur, stultorum autem
v. 6. „mæ lætitia elatæ diffunduntur. 6.
„multo magis optandum, sapientis uni
„jurgationem excipere, quam totius cho
v. 7. „proborum cantantium auditorem fieri.
„lidorum etenim hominum risus spinarum
„tarum vehementi igne ardentium sonitu
v. 8. „absimilis est. 8. Sed profecto gravis
„malum est calumnia; hæc enim sapi
„animabus insidias struit, ac generosam
v. 9. „rum constantiam labefactare molitur. 9
„ro autem hunc laudibus efferre con
„non qui initium, sed dicendi finem facit
rum enim moderatio laudibus complect

mant, nec intelligunt, sapientiam opum
a longe præstantiorem esse, 12. tanto- v. 12.
clariorem, quanto argentum umbra sua
splendidius apparet; 13. vita enim ho- v. 13.
is non ex caducarum opum collectione,
ossessione, verum ex sapientia provenit;
quis enim tantam, tamque benignam Dei v. 14.
videntiam verbis consequi poterit? 15. Aut v. 15.
ea, quæ summa cum ratione a Deo ne-
ta esse videntur, revocare? 16. Ego ve- v. 16.
minus recte id quidem faciens, omnia
sideravi, & justum in justitia constanter
tantem, imo etiam propter eam insidiis
tum, & injustum simul cum improbitate
morientem. 17. Illud autem homini ju- v. 17.
a prædito videndum est, ne admodum ta-
esse videatur, ne supra modum sapiens,
iqua in re offenderit, multis partibus co-
ius peccet. 18. Illud etiam tibi caven- v. 18.
a, ne audax, & temerarius sis, ne alio-
te præmatura mors abripiat. 19. Maxi- v. 19.
m autem bonum, Deum complecti, &
rehendere, atque in eo manentem ab om-
eccato abstinere; res enim maculæ omnis
ertes impura manu contrectare execrabile
qui autem cum Dei timore cedit, adver-
mnia effugit. 20. Sapientia auxilii in ci- v. 20.
te plus prodest, quam potentissimorum
ninum acies, quæ etiam plerumque eis,
ab officio aberrarunt, juste ignoscit;
Nemo enim est, qui non interdum laba- v. 21.
22. Est autem tibi providendum, ne v. 22.
impiorum sermones ullo modo accedas,
maledicta in te jacta tuismet auribus hau-

„rias, quemadmodum improbi servi loquaci-
v. 23. „tatem; 23. atque ex ea re animo commor-
„sus ad regerenda convitia ipse quoque abdu-
v. 24. „caris. 24. Hæc enim omnia ego noram sa-
„pientiam a Deo consecutus, qua deinde amissa
v. 25. „25. mei similis esse nequibam; 26. sapientia
v. 26. „enim a se in infinitam longitudinem fugit, &
„in immensam profunditatem, ut mihi eam
„arripere ultra non liceret: quare ab ea quo-
„que inquirenda omnino abstinui, jamque nec
„in animo habebam impiorum amentias consi-
v. 27. „derare. 27. Sic autem animo constitutus
„mortifera cupiditate correptus mulierem cog-
„novi, hoc est, terram quamdam, aut siquid
„aliud est hujusmodi; cor enim ejus pertran-
„seuntes irretit, ac si vel manum tantum ma-
„nui connexuerit, non minus stricte retinet,
„quam si vinculis constrictos traheret: nec ve-
„ro aliter ab ea liberari queas, quam Deum
„benigno oculo intuentem nactus; nam qui
„peccati servitute premitur, haudquaquam ef-
Mulieres „fugerit. 28. Porro cum per omnes mulieres
pudicæ „pudicitiam earum quæsivissem, in nulla re-
raræ. „peri. 29. Ac virum quidem pudicitia orna-
v. 28. „tum inter mille fortasse perspexeris, mulie-
v. 29. „rem autem minime. 30. Illud vero maxime
v. 30. „animadverti, quod homines animis simplices
„a Deo creati varias cogitationes, rationesque
„discursus sibi ipsis attrahunt, atque infinitas
„quæstiones, sapientiæque inquisitionem profi-
„tentes circa dictiunculas tempus terunt.

CA-

CAPUT VIII.

'ers. 1. „Sapientia autem, cum in homine *In vultu*
loratur, ipsum quoque Domini vultum *se prodit*
ndore perfundere cernitur, quemadmo- *sapientia.*
n contra impudentia eum, in quo domi- *v. 1.*
im habet, statim ut visus est, odio dignum
coarguit. 2. Regis sermonibus diligen- *Regum*
advertere convenit, ac jusjurandum omni *majestas.*
one fugere: 3. Interim tamen æquum *v. 2.*
rit, sermoni malo imminere, verum ca- *Jura-*
e, ne blasphemiam illum in Dominum ef- *mentum vitandum.*
damus; non enim de eo pœnam ali- *v. 3.*
m infligente queri licebit, nec unius illius
nini placitis obsistere; 4. melius autem *v. 4.*
rit, sacrosanctis mandatis acquiescentem
improbis sermonibus removeri; 5. cor- *v. 5.*
us enim vir justum judicium fore scit, at-
praenoscit; omnis enim vitæ humanæ
supernam pœnam manent. 6. Verum *v. 6.*
robus haud admodum scire videtur, quod
n multa super se Dei providentia sit, nihil
rsus imposterum latebit; 7. non enim *v. 7.*
, quæ postea futura sunt, neque quis-
im est, qui aliquid eorum pro dignitate
onere queat: 8. quoniam nemo tantis *v. 8.*
bus futurus est, ut Angelum animam
us extorquentem arcere possit, nec ulla
invenietur, quæ mortis tempus repellat,
velut exceptione submoveat, verum quem-
nodum in bello medio captis fuga omnis
lique præclusa perspicitur, atque omnis
ninis impietas simul perit. 9. Enimvero *v. 9.*
oties contemplor, quæ, & quanta morta-

„les in proximorum perniciem ſtudioſe cogita-
v. 10. „runt, totus obſtupeſco: 10. Illud quidem
„compertum habeo, prius quoque ex hac vita
„abripi impios, eoquod vanitati ſeipſos dedi-
v. 11. „derunt; 11. quoniam enim Dei providentia
Bonorum res adverſæ, malorum proſperæ. „propter ſummam æquanimitatem haudqua-
„quam omnes confeſtim perſequitur, 12. ob
„eam cauſam ſibi fas eſſe putat ſceleſtus, diu-
„tius peccare, quaſi innoxius diſceſſurus, il-
v. 12. „lud videlicet non intelligens, quod etiam
„poſt longum a perpetrato ſcelere tempus Dei
„ſcientiam non effugiet. Illud vero præſtan-
„tiſſimum bonum pio Dei timore præditum
v. 13. „eſſe: 13. a quo cum impius exciderit, haud
v. 14. „diu ſtultitia ſua abutetur. 14. Peſſima au-
„tem, & falſa opinio per homines plerumque
„graſſatur tum de juſtis, tum de ſceleratis; de
„utrisque enim contraria exiſtimant; nam &
„qui juſtitia præditus eſt, non talis habitus
„eſt, & rurſus impius cordati viri opinionem
„tulit, quem quidem errorem inprimis gravem
v. 15. „eſſe ſtatuo. 15. Quin etiam aliquando ſum-
„mum bonum in cibo, & potu ſitum eſſe judi-
„cavi, eumque Deo chariſſimum, qui toto vi-
„tæ ſpatio his, quam maxime fieri poteſt,
v. 16. „frueretur: 16. ac proinde in nullam aliam
„rem, quam in hanc opinionem incumbebam,
„ut nec noctu, nec interdiu quidquam eorum,
„quæ ad delitias a mortalibus inventa ſunt,
v. 17. „mihi interdicerem: 17. ceterum hoc cogno-
„vi, quod quisquis ſe his rebus inquinaverit,
„nullo quamlibet longo labore verum bonum
„unquam reperiet.

CA-

CAPUT IX.

Impii futuram vitam non credunt.

Vers. 1. „Dum enim homines iisdem re-
dignos habitos esse putabam, ac si quis
iens justitiam studiose coluisset, hic mihi
nem laborem suscipere videbatur. 2. De-
ue unum, eumdemque finem esse arbitra- v. 1. v. 2.
justi, & injusti; 3. nam cum injustus, v. 3.
probus ad eumdem finem opinione mea
tenderent, subibat sinistra quædam cogi-
o, omnes in eadem desinere; nunc vero
spectum habeo, stultorum esse has cogita-
ies, ac imposturas. 4. Qui multis verbis v. 4.
inunt, eum, qui mortem obiit, penitus
rire, ac viventem mortuo præferendum
, etiamsi tenebris obsitus jaceat, etiamsi
ino more vitæ iter traducat supra leonem
rtuum; 5. etenim eos, qui vita fruun- v. 5.
, hos saltem scire, quod morituri sint,
autem, qui vita functi sunt, nihil prorsus
noscere, præmia porro, pœnasque nullas
expletum vitæ cursum proponi: 6. odium v. 6.
per, & benevolentiam erga eos, qui vi-
cum morte commutarunt, finem habere;
um enim tum invidiam, atque æmulatio-
defecisse, tum vitam obscuratam, atque
inctam esse, postremo nullius rei eum par-
pem esse, qui semel ex hac vita migravit.
c error occinens hujusmodi quoque consi-
n porrigit: 7. Heus tu quid facis? Ac v. 7.
delitiis indulges? An non intelligis, tibi
divino munere concedi? Ut arbitrio tuo
ine impedimento fruaris? 8. Quin tu ve- v. 8.
a recens sordibus detersam induis, capite-

v. 9. „que unguentis delibuto, 9. Hanc, atque il-
„illam mulierem cernis, vanamque vitam va-
„ne tranſigis? Nihil enim præter hoc tibi reli-
„quum eſt, nec in hac vita, nec poſt mortem:
v. 10. „10. facito igitur, quæ temere, & ultro oc-
„currunt; neque enim rationem horum quis-
„quam a te exiget, nec hominum facta niſi
„apud homines ullo modo cognoſcuntur: or-
„cus autem, quicunque tandem ille eſt, ad
„quem abire dicimur, ſapientiæ, & ſenſus eſt
„expers. Atque hæc vani homines loquuntur.
v. 11. „11. Ego vero certum habeo, nec eos, qui
„pedum levitate præſtare videntur, magnum
„illum curſum peracturos, nec eos, qui poten-
„tes, & formidabiles apud homines habiti
„fuerint, bellum illud formidabile confecturos.
„Nec vero prudentia in ciborum copia explo-
„ratur, nec ſagacitas quidquam commune ha-
v. 12. „bere cum opibus conſuevit: 12. nec iis gra-
„tulandum puto, qui omnes ad eadem perven-
„turos eſſe arbitrantur; gravi enim ſopore op-
„preſſi mihi videntur, qui res ejusmodi cogi-
„tant, nec ſecum reputant, fore, ut piſcium
„inſtar, atque avium abrepti ſubito pro ſcele-
v. 13. „rum merito pœnas luant. 13. At enimvero
...ientia „ſapientiam tanti facio, ut parvam etiam civi-
...entia „tatem a paucis habitatam, atque adeo a
...ſtat. „magno Rege cum exercitu circumſeſſam ma-
„gnam, & frequentem exiſtimem, ſi vel pau-
„perem unum ſapientem virum civem habeat;
v. 14. „14. hic enim tum ab hoſtium impetu, tum a
„circumvallationibus, & oppugnationibus ci-
v. 15. „vitatem ſuam incolumem tueri poterit: 15. &
„quamvis alii pauperem illum ſapientem non
„agno-

nofcant; 16. ego tamen fapientiæ vires v. 16.
pulari huic potentiæ longe antepono. Ve-
n hic quidem contemnitur fapientia, quæ
n paupertate conjuncta eft, 17. ceterum v. 17.
ftea audietur altiorem vocem edens, quam
ncipes, & tyranni malorum cupiditate fla-
intes; fapientia enim ferro ipfo fortior eft,
. ftultitia autem unius multis periculum v. 18.
erfit, etiamfi multis levis, & contempti-
is fit.

CAPUT X.

Stultitiæ mala.

Vers. 1. „Nam mufcæ in unguentum pro-
fæ, & fuffocatæ indecorum fuavis illius
noris afpectum, & unctionem reddunt, fa- v. 1.
ntiæ autem, & ftultitiæ fimul meminiffe
il convenit; 2. fapiens quippe ad res dex- v. 2.
s, & honeftas fibi ipfi dux eft, ftultus au-
n ad lævas propendet, nec umquam ad
praeclaras duce ftultitia utetur: 3. quin v. 3.
ius quoque cogitationes vanæ funt, ftulti-
oppletæ. 4. Quodfi te, o amice! fpiritus v. 4.
tilis aliquando adortus fuerit, forti animo
ifte, fciens, Deum vel ingentem peccato-
n multitudinem benignitate fua condonare
fe: 5. tyranni autem, patrisque omnis v. 5.
litiæ hæc opera fuerint; 6. ftultum quidem v. 6.
fublime attolli, prudentiæ autem opibus
uentem deprimi, 7. & peccatorum qui- v. 7.
n fervos equis vectos, facrofanctos vero
nines pedibus iter inhonorate facientes
ifpici improbis exultantibus. 8. Quod fi- v. 8.
s alteri infidias moliatur, imprudens fibi

„ipsi primo, & soli insidias struit: qui autem
„alterius securitatem evertit, in serpentis mor-
v. 9. „sum prolabetur. 9. Quin is etiam, qui lapi-
„des extrahit, laborem haud parvum sufferet,
„& qui ligna conscindit, in suimet armis peri-
v. 10. „culum feret. 10. Quodsi forte securis e ma-
„nubrio exsilierit, conturbabitur, qui huic
„operi incumbit, haudquaquam fauste com-
„portans, suasque injustas, & brevi perituras
v. 11. „vires ipsi adaugens. 11. Est vero morsus ser-
„pentis furtivus, ac clandestinus, & nihil so-
„latii afferent incantatores; vani enim sunt;
v. 12. „12. enimvero bonus vir tum sibi, tum proxi-
v. 13. „mis bona operatur: 13. contra stultus inepta
v. 14. „sua loquacitate in pernitiem ruet. 14. Cum
„semel os aperuerit, stulte orditur, & statim
„dicendi finem facit, stoliditatem suam ubivis
„ostendens. Fieri autem minime potest, ut
„homo ea, quæ in principio fuerunt, aut po-
„stea futura sunt, cognoscat, aut ab homine
v. 15. „discat; quis enim erit, qui aperiat? 15. Ho-
„mo, qui in bonam civitatem proficisci nescit,
v. 16. „& oculis, & toto vultu afflictatur. 16. Huic
„autem civitati mala prænuntio, cujus & rex
v. 17. „adolescens est, & principes helluones. 17.
Boni principes qui. „Contra bonam illam terram beatam prædico,
„cujus ingenuus vir regnum tenet, ubi tempe-
„stive bonis fruuntur, qui illic præfecturis, &
v. 18. „dignitatibus ornati sunt. 18. At piger, &
„ignavus domum minuunt, derisores, & scur-
v. 19. „ræ facti, 19. atque ad ingluviem rebus suis
„omnibus abutentes, argento ductiles, exigui
„pretii causa turpiter, & abjecte quidvis fa-
v. 20. „cere sustinentes. 20. Regi autem, & præfe-
„ctis,

, aut proceribus audientem esse convenit,
non ipsis in offensam venire, nec mole-
n ullum verbum in eos projicere; pericu-
ı enim est, ne, quod occulte, ac remotis
itris dictum fuerit, in lucem forte veniat;
:nim soli, & diviti, & magno Regi nuntii
:res omnia perferunt, spiritali simul, &
onali ministerio fungentes.

CAPUT XI.

'ers. 1. „Justum est autem egenti panem, *Eleemosy-*
a, quae ad vitam tuendam necessaria sunt, *na com-*
ertiri; quamvis enim id statim perdidisse *mendatur.*
ɔusdam videaris, quemadmodum si panem *v.* 1.
quam conjecisses, tamen progressu tem-
s nequaquam infrugiferam tibi fuisse be-
centiam comperies. 2. Quin liberaliter *v.* 2.
que elargire, pluribusque tuas facultates
de; non enim tibi notum est, quid tan-
ı postera dies efficiet; 3. nam neque nu- *v.* 3.
copiosam suam pluviam retinent, sed im-
n in terram fundunt, nec arbor perpetuo
, verum etiamsi homines ei pepercerint,
ento certe convelletur. 4. Jam multi, *v.* 4.
a cœlo eventura sint, præscire gestiunt,
deest, qui in nubes intuens, ventumque
:ctans a messe, aut ventilatione abstinue-
re inani confisus, & persuasus, 5. nec *v.* 5.
:m, quæ divinitus futura sunt, quidquam
ıoscens, quemadmodum nec quid mulier
gnans paritura sit. 6. Cum autem se- *v.* 6.
tem tempestive feceris, fructus collige,
e comporta, cum hujus rei tempus ad-

„venerit; incertum est enim, quænam ex
„quæ consita sunt, meliora futura sint. Uti
v. 7. „omnia bene succedant. 7. At enimvero
„quispiam animo reputat, quod & sol pul
„& suavis hæc vita, & bonum, longa
v. 8. „pora in perpetuis voluptatibus explere,
„res horrenda mors, malumque sempitern
„atque in nihilum ducens, faciendum sibi
„set, ut præsentibus vitæ commodis per
v. 9. „tur, 9. atque etiam juvenes admonet
„ætatis flore abutantur, animas suas in
„nem voluptatem laxantes, cupiditatibus
„sequantur, & quæ oblectationem offe
„spectent, & quæ aliter se habent, averse
v. 10. „Ad quem hoc tantum dixerim: 10. p
„sanæ mentis es, o homo! qui Dei judi
„omnia hæc vindicaturum non expectas.
„& flagitiosa est comessatio, & libido, &
„pura corporum nostrorum contumelia
„lens; juventutis enim assecla est stult
„stultitia autem ad exercitium ducit.

CAPUT XII.

Timor futuri judicii.

Vers. 1. „Operæ pretium autem est,
„juvenili adhuc ætate flores, Dei timore a
v. 1. „priusquam malis teipsum tradas, priusq
„veniat dies Domini magnus, & horren
v. 2. „2. Cum jam nec sol splendorem edet, ne
v. 3. „na, nec reliqua sydera; 3. verum supe
„virtutes in illa rerum omnium tempest
„atque tumultu movebuntur, hoc est, A
v. 4. „orbis custodes: 4. ut & viri præpote
„conquiescant, & mulieres operandi finem
„ci

„ciant. 5. In obscuras ædium partes fugien- v. 5.
„tes, januis omnibus clausis, ac mulier quæ-
„dam molæ operam dare ob metum desinens,
„perexili voce instar tenuissimæ oviculæ utetur;
„atque omnes nefariæ mulieres in terram cor-
„ruent, & urbes, & earum magistratus imma-
„nes supernum supplicium expectantes in-
„gruente acerbissimo tempore quasi florente
„amygdala, continuisque pœnis incumbenti-
„bus velut numeroso quodam volantium locu-
„starum agmine, ac de medio sublatis flagitio-
„sis hominibus haud secus, ac nigra quadam
„despicabili capparide. 6. Ac vir quidem pro- v. 6.
„bitate clarus in domum suam sempiternam
„lætus proficiscitur, improbi autem sua omnia
„planctibus implebunt, nec jam argentum re-
„conditum, nec aurum probum utilitatis quid-
„quam habiturum est. Magna etiam plaga
„omnia occupabit ad hydriam etiam usque ad
„fontem aliquem stantem, & rotam vehiculi
„quam in cisternæ concavitate relictam esse
„contigerit: 7. hoc nimirum ablutionem fe- v. 7.
„rente sæculo, & ejus vitæ, quæ per aquam
„comparatur, tempus prætergresso. Homini-
„bus porro in terra jacentibus hæc una salutis
„ratio est, ut eorum animæ eum agnoscant,
„atque ad eum convolent, a quo creatæ sunt. v. 8.
„8. Itaque vane mortales affecti sunt, tanta-
„que est rerum, quæ ab illis excogitantur, va-
„nitas, ut ad earum magnitudinem nihil acce-
„dere possit: 9. Ac mihi quoque supervaca- v. 9.
„neus labor suscipitur, sapienter, & erudite
„concionanti; quippe qui populum hunc doce-
„re aggrediar ita perdite affectum, ut nec do-
„ctri-

„ctrinam, nec curationem admittat. Opus est
„autem viro forti, & generoso, ad hoc, ut
„sapientiæ sermones intellectu assequi queat.
v. 10. „10. Ego vero jam grandis natu in iis, quæ
„Deo grata sunt, per veritatis mysteria exqui-
v. 11. „rendis animum defatigavi: 11. illud autem
„exploratum habeo, animos exstimulari non
„minus sapientum præceptis, quam solent cor-
„pora stimulo, aut clavo perforata. Nonnulli
„autem sapientissima illa documenta a bono
„uno Pastore, & Magistro accepta quasi ex uno
„ore omnes, atque inter se concordes dabunt,
„creditam sibi doctrinam copiosius, & ornatius
v. 12. „exponentes. 12. Ceterum verborum multo-
„rum nulla est utilitas, nec tibi, vir amice!
„auctor fuero, ut ea, quæ minus convenit,
„inutili opera conscribas, ex quibus præter
„inanem laborem nihil commodi percipiatur,
v. 13. „13. Reliquum jam est, ut hujusmodi epilogo
„utar. O homines! en vobis aperte, breviter-
„que denuntio, ut Deum omnium Dominum
v. 14. „timeatis, ejusque præcepta servetis, 14. vo-
„bisque persuadeatis, omnia postea judicium
„subitura, atque unumquemque operum suo-
„rum tam bonorum, quam malorum merce-
„dem pro meritis accepturum.



S. GRE-

S. GREGORII THAUMATURGI EPISTOLA CANONICA

DE IIS, QUI IN BARBARORUM INCURSIONE IDOLOTHYTA COMEDERANT, ET ALIA QUÆDAM PECCATA COMMISERANT.

§. I.

Argumentum.

Ex epistolis S. Gregorii Thaumaturgi una superest inter canonicas Patrum epistolas, & in editionibus Conciliorum pluries excusa, & cuidam Ponti Episcopo incerti nominis inscripta, quam sanctus Pater ea tempestate scripsisse dicitur, qua Boradi, & Gothi inter alias Asiæ provincias Pontum etiam invaserant sub Valeriano Imperatore, quæ proinde anno 258. scripta fuisse videtur, cum Christianorum complures, qui in dictorum Barbarorum captivitatem inciderant, multa, & gravia peccassent, quorum saluti prospiciens sanctus Præsul hos Canones exaravit, qui in Concilio quinisexto *can.* 2. laudantur, & in nova Bibliotheca Patrum a Gallandio adornata una cum scholiis Balsamonis, & Zonaræ editi fuerunt. Et primi quidem decem Canones omnium eruditorum calculis S. Gregorii esse noscuntur, undecimum vero velut suppostititium habent cum Joanne Morino *de pœnit. l.* 6. plures eruditi, cum econtra Natalis Alexander *diss.* 18. *sæc.* 3. sinceritatem ejus acriter propugnet.

§. II.

§. II.

Analysis.

CANON I.

Idolothyta coacte edens, & mulier vi oppressa an peccent.

„Non cibi nos gravant, sanctissime Papa
„captivi ea comederint, quæ, qui in
„dominium obtinent, eis apposuerunt, ma
„me quando una de omnibus fama est, Bar
„ros, qui in nostras regiones incursiones fe
„runt, idolis non sacrificasse; Servator ei
„omnes cibos mundans, *non, quod intrat,*
„quit, *coinquinat hominem, sed quod egredi*
„*Matth.* 15. *v.* 11. Et hoc quoque, quod c
„tivæ mulieres corruptæ fueriut, barbaris
„rum corporibus insolenter abutentibus:
„si prius quoque damnata vita fuerit, pro
„ab oculis abeuntibus fornicatoribus, ut s
„ptum est, fornicarius scilicet habitus est eti
„tempore captivitatis suspectus. Et non op
„tet facile orationibus cum ejusmodi comm
„nicare; sed siquidem aliqua, quæ in sum
„continentia vixerit, & puram, ab omni
„suspicione alienam priorem vitam ostende
„nunc vi, & necessitate ad probrum, cor
„meliamve lapsa fuerit, habemus exempl
„quod est in Deuteronomio *c.* 22. *v.* 26. ado
„scentula, quam homo in agro invenit, &
„vi compressa, cum ipsa dormiit, *nihil faci*
„*non est adolescentulæ peccatum mortis, quia*
„*adolescentula exclamavit, & non erat, qui*
„*opem ferret.* Hæc quidem certe ita se habe

CANON II.

„Gravis est avaritia, & quicunque est avarus, is est a Dei Ecclesia abdicatus. In tempore autem incursionis ausos esse aliquos, tempus, quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus, est hominum impiorum, unde omnes istiusmodi abdicare visum est, ne forte in totum populum ira veniat, & in eos primum, qui præsunt, & non inquirunt; vereor enim, ut ait Scriptura *Gen.* 18. *v.* 23. ne impius justum una secum perdat; *Fornicatio enim*, inquit, *& avaritia, per quæ venit ira Dei in filios inobedientiæ, ne sitis ergo eorum participes &c. Eph.* 5. *v.* 5. *sqq.* Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant, in ipso iræ tempore rursus ad avaritiam convertuntur, lucrifacientes ex sanguine hominum captivorum, interfectorum, quid aliud expectandum est, quam ut avaritia decertantes iram sibi, & universo populo accumulent.

Lucrifacientes ex pauperum sanguine puniuntur.

CANON III.

„Annon ecce Azar Zaræ filius in eo, quod „Deo dedicatum erat, peccavit? Atque hic „unus solus peccavit, sed non solus in suo „peccato est mortuus. Nobis autem, quid„quid non nostrum, sed alienum est, hoc tem„pore lucrum, Deo dedicatum esse existiman„dum est; nam & ille quidem Achar ex præ„da accepit, & ipsi nunc ex præda accipiunt. „Ac ille quidem ea, quæ erant hostium, qui

Deo dedicata non diripienda.

„ve-

„vero nunc ſunt, ea, quæ ſunt fratrum per-„nitioſo lucro lucrifacientes.

CANON IV.

Inventæ res reſtituendæ.

„Nemo ſeipſum ſeducat, neque tanquam „invenerit; neque enim fas eſt ei, qui invenit „lucrifacere; dixit enim Deuteronomium: *Vi-„ſo fratris tui vitulo, & ove errante in via, ne „deſpexeris, ſed ea reſtitutione reſtitues fratri tuo „&c. Deut.* 22. *v.* 1. In Exodo autem non ſo-„lum ſiquis res fratris, ſed etiam inimici inve-„nerit, *reſtitutione*, inquit, *reſtitues ipſa domui „Domini ipſorum. Exod.* 23. *v.* 4. Si autem ab „eo, qui in pace, & in otio delicate vitam „tranſigit, ſive frater ſit, ſive inimicus, non „licet lucrari; quanto magis ab eo, qui rebus „adverſis premitur, & hoſtes fugit, & neceſſi-„tate coactus propria relinquit.

CANON V.

Pro propriis aliena rapere non licet.

„Alii autem ſeipſos ſeducunt, pro propriis „quæ perierunt, aliena, quæ invenerant, de-„tinentes, ut, quoniam Boradi, & Gotthi eis „hoſtilia fecerunt, ipſi ſint aliis Boradi, & „Gotthi.

CANON VI.

Contra eos, qui fugientes ex captivitate detinent.

„De iis, qui captivos ex Barbaris fugien-„tes vi detinent. Denuntiatum autem eſt no-„bis, quidpiam incredibile in veſtra regione „factum eſſe omnino ab infidelibus, & impiis, „quod nonnulli eo inhumanitatis, crudelitatis-„que proceſſere, ut captivos aliquos, qui effu-„gerunt, vi retineant; mitte aliquos in regio-

„nem,

„nem, ne vel fulmina in eos cadunt, qui „haec agunt.

CANON VII.

„Eos, qui inter Barbaros annumerati ſunt, „& cum eis in captivitate invaſerunt, oblitos „ſe eſſe Pontifices, & Chriſtianos, efferati au- „tem, Barbarique redditi, ut & eos, qui ſui „ſunt generis vel ligno, vel ſuffocatione inter- „ficiant, vias autem, vel domos neſcientibus „Barbaris oſtendant, & ab auditione (*divina-* „*rum laudum*) arcere oportet, donec de iis „congregatis Sanctis (*Epiſcopis*) aliquid com- „muniter viſum fuerit, & ante eos ſancto „Spiritui. *Captivi cum Barbaris non latrocinentur.*

CANON VIII.

„Eos autem, qui alienas domos invadere „auſi fuerint, ſi accuſati quidem convicti fue- „rint, nec auditione dignos exiſtimare oportet, „ſi autem indicarint ſeipſos, ac reddiderint, in „eorum, qui convertuntur ordinem ſubſterni. *Alienas domos invadentium pœna.*

CANON IX.

„Eos autem, qui in campo aliquid invene- „runt, vel in ſuis ædibus a Barbaris relictum, „ſi accuſati quidem convicti fuerint, ſint ſimi- „liter inter eos, qui ſubſternuntur; ſin autem „ſe ipſos detulerint, & reddiderint, etiam „precibus digni habeantur. *Inventa detinentium pœna.*

CANON X.

„Eos autem, qui ſervant mandata, abs- „que omni turpi lucro ſervare oportet, nec in- *Inventa ſine pretio reſtituenda.*

„dicii, vel custodiæ, vel inventionis pretium, „vel quocunque nomine hoc appellant, exi„gentes.

CANON XI.

Gradus pœnitentium.

„Fletus, seu luctus est extra portam Ora„torii, ubi peccatorem stantem oportet fideles „ingredientes orare, ut pro se precentur. Au„ditio est intra portam in porticu, ubi oportet „eum, qui peccavit, stare usque ad Catechu„menos, & illinc egredi. Audiens enim, in„quit, Scripturas, & doctrinam ejiciatur, & „precatione indignus censeatur. Subjectio au„tem, seu subtractio est, ut intra templi portam „stans cum Catechumenis egrediatur. Congre„gatio, seu consistentia est, ut cum fidelibus „consistat, & cum Catechumenis non egredia„tur: postremo est participatio Sacramentorum.

S. GREGORII THAUMATURGI IN ORIGENEM PROSPHONETICA, AC PANEGYRICA ORATIO.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Gregorius Thaumaturgus Cæsareæ Palestinæ circa annum Christi 239. scholæ Origenianæ valedicturus orationem in Origenem panegyricam convocata grandi frequentia ipso quoque Origene præsente recitavit, ait S. Hieronymus *de vir. illustr. c.* 65. quam S. Pamphylus M. libris pro defensione Origenis scriptis ad-

adjunxit. Eſt vero hæc oratio omni ſcientiarum genere abundans, & inter veterum opera eloquentiſſima: hoc certo loco Gregorius exquiſite complectitur, quidquid de virtutibus, & vitiis dici poteſt, & quantum ad ſumma fidei capita confirmanda hæc oratio proſit, Maranus *Divin. D. N. J. C. l.* 4. luculenter demonſtravit. Primus eam evulgavit Gerardus Voſſius cum interpretatione Sirmondi Moguntiæ anno 1604. Hanc editionem expreſſit Pariſienſis anno 1621., quam tamen præceſſit Auguſtana anno 1605. ab Hœſchelio cum verſione Rhodomani. Quarta editio prodiit Stutgardiæ anno 1722. a Bengelio emiſſa, ac demum Gallandius in ſua Bibl. PP. t. 3. eamdem orationem evulgavit.

§. II.

Analyſis.

S. Gregorius intermiſſa Rhetori legibus Romanis vacavit.

1. „Octavus jam annus eſt, ex quo nec brevem, longamve orationem ullam ipſe habui, aut ſcripſi, nec alium audivi quemquam vel privatim ſcribentem, dicentemve, vel publice panegyricos ſermones, controverſiasque declamantem præter hosce admirabiles viros, qui pulchram Philoſophiam amplexi ſunt, quibus ſcilicet elocutionis, elegantiæque verborum cura minor eſt, poſtpoſitis autem vocibus res ipſas, ut ſe habent, accurate ſingulas inveſtigare, & enuntiare volunt, non quod alterum illud nolint, ſed quod fortaſſe non poſſint ſacram, ac divinam facultatem propriis explicare ſenten-

„tiis; cogitationi ſiquidem, inventionique re„rum, amicum quodammodo, & concors ope„ris eſt ſilentium, dicendi vero facultatem „haud alibi reperias, quam in verborum aſſi„dua meditatione, ac uſu. Quin etiam & alia „quædam mentem diſciplina vehementer occu„pat, & os linguam plane conſtringit, ſi vel „exiguum quidpiam græca voce eloqui velit: „mirificæ nimirum Sapientum noſtrorum le„ges, quibus omnium nunc, qui Romanorum „imperio parent, res gubernantur, quæ qui„dem Romanorum expoſitæ ſermone admira„bili ſane, atque magnifico, & ad imperii „majeſtatem conformato, ſed mihi gravi ni„hilominus, & difficili ſunt.

tes ex- lentes igenis.

2. „Verum & aliud quiddam eſt, quod „me impedit, ſilentioque uti jubet, argumen„tum nempe, de quo dicere avebam quidem, „ſed cunctari nunc cogor, & hæreo; de viro „enim dicere inſtitui, qui homo quidem eſſe „videtur, & talis apparet: iis vero, qui mag„nitudinem ejus habitus, moresque intueri „poſſunt, majoribus quibusdam ornamentis „inſtructus, ac prope divinis videatur. Nec „vero genus, aut corporis educationem lau„daturus venio, nec robur itidem, ac pul„chritudinem; hæc enim puerorum ſunt enco„mia, quæ utrum pro dignitate dicantur, an „ſecus, minime laborandum; rerum quippe „corruptibilium rationem pertimeſcendo, aut „ſubterfugiendo frigidum, ac futile videretur. „Nunc vero quod in eo eſt vel prope divinum, „vel Deo quam ſimillimum, hujus ego men-

„tio-

ionem facere, & res majores attingere pa-
ans, Deoque propterea gratias agere, quod
nunc mihi virum nancisci concessum sit, cum
hæc, inquam, parvus, & nullo ingenio præ-
litus aggrediar, non immerito cunctor, &
imeo, ac silere potius malo. Ac tua quidem
omnia nec minui possunt, nec contumeliam
pati, o charum caput! nihilque ab humili,
& indigna oratione nostra labefactantur; nos
vero, nescio, quo pacto audaciæ, temerita-
isque nostræ notam declinare possimus, qui
præ amentia tenui, & ingenio, & apparatu
es magnas, ac captum nostrum excedentes
adoriamur. Satis ergo sit, hucusque pec-
casse, vel nunc tandem sapere incipiendum
est, nec oratione longius producta hic desi-
nendum vellem equidem: verum pudoris fi-
nes semel egresso liceat causam prius dicere,
qua ductus in certamen hoc veni, siqua mihi
orsan temeritatis hujus venia concedatur.

3. „Dura mihi, gravisque res ingratus ani- *Gratitudo exhibenda.*
mus videtur; eum enim, qui beneficio affe-
tus sit, si aliter non potest, agendis saltem
verbo gratiis rependere non conari, aut men-
e capti, & sensum beneficiorum non haben-
is est hominis, aut immemoris. Cui vero
& sensus, & cognitio est beneficiorum, nisi
memoriam conservet in posterum, nisi gra-
iam etiam aliquo modo referat bonorum au-
tori, iners ille est, & ingratus, ac impius,
jus criminis reus, quod nec magnus, nec
parvus ignoscat; quippe qui siquidem magnus
st, magna etiam beneficia in ore cum omni

 „gra-

„gratiarum actione, atque honore non gerat: „sin parvus, & despicabilis, non omni tamen „studio laudet, ac celebret non magnorum „sed parvorum etiam munerum largitorem. „Non igitur omnino refugere nos oportet inani „metu, ne gratiæ cum beneficiis non adæquen„tur, sed contra potius audere, atque omnia „conari, ut, si non pares, quos saltem possu„mus honores, rependamus. Quodsi forte „rem omnino non assequamur, partem certe „aliquam pertingat oratio, atque omnimodam „ingrati animi labem devitet. Improbum enim „revera est pertinax silentium plausibili quo„dam velo tectum, quasi nequeat quidquam „pro dignitate pronuntiari, ingenui autem „semper est animi referendæ gratiæ conatus; „quamvis infra merita sit facultas ejus, qui „gratiam refert. Esto igitur mea hæc oratio „eucharisteria, hoc est, gratiarum actionis. „Erga Deum sane universorum dicere non au„sim; quanquam ab illo quidem omnia nobis „bonorum initia sunt, ab eo item nos agenda„rum gratiarum, & hymnorum, ac laudum „primordia ducere oportet. Sed ne siquidem „me totum ab omni labe alienum offeram, „dignum tamen ullum in compensationem om„nium auctori munus attulerim, quem nec „privatim singuli, nec simul vniversi digne un„quam venerari, ac laudare queant.

s... stus dig- gra- agit. 4. „Sed nos laudationes quidem, & hym„nos in omnium regem, & moderatorem „perennem fontem omnium bonorum, ei, qui „& in hoc ipso infirmitatem nostram sanat, &

„quod

„quod deest, explere solus potest, relinqua-
„mus, Præsidi, inquam, animarum nostrarum,
„ac Salvatori, primogenito ejus Verbo om- *Christi*
„nium Conditori, & Gubernatori. Ipsi soli *Divini*
„pro seipso, & pro omnibus privatim, ac uni-
„versis facile est, assiduas gratias agere, quia,
„cum sit ipsa veritas, & ipsa Patris universo-
„rum & sapientia, & potestas, ad hæc & in
„ipso, atque cum ipso vere, atque omnino
„conjunctus nullum est periculum, ne vel per
„oblivionem, vel insipientiam, aut præ imbe-
„cillitate aliqua, aut siquis ab eo sejunctus,
„& alienus esset, vel assequi laudationis mo-
„dum nequeat, vel ut assequatur quidem, vo-
„lens tamen Patrem sua laudatione destituat,
„cum ei soli sit in promptu perfectissime omnes
„congruentium illi laudum numeros adimple-
„re, quem ipse omnium Pater unum secum fa-
„ciens per ipsum tantum non sese ipse circum-
„ambiens æquali usquequaque cum sua virtute
„quodammodo honoret, & honoretur: quod
„quidem primus, solusque ex omnibus sortitus
„est, unigenitus ejus, qui in ipso est, Deus
„Verbum: reliqui autem omnes ita duntaxat
„grati esse possumus, si in eo solo pro omni-
„bus in nos a Patre profluentibus bonis omnem
„dignæ gratiarum actionis conatum offeramus,
„unam pietatis viam hanc esse confitentes, si
„omnium memoriam per ipsum Conditori, at-
„que Auctori omnium dedicemus. Quamob-
„rem perpetua illa providentia dignus ille, at-
„que ad gratiarum actiones sufficiens perennis
„sermo concedatur, ut, qui perfectissimus, ac
„vivens, & ipsius primæ mentis animatum

„Verbum exiſtit, noſter vero hic ſermo ſacro „huic Viro uni inter omnes mortales potiſſi- „mum euchariſticus eſto: ac ſiquid altius de „iis, qui non cernuntur, divinioribus, & ho- „minum curam gerentibus loqui velim, huic „etiam, qui me a puero regendum ſortitus eſt „ſacer Angelus Dei, qui, cum in ceteris om- „nibus bonus ſemper curator meus fuerit, præ- „ter alia omnia conjungi me cum hoc viro, & „cum eo verſari fecit, hunc ipſum mihi a pri- „mo ortu, & educatione divinitus procurans. „Quonam autem pacto quamvis multa paſſim „præteriens pauca ſummatim referre velim?

Angelus cuſtos.

Gregorii vita usque ad Origenis diſcipulatum.

5. „Prima enim educatio ab ortu ipſo ſub „parentum cura fuit, & patrii mores erronei, „a quibus liberatum iri me, neque mihi ſpes „ulla erat puero adhuc & rationis experti ſub „patre ſuperſtitioſo. Secunda deinde eſt pa- „tris amiſſio, quæ mihi fortaſſe cognoſcendi „veri initium fuit; tunc enim primum ad ſalu- „tare, verumque Verbum tranſii, neſcio quo „pacto, coactusne potius, an volens; quod- „nam enim judicium mihi erat quatuordecim „annos nato? Viſum eſt autem ei, quæ ſola „ex parentibus ſuperſtes curam noſtri gerebat „matri, ut aliis imbutus literis, quibus pueri „ſolent non obſcure nati, aut educati, ad „Rhetorem etiam accederemus, tanquam Rhe- „tores futuri. Et quidem frequentabamus, „Rhetoresque nos brevi futuros dicebant, qui „ita judicabant. Sed pervigil ille divinus Pæ- „dagogus, verusque Curator nec domeſticis „cogitantibus, nec me ipſo deſiderante adfuit,

„cui-

iidam suggerens ex meis magistris, qui Ro-
ianam linguam docere me jussus erat, au-
or mihi fuit, ut Romanas leges addiscerem,
go vero parui ultro potius gratificandi stu-
io, quam quod artis ejus amator essem, qui,
ım auditorem me suscepisset, studiose do-
ere me cæpit. Postquam autem volens no-
ns his legibus eruditus fui, mox injectum
t quasi vinculum quoddam, & occasio, ad
as oras veniendi, civitas Berytiorum, ea
ero non procul hinc sita civitas est juris Ro-
ani, harum legum communis schola, & au-
torium. Sacrum vero hunc virum Orige-
em ab Ægypto ab Alexandrinorum urbe, in
ua domicilium prius habebat, in hunc lo-
ım veluti nobis occursurum res aliæ trahe-
int: verumtamen nondum mihi huc venien-
., & cum viro congrediendi causa adeo ne-
essaria erat, qua possem per leges nostras ad
omanorum civitatem proficisci. Quo ergo
ndem modo id concessum est? Affinem
ieum sororis meæ virum, Palæstinæ tum
æses assumens repente, solumque, & invi-
ım a conjuge avellens huc abduxit, admini-
rationis ejus curas participaturum; jurispe-
tus enim erat: qui una cum ipso profectus
torem, a qua separari se ægre ferebat, haud
ulto post evocatam recepturus, & nos cum
a simul attracturus discessit. Statim ergo
iles adfuit cum mandatis, ut nos deduceret
ratificaturos utique affini, sed multo magis
rori cognatis hortantibus, & non exiguum
uoddam operæ pretium fore contendenti-
us, si ad Berytiorum urbem legum ibi stu-

„dia peracturi veniremus. Arcana autem, „veriora, communicatio cum hoc viro Or„ne, vera Verbi per ipsum cognitio, & „ctrina, animarum nostrarum utilitas, ad„lutem nos cæcutientes quidem, sed ta„salutari consilio ducebat. Quare divinus „dam viæ comes Angelus tradidit nos hon„qui omnem, quæ adhiberi poterat, provi„tiam, curamque esset expleturus.

Gregorius ab Origene ad salutaria studia persuadetur.

6. „Ille vero susceptos a prima die pri„pio, ceu feras quasdam agrestes elabi, & „fugere conantes, & secedere ab eo Bery„versus, aut in patriam cogitantes, omi„retinere studuit, omnia verborum genera „vens: hinc Philosophiam, ejusque amat„multis laudibus prosequens, eos solos vi„rationis usu præditis congruentem agere „cens, qui eam recte instituere conentur, „seipsos primum nosse, quinam sint, dei„vera bona, quæ persequi hominem decet, „vera mala, a quibus refugere oportet: ill„ignorantiam, ignorantesque omnes, quor„maxima est turba, vituperans, quotquot „cudum ritu mente cæci ne hoc quidem, q„sunt, intelligunt, & quasi ratione carere „aberrantes bonum, malumve quid sit, „scientes ipsi prorsus, nec discere satagen„qui tanquam ad bonum, ad pecunias, & „riam, ac vulgi honores, corporisque val„dinem stolidi rapiuntur, hæc videlicet ma„aut omnium potius instar habentes, artes „eas, quibus parari hæc possunt, & ex „generibus illa, quæ talia suppeditant, r

[ca]trem, forensem, legum studium, ac disciplinam: hæc sunt, ajebat, quæ nos ignavos maxime reddunt, rationem, quæ dominari in nobis debet, aspernantes. Hujus quidem sermone tanquam jaculo quodam a prima ipsa ætate confixi sumus; erat enim suavi gratia, & suadela quidem, ac necessitate quadam conditus. Ceterum fluctuantes adhuc philosophari quidem ambientes, nondum tamen omnino persuasi, discedere porro nescio quomodo non valentes, ut, qui semper tanquam majoris cujuspiam necessitatis impulsu ad ipsum ejus sermonibus rapiebamur; non enim pium omnino esse posse affirmabat, qui philosophatus non esset, quoad tandem multos id genus ex aliis alios sermones instillans nos velut fascino quodam sermonibus suis divina vi quadam constabilivit, & juxta se immobiles tenuit. Velut ergo scintilla quædam mediam animam invadens accendebatur, & inflammabatur, tum erga ipsum sacrum Verbum amabilissimum, tum erga virum hunc ejus amicum, & interpretem amor, quo vehementissime ictus res omnes, ac disciplinas quæ congruere nobis videbantur, tum ceteras, tum ipsas egregias leges meas ut spernerem, mihi persuasi: quin & patriam, & propinquos tum præsentes, qui aderant, tum eos, a quibus discesseram, unumque mihi optabile videbatur, Philosophia, ejusque Magister, Vir hic divinus: *Et conglutinata est anima Jonathæ animæ David.* 1. *Reg.* 18. Libera siquidem res est anima, & ibi esse prima ratione, ac natura sua consuevit, ubi mens *Anima libera.*

„fue-

"fuerit; secunda vero ratione illic a te fi
"tur, ubi esse voluerit.

Gregorius ab Origene Logicam discit.

7. "Ceterum cum ita nos ab initio cep
"quasi rustica quadam arte sua lustrans no
"solum, quæ oculis patent, sed altius
"diens, & intima pertentans, interrogans
"proponens, respondentesque audiens, ut
"novit aliquid non infrugiferum in nobis
"tum subigere, invertere, irrigare, o
"movere, sedulo exercere nos cepit, s
"quidem, ac tribulos, & genus omne a
"stium herbarum, & stirpium, quotquo
"xurians, & silvescens anima nostra tu
"profundebat, penitus resecans reprehen
"do, prohibendoque, nunc Socratico m
"sciteque admodum nos perstringens, 1
"etiam oratione sua nos prosternens, s
"nos fræno reluctantes tanquam feros q
"dam equos extra viam exilientes vide
"quoad persuasione quadam; atque necessi
"velut fræno suo nos sermone quietos, sib
"obsequentes reddidit. Ac molestum id qui
"nobis principio accidit, cum rationi non
"parere edoctis sermones suos admoveret
"expurgaret: ut vero nos rite ad excipie
"veritatis sermones præparavit, paradoxa
"omnino incredibilia nobis visa, & pro i
"rejecta, postea investigantibus nobis acc
"tius omnium verissima, omnique except
"majora cognita sunt. Hunc igitur in mo
"pars animæ nostræ, quæ circa voces,
"monemque judicium exercet, secundum
"tionem erudiebatur, non juxta egregic

ıetorum judicia, ſiquid Græcanicum, aut ırbarum voci inſit, exilem illam, & non ceſſariam diſciplinam, ſed hanc omnibus minibus apprime neceſſariam; ſiquidem nnibus de quacunque re ſermo inſtituatur, ræ eſt, ac ſtudio, non decipi.

8. „Neque hanc ſolam partem, quam Dia- ſtica corrigendam ſola ſortita eſt, ſed humi- m ſane illam viciſſim animi noſtri partem, ıa ad ſapientiſſimum mundi opificium obſtu- ſcimus ſine ratione, ac præ timore conſter- ımur, ut, qui belluarum more ratiocinari hil novimus, erigebat naturalibus aliis di- iplinis, ſingula, quæ in rerum ſunt natura, clarans, ac diſtinguens, & perſpicua ora- ne in prima ſua elementa revolvens, con- rſiones quoque rerum multiformes, atque ıtationes ediſſerens, quoad animis noſtris cræ totius univerſi diſpenſationis, abſolu- ſimæque naturæ admirationem injecit. Hic mirum illa eſt ſublimis, ac divina diſcipli- , quam omnibus amabiliſſima docet Phy- logia. Quid nunc eſt ſacras mathematicas mmemorare? Geometriam omnibus cha- m, atque indubitatam, & Aſtronomiam ſu- rna pervagantem? Quas ſingulas animis ſtris docens inſculpebat.

Phyſicam, Geometriam, & Aſtronomiam diſcit.

9. „Quod vero omnium eſt multo maxi- ıum, cujusque gratia laborat gens tota Phi- loſophorum, ex varia reliquarum omnium ſciplinarum conſitione bonos fructus colli- ens divinas morum virtutes, ex quibus tran- „quil-

Ethicam addiſcit.

„quillus animi ſtatus exiſtit. Atque hæc
„bat, ac agebat ille tum ſermonibus pr
„manſuefacientibus, ac doctis, quod de
„ribus, vitæque noſtris modis habebat,
„etiam factis quodammodo regebat im
„noſtros, ipſa ſcilicet motionum, perturl
„numque contemplatione, atque cognition
„qua potiſſimum componi mens noſtra
„& ad rectum, moderatumque ſtatum ex
„fuſo transferri, ut tanquam in ſpeculo ſei
„intuens, initia malorum, & quod a ra
„alienum in ea eſt, unde abſurdæ in nob
„fectiones exurgunt, rejiciat, ac profligi
„cipientibus adhuc occurrens, ac ne mini
„quidem creſcere ſinens, ſed e veſtigio
„mens: quæ vero ex meliore bona naſcu
„hæc alat, & foveat, incipientia lactans,
„ad perficiantur; ſic enim animæ tandem
„naſci divinas virtutes: prudentiam, quæ
„ipſos animi motus diſcernere prima poteſ
„bonorum externorum, malorumque, ſ
„in nobis ſunt, ſcientia: & temperanti
„quæ in eorumdem initiis recte eligendi
„habet: & juſtitiam, quæ apta, & con
„ubique tribuit, & horum omnium conſ
„tricem fortitudinem. Non autem iſte
„de virtutibus verbis ſolum diſſerebat, ſe
„opera potius incitabat, & incitabat ope
„magis, factisque, quam verbis.

Origenes exemplo virtutes docet.

10. „Hic ergo me primus, ac ſolus
„Græcorum Philoſophiæ operam darem,
„tatus eſt ſuis ipſius moribus, ut morum
„ctrinam & diſcerem, & amplecterer pe

„

is, a multis nos vitae curis, forensique stre-
u penitus abducens, & nos ipsos circum-
ciendos, ac vere ad res nostras agendas
ollens: hoc nimirum esse, juste agere, &
nc veram esse justitiam priscorum etiam
ilosophorum nonnulli affirmarunt, vitam
vatam ad beatitudinem & sibi ipsis, & aliis
mmodiorem, atque utiliorem esse affirman-
; siquidem hujus est virtutis, pro meritis
suum cuique tribuere. Quid enim aliud
imae proprium sit, aut quid tam congruum,
gnumque, quam seipsam curare, non alie-
tractantem, neque maximam sibi ipsi in-
iam facientem, sed intro ad sese conver-
m sua sibi reddentem? Sic igitur ille justa
ere vel coactos nos docebat. Prudentiam
ro nihilo secius, secum esse, & seipsos nosse
lle, & conari. Hoc nimirum praeclarissi-
m Philosophiae munus, & officium, quod
estantissimo daemonum vati ut sapientissi-
m praeceptum tribuitur: *Nosce te ipsum.*
c revera munus esse prudentiae, cum ani-
ipsa seipsam videre satagit, & divinam
ntem, si tali conjunctione digna sit, in se
raesentet, & viam quamdam verbis inex-
cabilem, ut ad hoc divinae naturae consor-
m pervenire possit, investiget. Pari au-
n modo & temperanter vivere, & fortiter:
nperanter quidem, hanc ipsam animae se
am cognoscentis, si quando id ei contin-
t, prudentiam conservando: fortiter vero
praedictis omnibus muneribus persistendo,
c ab illis vel sponte, vel vi ulla deflecten-
, sed omnia, ut dicta sunt, mordicus ob-
rvando. 11.

Virtutes cardinales pietas omnium initium.

11. „Et fane juftos nos, & prudentes, aut „temperantes, fortesque nos præ ignavia no„ftra reddere nondum potuit, amatores autem „nos jam dudum fecit admirandus hic virtu„tum amicus, & ante omnia pietatis, quam „parentem virtutum merito appellant. Hæc „fiquidem eft initum, finisque omnium virtu„tum; ab hac fi incipiamus, facillime nobis „etiam reliquæ virtutes accrefcent: fi quod „hominem unumquemque, qui modo impius „non fit, parare fibi oportet, ut amicus, fa„miliarisque fit cum Deo.

Theologiam quomodo docuerit Origenes.

12. „Jam præter omnem induftriam, ac „ftudium, illud, quo in Theologiæ doctrina „nobis inftituendis eft ufus, quibus verbis elo„qui poffim? Quo apparatu omnes de Deo fer„mones, atque fententias edifcere nos vellet, „fedulo cavens, ne uspiam in re omnium ma„xime neceffaria, hoc eft, in primæ omnium „caufæ cognitione periclitaremur. Philofo„phari igitur nos ita jubebat, ut omnia, quot„quot extant, veterum tum Philofophorum, „tum Poetarum fcripta colligentes nihil omni„no rejiceremus præter ea, quæ Atheorum „effent, qui a communi hominum fenfu difce„dentes Deum aut providentiam effe negant; „hæc enim nequidem digna effe, quæ legan„tur, ne qua forte re inquinaretur nobis ani„mus, qui, cum pietatem colere debeat, fer„mones audiat divino cultui repugnantes: re„liqua vero fcripta ita legi oportere, ut nec „genus ullum, aut fermo eruditus præferatur, „neque contra rejiciantur, five Græcus, five

„Bar-

„Barbarus, five omnes audiantur. Sapienter „id prorfus, & appofite, ne fcilicet una quæ„piam horum, illorumve fententia audita, & „in pretio habita, quamvis vera non fit, tan„quam vera fola effet, fi femel in animum no„ftrum irrepferit, decipiat, fibique nos vendi„cans fic afficiat, ut ab ea difcedere non poffi„mus. Vehemens enim, & volubilis quædam „res eft hominum oratio varia fophismatibus, atque fallaciis, ut, cum animum fubierit, menti cito, quæ velit, ingerat, & quos femel occuparit, his, ut ipfam pro vera colant, omnino perfuadeat.

13. „Neque igitur quisquam ex veteribus, ullum ex recentioribus, aut ex Peripateticis ad fe fequendum, fuamque Philofophiam amplectendam allicere conatus eft, nec econtrario, nec ullus ullum; nemo enim facile adducitur, ut fententia mutata alienis affentiatur. Porro hæc cum in ceteris rebus fe„ctatores fallant, tum vero in re omnium ma„xima, ac neceffaria, in Dei cognitione, at„que pietate. Nobis ergo ne idipfum, quod „imperitæ multitudini eveniret, ad unicum „nos philofophicarum opinionum genus non „admovebat, nec in eo confiftere finebat, fed „per omnia ducebat, nullius nos Græcanici „dogmatis ignaros effe permittens: ipfe au„tem fimul incedens præibat, manuque du„cens tanquam in via fiquid usquam flexuo„fum occurreret, aut infidum, & ad fraudem „compofitum, velut peritus artifex, cui ex „longo ufu, atque exercitatione philofophandi „nihil infolens fit, & inexpertum, & fublimis

Ethnicorum libri caute legendi.

„ipſe in tuto manet, ac manum aliis porri„gens, velut qui demergantur, extrahendo „ſervat. Ita quidquid apud ſingulos Philoſo„phos utile, ac verum erat, deligens, nobis„que apponens, quæ vero falſa, ſecernens „tum alia, tum maxime, quæ hominum pro„pria ſunt ad pietatem.

[S]ignis [ex]cellentia [in] inter[pr]etatio[ne] S.Scri[ptu]ræ.

14. „Et horum quidem, ut nihil attende„remus, ſuadens, ſed ut uni Deo operam da„remus, ejusque Prophetis, ipſe Prophetarum „interpretem agens, & explanans, quidquid „usquam obſcurum, & ænigmaticum erat, „qualia ſunt in ſacris literis permulta, ſive ita „Deo libeat cum hominibus agere, ne indig„nam animam, cujusmodi multæ ſunt, nudus „divinus ſermo ſubeat, ſive quod apertiſſimum „quidem ſit omne oraculum divinum, ſed no„bis, qui a Deo receſſimus, & audire propter „tempus, & antiquitatem deſuevimus, obſcu„rum habeatur. Hæc vero ille non aliter „enuntiat, quam ex divini Spiritus communi„catione; eadem enim vis Prophetis, & Pro„phetarum auditoribus eſt opus, nec Prophe„tam capere quis poſſit, cui Spiritus idem, „qui prophetavit, ſermonum ejus intelligen„tiam non dederit. Quod quidem donum ma„ximum hic divinitus acceptum habet, ut Dei „ſermonum interpres ſit apud homines, & ho„minibus, ut homines percipiant, enarret. „Quare nihil nobis indictum, quin omnia per„diſcere dogmata licebat, & Barbarum, & „Græcum, & myſticum, & civile, & divi„num, & humanum cum omni libertate cun„cta obeuntibus, atque ſcrutantibus, ut omni-

„bus

is expleremur, & animi bonis affatim per-
ueremur, atque ut paucis dicam, hortus
iidam nobis revera erat, magni illius para-
si Dei similitudinem referens, in quo non
rram quidem colere hanc inferiorem, nec
orporis alimentis pinguescere, sed solas ani-
i opes, quasi speciosas quasdam arbores,
el a nobis ipsis plantatas, vel ab omnium
uctore nobis insitas augere cum lætitia con-
essum est.

15. „Hic vere paradisus voluptatis, hæ *Gregorius discessum suum lamentatur.*
ræ deliciæ, quibus elapso hoc tempore ob-
ßtati sumus, at exiguo, si nobis hinc mi-
antibus finis hic erit; nescio enim, quo
eo infortunio, aut peccato iterum discedo,
pellor: quid dicam, nescio, nisi quod sicut
ter Adam extra paradisum loqui cæpi. Fi-
um quemdam ferunt accepta a Patre sorte
gitima sponte sua a Patris consortio ab-
essisse in regionem longinquam, ibique pa-
rnas facultates penitus dissipasse, tandem
ro pœnas intemperantiæ vitæ luit, qui pro
terna mensa splendida porcinas serviles
cas commutarat. Tale quiddam nobis even-
rum discedentibus videtur. Excipient si-
iidem nos tristissima omnia, turbæ pro pa-
e, & inquieta vita pro tranquilla, pro liber-
ite hac servitus gravis, ac deliciæ, otium-
ue deinceps nobis ad meliora nullum erit.
Iostes quondam ferunt sacram civitatem ag-
ressos, ejus incolas tum cantores, tum Theo-
ogos in Babyloniam captivos pertraxisse,
os vero, dum ibi detinerentur, ne rogatos
uidem a dominantibus Dei laudes cantare

„voluisse. 4. *Reg.* 24. Unus ego ex eorum nu„mero esse mihi videor ab hac sacra urbe vi „pulsus, ubi noctes, diesque divinæ leges nun„tiantur, captivus in alienam terram rapior, „ubi lutea opera tractabo.

16. „Sed quorsum hæc lamentor? Est ad„huc Salvator omnium, Curator, ac Medicus „Verbum: sunt & nobis semina, quæ habere „nos docuisti, & præclara monita, atque præ„cepta, quibuscum discedimus: fortasse ergo „conservabit nos præses custos, fortasse iterum „ad te revertemur afferentes ex seminibus fru„ctus, & manipulos corruptos quidem facul„tate vel infrugifera, vel malæ alicujus frugis, „sed non amplius apud nos corrumpendos.

17. „Mihi ergo hoc in loco desinat oratio. „Tu vero exurge, o carum caput! & bene pre„catus jam nos dimitte, qui præsentes sacris „tuis disciplinis servasti, serva etiam precibus „abeuntes. Continuo redde, ac trade, sed „redde potius ei, qui ad te nos perduxit Deo, „gratias inprimis agens pro iis, quæ nobis ob„tigerunt, orans deinde, ut etiam in posterum „ubique præsens nos dirigat, menti nostræ sua „mandata suggerens, divinumque nobis timo„rem suum optimum Pædagogum immittens; „non enim eadem, qua apud te libertate etiam „digressi obediemus illi. Ora, ut & consola„tionem aliquam ab eo capiamus, quando a „te destituimur, ductoremque bonum mittat, „comitem Angelum. Pete autem, ut & redi„re nos faciens iterum ad te ducat, quod unum „maxime nos consolabitur.

S. DIO-



S. DIONYSII
EPISCOPI ALEXANDRINI OPERUM FRAGMENTA.

§. I.
De Gestis, & Scriptis S. Dionysii.

Post Scripta S. Gregorii Thaumaturgi in Bibliotheca Patrum D. Gallandii, S. Pontii aconi opusculum de vita, & passione S. Cyiani occurrit, quod utpote mere historicum nittimus, & ad Scripta S. Dionysii Alexanini pergimus, qui illustri genere Alexandriæ tus, Origenis discipulus, Scholæ Alexaninæ post Heraclam moderator, eidem in Epiopatu Alexandrino anno 247. successit tertio iilippi Imperatoris anno. Unus fuit ex do-ssimis sæculi illius Episcopis, qui undique rebus Religionis consultus multas epistolas ipsit, plurima opera adversus hæreticos, & nnullos de Theologia, & Disciplina tractas. Omnium ejus operum catalogum texit S. ieronymus *de vir. ill. cap.* 49., & Eusebius storiam suam multis ex eo locis depromptis ustravit. At nullum fere horum operum ingrum extat, fragmenta nobis solum supernt, quæ in duas partes dividit laudatus Galadius, in prima exhibentur fragmenta ex iobus libris de promissionibus adversus Nepom Episcopum in Ægypto. Ex libris de na-

tura adversus Epicureos. Ex libris adversus Sabellium. Ex quatuor libris ad Dionysium Romanum Pontificem, seu ex opere inscripto Elenchus, & Apologia. Epistola canonica ad Basilidem. Pars secunda continet fragmenta ex epistola ad Domitium, & Dydimum. Ad Novatianum. Ad Fabium Episcopum Antiochenum. Ad Cornelium Papam. Ad Stephanum Papam. Ad Xystum II. Papam. Ad Philemonem Presbyterum. Ad Dionysium Papam. Ad Xystum II. Papam. Adversus Germanum Episcopum. Ad Hermammonem. Ad Alexandrinos. Ad Hieraclem Episcopum in Ægypto. Ex epistola IV. festali. Obiit S. Dionysius post varias persecutionum procellas superatas circa annum Christi 265.

§. II.

S. DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI OPERUM FRAGMENTA.

PARS I.

EX DUOBUS LIBRIS DE PROMISSIONIBUS ADVERSUS NEPOTEM EPISCOPUM IN ALEXANDRIA.

Argumentum.

Certus quidam Nepos Episcopus Ægyptius Millenariorum errorem in quodam libro sub titulo: Allegoristarum refutatio, ex Apocalypsi confirmabat: eum S. Dionysius primum viva voce confutavit, deinde adversus eum duos

uos libros de Promissis divinis scripsit, in uorum primo sententiam suam de hac quæ- ione exposuit, in altero vero Nepotis obje- iones solvit. Eusebius *hist. l.* 7. *c.* 28. magna orum librorum fragmenta refert, ex quo se- uentia desumpta sunt.

§. III.

Analysis.

„Quoniam librum quemdam proferunt „Nepotis, quo quidem magnopere iituntur, quasi in eo certissimis argumentis lemonstratum sit, regnum Christi in terris uturum: in plurimis quidem aliis rebus lau- lo Nepotem, ac diligo tum propter fidem, um ob diligentiam, & studium Scriptura- um, postremo ob Psalmorum cantus multi- lices, quibus plerique ex fratribus etiam- ium magnopere delectantur: sed veritatem nagis diligo; etenim ea quidem, quæ recte licta sunt, absque invidia laudare, atque robare debemus, siquid vero secius scriptum st, id examinari a nobis, & corrigi decet. Quodsi præsens adesset, sufficeret fortasse sim- lex colloquium; verum cum in publicum ditus sit liber, cujus doctrinam quasi mag- ium aliquod, & arcanum Sacramentum ven- litant, & simpliciores quosdam ex fratribus ıostris nihil sublime de glorioso adventu Do- nini nostri, nec de resurrectione nostra sen- ire patiantur, sed levia quædam, ac morta- ia, & qualia nunc homines spectare solent, n regno Dei cogitare jubeant: necesse est,

Nepotis liber pro Millenariis.

„ut adversus fratrem meum Nepotem quasi „præsentem disputationem instituam.

ctor li- Apo- ypsis.

2. Quia vero errorem Millenarii in terris regni Nepos ex testimoniis Apocalypseos potissimum constabiliebat, S. Dionysius hoc ejus fundamentum ita refutat: „Nonnulli quidem „ex iis, qui nos præcesserunt, librum hunc „repudiarunt, singula ejus capita refellentes, „eumque absque ullo sensu, & ratiocinatione „scriptum esse monstrantes: adhuc inscriptio„nem libri falsam esse dicunt; neque enim au„ctorem ejus esse Joannem, sed neque eam re„velationem esse; quippe quæ tam crasso igno„rantiæ obducta sit velo, & non modo Apo„stolorum neminem, sed ne ullum quidem e „sanctis, & ecclesiasticis viris hujus libelli con„ditorem fuisse affirmant; Cerinthum enim, „qui nominis sui sectam conflavit, Joannis ti„tulum operi suo indidisse. Quippe hanc Ce„rinthi opinionem fuisse, regnum Christi ter„renum futurum, & in iis maxime rebus, „quas ipse, utpote voluptatibus corporis dedi„tus, præcipue concupiscebat, hæsurum. Ego „vero librum illum rejicere omnino non ausim, „præsertim cum multi ex fratribus eum magni „faciant, sed hujusmodi de illo opinionem „concipiens quasi sensus mei modum excedat, „arcanam quamdam, planeque admirabilem „singularum rerum intelligentiam latere exi„stimo.

annes Auctor oca- fis.

3. Post hæc integro Apocalypseos libro examinato, postquam aperte ostendit, eum jux-

juxta obvium verborum sensum intelligi non posse, hæc subjicit: „Absoluta demum univer-„sa prædictione sua Propheta beatos pronuntiat „tum eos, qui eam servaverint, tum seipsum: „*Et ego ipse Joannes. Apoc.* 22. Joannem igi-„tur hunc vocari, & librum a Joanne scriptum „esse non inficior. Fateor enim, sancti cujus-„dam, & divino Spiritu afflati viri id opus „esse, sed hunc ipsum esse Apostolum Zebedæi „filium, Jacobi fratrem, cujus est Evangelium „illud, quod secundum Joannem inscribitur, „& epistola catholica, haud facile concesserim; „nam ex utriusque genio, & forma loquendi, „& ex libelli totius ductu, & dispositione non „unum, eumdemque Scriptorem esse conjicio. „Quippe Evangelista quidem nullibi nomen „suum adscribit, at ille, qui revelationem scri-„psit, in ipso statim exordio nomen suum præ-„figit, imo nec in catholica sua epistola, ne-„que in secunda, & tertia, quæ Joanni vulgo „adscribuntur, Joannis vocabulum prostat.

4. „Sed quisnam ille fuerit Joannes, incer-„tum; neque enim seipsum esse dixit, sicut in „Evangelio sæpius dicitur, discipulum illum, „quem dilexit Dominus, aut illum, qui supra „pectus Domini recubuit, aut fratrem Jacobi, „aut illum denique, qui Dominum vidit, at-„que audivit; aliquod enim horum certe di-„xisset, si seipsum liquido voluisset ostendere, „sed horum quidem nihil profert, fratrem ve-„ro duntaxat, & consortem nostrum sese ap-„pellavit, & testem Jesu, beatum denique ob „visam, atque auditam revelationem. Ac plu-

„rimos quidem fuisse opinor Joanni Apostolo „cognomines, qui propter singularem erga il„lum benevolentiam hoc cognomentum ada„maverint. Est autem alius Joannes in Acti„bus Apostolorum cognomento Marcus, quem „Barnabas, & Paulus comitem sibi adjunxe„runt. *Act.* 13. *v.* 5. An hic sit, qui revelatio„nem scripsit, non liquet; neque enim una „cum illis in Asiam venisse perhibetur. Alium „igitur esse censeo, unum scilicet eorum, qui „in Asia versati sunt; duo enim apud Ephesum „sepulchra fuisse traduntur, utrumque Joannis „nomine insignitum.

5. „Ex sententia quoque, & ex verbis, „eorumque collocatione facile conjicitur, hunc „ab illo diversum fuisse; nam Evangelium, & „Epistola sibi mutuo consonant, & eodem or„diuntur modo: Apocalypsis vero ab his pror„sus aliena est, & contraria. Sed neque Epi„stola; de Evangelio enim nihil dico, mentio„nem ullam, aut significationem facit Apoca„lypseos, cum tamen Paulus in epistolis non„nihil de revelationibus suis indicaverit, quas „quidem ille in proprium volumen non retulit. „Præterea ex dictione ipsa conjici potest, quan„tum Evangelium, & Epistola differant ab „Apocalypsi; nam illa quidem non modo „emendate, verum etiam cum summa elegan„tia tum in verbis, tum in augmentationibus, „& in tota orationis compositione perscripta „sunt; tantum abest, ut barbarismus aliquis, „aut solœcismus, aut denique idiotismus quis„piam in illis deprehendatur; utroque enim

„præ-

„præditus erat Evangeliſtes, ſermone nimi„rum, ac ſcientia, cum hæc duo ipſi Dominus „conceſſiſſet, ſcientiam ſimul, & eloquentiam: „illum vero revelationem quidem vidiſſe, & „ſcientiam, ac futurorum prædictionem acce„piſſe non inficior, verum dictionem ejus non „admodum græcam animadverto, ſed barba„riſmis, atque interdum ſolœciſmis inquina„tam, quos quidem in præſentiarum excerpere „haudquaquam neceſſe eſt; neque enim ſub„ſannandi animo hæc a me dicta eſſe quisquam „exiſtimet, ſed potius eo conſilio, ut utrius„que ſcripti diſſimilitudinem expenderem.

S. DIONYSII ALEXANDRINI FRAGMENTA

EX LIBRIS DE NATURA ADVERSUS EPICUREOS.

§. I.

Argumentum.

Scripſit S. Dionyſius libros contra Epicureos ad juvenem quemdam Timotheum contra Epicureos, in quibus eorum errorem de Providentia Dei refutavit. Perierunt hi libri exceptis nonnullis fragmentis, quæ nobis Euſebius *l.* 24. *cap.* 23–27. *Præp. Evang.* aſſervavit; quorumque Analyſin ex Gallandio, & interpretatione Vigeri S. J. hic damus.



§. II.

§. II.

Analysis.

Sententia Epicureorum de Providentia sublata.

1. „Utrum unum est, atque aptum ex sese „universum, uti nobis, Graecorum„que sapientissimis Platoni, & Pythagorae, „Stoicis, & Heraclito videtur; an duo, quem„admodum forte nonnemo cogitarit; an multa „potius, atque infinita, ut aliis quibusdam „placuit, qui atomos, incorrupta quaedam, „exiguaque corpuscula numero infinita nomi„nantes, unaque spatium aliquod vacuum, „nec ullis finibus circumscriptum invehentes „atomos illas dictitant hoc in vacuo te„mere, dum feruntur, casu aliae cum aliis „concurrant, ac propter multiplicem figuram „inter sese commiscentur, cum apprehendere „mutuo sese, tum hunc quoque mundum, „quaeque ipso continentur omnia, imo vero „mundos etiam infinitos efficere. Hac in sen„tentia Epicurus, Democritusque versati sunt, „hoc uno discrimine, quod Epicurus minimas „omnes atomos, Democritus nonnullas saltem „maximas esse vellet: ceterum individuas illas „dici, & esse propter indissolubilem earum fir„mitatem, uterque docet. Sunt tamen, qui „atomorum nomine corpora quaedam intelli„gunt, quae partibus careant ipsa quidem, sint „tamen universi partes, ex quibus conflata „primum omnia in easdem quoque dissolvantur.

Nihil ordinatum casu fit.

2. „Verum quo istos homines feramus, „dum opera sapientiae plena, eoque ipso bona „casu facta esse dicunt? Quamquam ne pusilla „illa

„illa quidem cogitant vulgarium exempla re-„rum, quorum ipsi monitu doceri possint. „Quidquid enim ejusmodi est, ut fructus ali-„quid, & utilitatis afferat, id non temere fie-„ri, sed potius solerti manuum opera suum in „usum elaborari; at idem simul atque fructuo-„sum esse desinit, solvi continuo, & pertur-„bate dissipari, utpote quod ea non amplius „sapientia, cujus ipsum ante cura conservabat, „tractetur. Ita vestimentum nec stamine abs-„que textoris manu pertexitur: cujus tamen „ubi disrumpitur, lacera hinc inde frusta disjici „videas.“ Quod idem in ædificatione domus, navis, plaustri observamus. „Ita plane dicen-„dum eis fuerit, suas illas atomos, quod otio-„sæ, quod nulla manu perpolitæ, quod inuti-„les maneant, temere circumferri; spectent „enimvero, quæ spectari, cogitent, quæ cogi-„tari non possunt, nec jam ut ille, qui hoc „abs Deo sibi patefactum Deo ipsi confitetur „his verbis: *Imperfectum tuum viderunt oculi mei.* „*Ps.* 138. 16. Nunc vero pulcherrima illa, „quæ suis ex atomis contexta esse dicunt, dum „ab iisdem sine consilio, ac sine sensu perfecta „esse addunt, quis tandem eos ferat indigestas „atomos obtrudentes, quos araneus sapientia „longe superet, cum suum illud opus a suapte „industria conficiat.

3. „Quis æquis porro auribus audiat, in-„gentem hanc domum ex cœlo, terraque con-„stantem ab atomis, quæ nullo feruntur or-„dine, ordinem, atque ornatum omnem ac-„cepisse, ac perturbationem ipsam in mundum „esse

Probatum ex ordine mundi.

„esse mutatam? Quis statos illos motus ex in„constanti quodam impetu proficisci? Quomo„do cum una omnium essentia sit, incorrupti„bilisque natura solo magnitudinum, figura„rumque discrimine, corporum tamen aliæ „quædam, ut ipsi vocant, divina sunt superio„ra, & sempiterna, vel ævi saltem, ut non „nemo loqui maluit, longioris, eaque partim „visu percipiuntur, ut sol, luna, terra &c. „partim sensum fugiunt, ut dii, dæmones, & „animi; aliæ diuturnæ admodum vitæ sive „animantium, uti aquilæ, corvi, phœnices, „cervi, elephantes, dracones, cete: sive plan„tarum, uti palmæ, quercus, quarum etiam „nonnullæ perpetuam retinent viriditatem, „cujusmodi quatuordecim a quopiam enume„rantur. Aliæ certo florent tempore, certo „quoque frondibus exuuntur. Alia denique, „ac multo sane plurima sive nascantur e terra, „sive gignantur iniquissimis fati, vitæque bre„vissimæ angustiis includuntur, in quibus ho„mo etiam ipse est: diversus atomorum nexus „tantæ hujus in persistendo differentiæ causas „esse respondebunt, item ex certis quibusdam „alia, certoque modo figuratis, alia ex aliis, „ac aliter habentibus esse commixta. Sed quis „ille porro diversarum quasi tribuum judex „alias cogit, dissipat alias? Quis eas inter se „committit, ut inde modo sol, modo luna „oriatur; nec enim profecto aut solares illæ „tot, atque tales, eoque conjunctæ modo ad „lunæ procreationem concurrerent, aut luna„rium atomorum nexus solem unquam efficce„rent. Profecto si earum tanquam inanimata-

„rum

ım coagmentatio sensu omni caruit, indu-
tio, ac perito artifice opus habuere: si tan-
ıam rationis expertium, vacua consilii ne-
ssitatem est secuta conjunctio: sapientis om-
no pastoris manu locum in unum compelli
buere: si denique suapte sponte volunta-
ım ad opus convenere, admirabilis plane
chitectus suum cuique munus, pensumque
scripsit, aut quemadmodum ordinis amans
ıperator non perturbatum reliquit exerci-
m, at loco suo equitem, peditemque suo
sposuit, ut similis armaturæ milites simul
am omnes dimicarent. Quodsi dicis, ne-
ie nomen, neque delectus, neque colloca-
ı in earum sese moderationem ingessit, at
æmet suo arbitrio, ex multa sese continui
xus turba colligentes similes cum similibus
convenerunt, ut tamen non divini Numi-
; ductum secutæ sint, sed potius cum sese
ines nossent, in unum quasi gregem con-
xerint: næ admirabilis hæc atomorum de-
ocratia est, ubi amicæ amicas excipiant,
que in unum domicilium convolent univer-
: tunc certæ quædam ultro in solem quo-
m quasi torno rotundentur, aliæ in pluri-
ıs fortassis stellarum ardentium pyramides
urentur. Sane ne obvia quidem vident
mines improvidi, tantum abest, ut occulta
videant. Utique ratos illos ortus, obitus-
e syderum ne suspicando quidem videntur
ingere. . . . Nec etiam alteram syderum
cuitionem attendunt, qua distinctas tem-
states sol efficiat atomorum ductum secu-
. Atomi quippe hiemem vobis, o cæci!

„ac

„ac pluvias afferunt, ut alimenta vobis,
„cæteris animantibus terra producat? Earu
„dem æstas beneficium est, ut arborum eti
„ad delitias fructus colligatis? Quidni po
„atomis frugum præsidibus solemni cultu sa
„facitis? Homines ingrati! qui tot donor
„ab iis accipitis, ne primitias quidem pau
„las consecretis. Dicunt: multiplex illa s
„larum natio, quam huc, illucque disje
„atomi conflaverunt, sedes sibi sodalitatis i
„re communi ex pacto distribuit. Verum c
„unquam acies tam composito agmine camp
„transmisit præcurrente nemine, sicuti æq
„tis semper ordinibus, astrorum exercitus p
„greditur. At dicis, transversis quibusc
„inclinationibus obscuræ nonnunquam eor
„mutationes fiunt. Esto: semper tamen &
„stum observant tempus, & loca illa, u
„singula oriuntur, prospiciunt, qui in hoc
„dii genere occupantur. Dicant ergo n
„atomorum sectatores, unde tandem circ
„ris ille rerum cœlestium cursus, cum non
„quædam atomorum strues sic tanquam fu
„temere circumrotetur, sed chorus ille tan
„composito, æqualique progressu procedat,
„in orbem una volvatur, aut quo pacto fi
„ut tam multi ejusdem vitæ socii a nemine
„dinati, nullo præditi consilio, sibique mu
„ignoti omnes tanta simul concordia suscept
„iter conficiant?

robatur e natura ominis. 4. „Ac ne se quidem ipsos, nec natu
„suæ propria isti vident; siquis enim ex il
„qui tandem, aut unde sit, cum animo re

„taret suo, is profecto velut in suimet sensum „adductus saperet illico, atque hac voce jam „non atomos, sed Patrem ipse, Creatoremque „suum appellaret: *Manus tuæ formaverunt me.* „*Job.* 10. *v.* 16. Quot enim, amabo, & cujus„modi atomos pater Epicuri ex se profudit, „cum Epicurum proseminavit? Quomodo in „matris ejus alvum inclusæ coaluerunt? Fi„guram, aut formam acceperunt, commotæ „sunt, auctæ sunt? Quomodo ros ille perexi„guus plurimas Epicuri atomos, cum advo„casset, alias in cutem, carnemque mutatas „convestivit, aliis in ossa conversis solidior con„stitit, aliis nervorum complexu illigatus est? „Quo denique modo vim tantam membrorum, „viscerum, intestinorum, sensus instrumento„rum conflavit, quæ vivum corpus efficeret? „Nam ex iis quidem omnibus otiosum nihil „est; totius enim capitis propugnaculum quod„dam, ac tegumentum coma est: barbi Philo„sophi decus, ac ornamentum. Et membra „quidem potissima quam facultatem habeant, „usu, & experientia ipsi etiam idiotæ norunt: „capitis principatus circa cerebrum tanquam „Imperatorem, sensuum in acropoli excubiæ, „atque præsidia, progredientes oculi, aures „nuntias perferentes, gustatus velut commea„tum, anonamque convehens, olfactus inda„gans quodammodo, tactus subdita omnia di„gerens, & ordinans. Manuum deinceps mi„nisterium, quæ omnis generis functiones ob„eunt, artesque moliuntur singularis ingenii: „humeri gestandis oneribus idonei, digitorum „prehensiones, flexiones cubitorum, quæ, ut

„res attrahere possint, vel depellere, intrinse„cus, extrinsecusque versantur: pedum obse„quium, per quos creata circa terram omnia „nobis obsecundant, quibus terræ peragran„tur, navigantur maria, fluvii trajiciuntur, „omnium commercia cum omnibus ineuntur. „Venter ciborum ærarium membris omnibus „justam per sese distribuens, & quidquid su„perfluum est, ejiciens, ac cetera, quorum „vi humanæ conservationis ratio continetur. „Ecquis, obsecro, totum hoc tabernaculum „fabricatus est, sublime, elegans, ad sensum, „motum, actionem tam egregie comparatum? „Ista videlicet atomorum multitudo rationis „expers? At illæ, ut maxime conveniant, „ne luteam quidem imaginem formare, aut „lapideum simulacrum perpolire, aut argen„teum, vel aureum idolum conflare possint, „quorum omnium proprias manuum artes fin„gendis aptas corporibus hominum excogita„vit industria. Quorum igitur sine sapientia „vel adumbrari species, informarique non pos„sit, horum vera ipsa exemplaria quomodo „tandem existere per se, temereque potuerunt? „Jam animum ipsum, mentem, atque ratio„nem Philosophus unde habet? Eane ab ina„nimis & mentis, ac rationis expertibus ato„mis emendicavit, quæ sibi aliquam singulæ „notionem, dogmaque proprium infuderint, „& quemadmodum Pandoram a diis Hesiodus „fabulatur, sic ab atomis absoluta hominis sa„pientia fuerit? Ita Poesin deinceps omnem, „omnemque Musicam, Astronomiam, Geome„triam, ceterasque doctrinas deorum inventa

„Græ-

ræci vocare desinant, solæ omnium peritæ, sapientes atomi Musæ celebrentur; nam a quidem ex atomis Epicuri theogonia, ex finitis etiam mundis exulavit, in infinitam rturbationis vastitatem ejecta.

5. „Moliri aliquid, administrare, benefare, providere inertibus quidem, ac stultis, bilibus ac nequam molesta forte sint, quom se numero, dum talia de diis sentit, ɩicurus adjungit: at vero studiosis, valenɩus, industriis, atque solertibus, cujusmo- Philosophos, quanto magis deos esse oportt, non modo non injucunda hæc, & aspe-, verum etiam jucundissima sunt, quibus gligentia, rerumque procrastinatio dederi vertitur. At nos gravius instituit Proeta, dum & actiones cum virtute conjunıs Deo vere dignas esse pronuntiat, & neıum illum, a quo negligantur, appellat. r. 48. v. 20. Deinde uti in quavis arte rus, & inchoati propter experientiæ novitan, & operum insolentiam, dum ad rem e primum accingunt, molestiam patiuntur, qui aliquid profecere, multoque magis, i perfecti jam sunt, si quæ susceperint, m facile, feliciterque conficiunt, exultant imis, ac solemnium operum absolutionem nis hominibus omnibus anteponunt. Aubuntne enim Epicurus, & Democritus dire, molestum sibi, atque invisum philosoandi munus? Imo non aliam profecto huic imi voluptatem anteponant; etsi enim bom voluptatem omnem esse statuunt, hoc *Molitio operum suorum Deo molesta non est.*

„tamen dicere verebuntur, philosophari sibi „non esse voluptate vulgari jucundius. Num „Epicurus forte cum ultra mundum hunc pro„spiciens, ac cœlestem illum ambitum præter„gressus, aut per occultum quemdam posticum „egressus deos in vacuo degentes vidit, ac „summam eorum tantis in delitiis felicitatem „admiratus voluptatem inde concupiscit, at„que illam, quæ in vacuo ducitur, vitam „æmulatus omnes continuo tanquam deorum „illorum similes futuros, ejus ad felicitatis „communionem invitat, quibus ille cœnacu„lum jam non cœlum, sed vacuum instruit, „confectam ex atomis apponens ambrosiam, „indidemque nectar haustum propinans? Ce„terum iis de rebus, quæ nihil ad nos perti„neant, mille juramenta suis passim libris in„ferciens per Jovem assidue vel negat aliquid, „vel affirmat, non quod deos ipse vereatur, „aut perjurium ullo modo reformidet, sed in„anem hanc, nihilque significantem disputa„tionum suarum appendicem effutiens non ali„ter, ac si manum commoveat; ejusmodi „quippe omnis ista deorum appellatio est. Nec „enim aut spiritualibus unquam oculis suspe„xit in cœlum, ut clarissimam illam superiori„bus e locis vocem exaudiret: *Cœli enarrant* „*gloriam Dei. Ps.* 18. *v.* 1. aut vero solum ipsum „mente despexit, ubi didicisset, quod *Domini* „*est terra, & plenitudo ejus. Ps.* 23. *v.* 1. Certe „qui nimia cæcitate non laborant, tantam il„lam ac tam variam animantium multitudinem „contemplentur, terrenarum, volatilium, aqua„tilium, ac demum intelligant, quam verum „hoc

„hoc in omnium procreatione fuerit testimo-„nium: & omnia secundum ejus mandatum „extiterunt bona.

S. DIONYSII ALEXANDRINI FRAGMENTUM
EX LIBRIS ADVERSUS SABELLIUM.

Analysis.

Cum Sabellius non solum Personarum in SS. Trinitate distinctionem tolleret, sed etiam materiam ortu carere juxta somnia Hermogenis defenderet, S. Dionysius in libris suis adversus Sabellium hunc errorem refutavit, cujus refutationis hoc fragmentum Eusebius *l.* 7. *c.* 19. *Præp. Evang.* refert. „Impietatis „illud est, quod plerique materiam; cujus or-„tum nullum esse velint, divinæ potestati di-„gerendam, ornandamque subjiciant. Enim-„vero doceant isti, quomodo fieri potuerit, ut „in Deum, atque materiam similitudo pariter, „ac dissimilitudo caderet; nam alium quem-„dam utroque potentiorem cogitare tum opor-„teret, quod tamen de Deo suspicari nefas; „nam & ipsum ortu carere, quod in utroque „simile dicitur, & alterum illud, quod præter „utrumque cogitatur, quomodo tandem in iis „locum habuit? Si enim illud ipsum, quod „ortu caret, Deus est, ipsaque, ut ita dicam, „ortus negatio divina essentia est, non jam „idem, quod ortu caret, materia fuerit, cum *Materia ortu non caret.*

 „Deus,

„Deus, & materia unum idemque non sint:
„sin autem utrumque dixerint, id quidem esse
„proprie, quod est, materiam videlicet, at-
„que Deum, ortus tamen negationem ambo-
„bus convenire, manifeste sequitur, aliud quid-
„piam præter utrumque ponendum, quod an-
„tiquius, atque superius utroque sit. Jam quo
„minus per sese ambo simul esse possint, imo
„quo minus e duobus alterum, hoc est, ma-
„teria esse per sese queat, vel ipsa rationis,
„conditionisque utriusque diversitas prorsus
„impediat; alioquin causam sane illi afferant,
„quamobrem cum ortu ambo careant, Deus
„quidem nec pati quidquam, nec mutari, nec
„moveri possit, idemque simul efficiendi vim
„habeat, materia vero contraria subeat omnia;
„quippe quæ pati, mutarique possit inconstans,
„& multiplici configurationi obnoxia. Jam
„quomodo tandem inter sese ambo tam apte
„convenerunt? Utrum Deus sese ad materiæ
„naturam accomodans sic eam demum ela-
„boravit? At ineptum fuerit cogitare, Deum,
„uti homines vulgo solent, aut ex auro
„conflare, aut lapides vel cædere, vel col-
„locare &c. opus quodcunque moliri. Sin au-
„tem materiam, prout ipse voluit, finxisse di-
„cetur, eamque variis artis suæ formis con-
„signasse, vera quidem hæc oratio fuerit, at-
„que ejusmodi, quæ præterea Deum, qui to-
„tius universi vita quædam, & fundamentum
„est, ortus omnis expertem esse confirmet;
„nam cum illa ortus negatione propriam insu-
„per existendi rationem conjungit.

EX

EX IV. LIBRIS AD DIONYSIUM ROMANUM PONTIFICEM, SEU EX OPERE INSCRIPTO ELENCHUS, ET APOLOGIA. FRAGMENTA.

§. I.

Argumentum.

In Pentapoli plurimi erant Epiſcopi, qui Sabellii errorem SS. Trinitatis tres Perſonas confundentis amplexi erant. Dionyſius proinde Patriarcha Alexandrinus pro munere ſuo primum per legatos ſuos eos ab hoc errore revocare allaboravit, quibus incaſſum laborantibus S. Dionyſius literis ad Ammonem Beronicenſem Epiſcopum, Theleſphorum, & Euphranorem, Ammonem, & Euporum datis errorem hunc refutare coactus eſt. Verum in hac refutatione nonulla verba Filii divinitati, & conſubſtantialitati non admodum faventia S. Dionyſio exciderunt; unde nonnulli Catholici querelas per Dionyſium Papam ad S. Dionyſium Alexandrinum detulerunt, qui mox quatuor libros pro ſui defenſione ad Papam miſit, & deinde tractatum ſub titulo Elenchi, & Apologiæ anno 262, compoſuit, in quo aliorum errores refutans ſeipſum vindicavit; quorum operum fragmenta ſequentia S. Athanaſius *in epiſt. de ſent. Dionyſ. Alexand.* nobis aſſervavit.

§. II.

Analysis.

Æternitas, & consubstantialitas Filii Dei.

1. „Non erat tempus, quando Deus non „erat Pater. Neque enim Deus, cum „hæc non peperisset, postea Filium genuit, „sed quia Filius non a seipso, verum a Patre „habet esse; cum enim sit splendor lucis æter„næ, prorsus & ipse æternus est; luce enim „semper existente manifestum est, & splendo„rem semper existere; nam fieri nequit, ut „lux non luceat. Deus autem æterna lux est, „quæ neque incepit, neque deficiet unquam: „ipsi ergo prælucet, ac coexistit æternus splen„dor, qui sine initio existens, & semper geni„tus ante eum emicat; quippe est ea sapientia, „quæ dicit: *Ego eram, qua gaudebat, & dele„ctabar quotidie ante faciem ejus omni tempore.* „*Prov.* 8. *v.* 30. Cum ergo æternus sit Pater, „æternus est & Filius, lumen de lumine; ubi „enim est genitor, est & proles, si autem pro„les non est, quomodo, & cujus potest esse „genitor. Atqui ambo sunt, & semper sunt. „Solus ergo Filius semper coexistens Patri, & „plenus eo, qui est, ipse etiam est, cum sit „ex Patre.

Consubstantialitas.

2. „Ceterum ubi res factas, & opificia „quædam consideranda dixi, hujusmodi re„rum velut minus idonearum cursim protuli „exempla; neque enim planta id est, quod „agricola. Dein de congruis, & naturæ rei „accommodatioribus magis sum immoratus, „ac pluribus explicui, quæ veriora erant va-

„riis

„riis excogitatis argumentis, quæ & tibi in „alia epistola exposui, in qua mendacii convici „etiam illud, quod adversum me proferunt „crimen, me scilicet non afferere, Christum „esse Deo consubstantialem; tametsi enim me „nusquam in Scripturis sacris hoc vocabulum „vel invenisse, vel legisse dico, alia tamen ar„gumenta, quæ subinde adjunxi, quæque illi „tacuerunt, ab hac intelligentia nihil discre„pant; etenim prolem humanam, quæ certe „ejusdem generis est, atque genitor, in exem„plum attuli, dixique, revera parentes hoc „solum distingui a filiis, quod ipsi non sint fi„lii, aut certe necessario futurum esse, ut ne„que parentes essent, neque filii. Memini „porro plurimas ex rebus inter se cognatis si„militudines adjecisse; etenim plantam sive ex „semine, sive ex radice succrescentem aliam „esse dixi ab eo, unde pullulavit, tametsi om„nino ejusdem sit naturæ; similiter & fluvium „a fonte manantem aliam formam, ac nomen „accipere, sed hæc duo esse.

3. „Superius etiam dictum est, Deum esse „fontem bonorum omnium. Filius vero dictus „est fluvius ab ipso emanans; Verbum quippe „est mentis emanatio, & ut humano more lo„quar, ex corde per os emittitur, mens vero, quæ „per linguam prosilit, alia est a verbo, quod in „corde existit: & sic utrumque in utroque est, „tametsi aliud ab altero, & unum sunt, licet „duo sint; sic namque Pater, & Filius unum esse, „& in se invicem esse dicti sunt. Singula itaque „nomina a me prolata a se invicem nec separari *Distinctio Personarum.*

 „queunt,

„queunt, nec dividi: Patrem dixi, & pri
„quam Filii mentionem facerem, jam eum
„Patre significavi. Filium adjunxi; ac Pa
„etiam si eum prius non nominassem, jam
„nino in Filio comprehensus fuerat. Spiri
„sanctum addidi, sed simul, unde & per qu
„processerit, subtexui. Illi autem ignor
„neque Patrem, qua Pater est, a Filio alie
„posse; nam illud nomen causa est evic
„cohærentiæ, & conjunctionis, neque Fil
„a Patre separari; hoc namque nomen I
„communicationem indicat. Est & in m
„bus illorum Spiritus, qui neque a mitt
„neque a ferente divelli potest. Ita qui
„nos unitatem indivisibilem in Trinitatem
„latamus, & rursum Trinitatem, quæ m
„nequit, in unitatem contrahimus.

Verbum increatum. 4. „Siquis autem calumniator, eoq
„Deum omnium Auctorem, & Creatorem
„xi, putet, me etiam Christi Creatorem
„xisse, advertat, me Patrem prius appella
„quo in vocabulo simul enuntiatus est &
„lius; postquam enim Patrem dixi factore
„subdidi; neque Pater eorum est, quorum
„factor, si proprie is Pater esse intelligat
„qui genuit, neque factor Pater, si solus
„fex factor dicatur. Factoris quippe no
„usus sum propter carnem, quam Ver
„assumpserat, quæ utique facta est. Q
„quis illud de Verbo dictum fuisse suspic
„& id quoque remota contentione audier
„erat: sicut Verbum rem factam esse non
„tio, ita nec Deum factorem dixero, sed

„

n ejus dico. Sed & si quando de Filio
erens obiter Deum factorem dixero, ne-
defensione careat hæc locutio; nam sa-
ates apud Græcos librorum suorum facto-
se nuncupant, tametsi iidem librorum
rum Patres sunt. . . . In principio erat
bum, sed non erat Verbum, quod Ver-
n produxerit; Verbum enim erat apud
im. Dominus sapientia est, non erat igi-
sapientia, qui sapientiam produxit.

. „Sicut mens nostra eructat a seipso Ver- *Idea*
n, estque utrumque alterum ab altero, *Verbi.*
prium, & ab altero distinctum obtinens
um, cum illud quidem in corde, istud
o in lingua, & ore commovetur, neque
ıen inter se distant, aut se invicem privan-
, neque mens sine verbo est, neque ver-
n sine mente, sed mens verbum facit, &
ipso apparet, ac verbum exhibet mentem,
qua factum est. Et mens quidem est quasi
bum immanens, verbum vero mens prosi-
ns: mens in verbum transit, verbum au-
n mentem in circumstantes auditores
nsmittit. Ac mens quidem est quasi Pater
rbi in seipsa existens: verbum autem velut
us mentis, nec ante ipsam, nec extra
am factum esse potest, sed cum ipsa existit,
uo originem sumpsit. Eodem quoque mo-
Pater ille maximus, & mens illa univer-
s ante omnia Filium habet Verbum sui-
us interpretem, & Angelum.

6. „Si

Trinitas Personarum.

6. „Si eo, quod tres sunt hypostases, di-„visas esse dicunt, tres sunt, etiamsi nolint, „aut divinam Trinitatem prorsus e medio tol-„lant. Propter hoc enim post unitatem est „divinissima Trinitas. His omnibus congruen-„ter & nos, forma etiam, ac regula a senio-„ribus, qui ante nos vixerunt, accepta, con-„cordi cum illis voce, & gratiarum actione „epistolam, quam scribimus vobis, absolvi-„mus. Deo autem Patri, & Filio Domino no-„stro Jesu Christo cum S. Spiritu gloria, & im-„perium in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA
AD BASILIDEM EPISCOPUM.

§. I.
Argumentum.

Basilides Lybiæ in Pentapoli Episcopus S. Dionysium de variis disciplinæ capitibus consuluit, cui ille in præsenti epistola respondit, quæ in quatuor Canones divisa est, quos Balsamon, & Zonaras suis commentariis illustrarunt.

§. II.
Analysis.

CANON I.

Quando jejunium quadragesimale solvatur.

1. „Misisti ad me, sapientissime fili mi! in-„terrogans, qua hora diei Paschæ je-„junium solvendum est; dicis enim aliquos „fra-

fratres dicere, quod oportet hoc in galli can-
,tu facere: alios vero, quod id faciendum sit
,vespere; qui enim Romæ sunt fratres, ut
,ajunt, gallum expectant, de iis autem, qui
,hic sunt, dixisti, quod citius. Horam au-
,tem exactam, & valde demensam exponere
,desideras, quod quidem est difficile, & lu-
,bricum; quod enim post resurrectionis Domi-
,ni nostri tempus oportet eos festum, læti-
,tiamque inchoare, qui ad illud usque animas
,jejuniis humiliant, erit apud omnes similiter
,in confesso: per ea, quæ ad me scripsisti, pro-
,basti sane admodum & divinorum Evangelio-
,rum sensu percepto, quod nihil ab eis accu-
,rate traditum de hora, qua resurrexerit, ap-
,paret; Evangelistæ enim eos, qui ad monu-
,mentum venerunt, diverse descripserunt, mu-
,tatis temporibus, & omnes surrexisse jam
,Dominum dixerunt invenisse. *Matth.* 28. *v.* 1.
,*Joan.* 20. *v.* 1. *Luc.* 24. *v.* 1. *Marc.* 16. *v.* 2.
,Et quando surrexit quidem, nemo aperte re-
,spondit. Quod autem vespere sabbati luce-
,scente una sabbatorum, qui ad monumentum
,venerunt, eum non amplius jacentem inve-
,nerunt, hoc in confesso est: ac neque dissen-
,tire, nec sibi adversari inter se Evangelistas
,existimemus, & quamquam parva quædam
,circa id, quod quæritur, controversia esse vi-
,debitur, si omnes in una nocte mundi lucem
,Dominum nostrum exortum esse consentien-
,tes in hora dissentiunt, nos tamen, quæ ab
,eis dicta sunt, pie, & fideliter conciliare stu-
,deamus. Quod a Matthæo quidem dictum
,est, sic habet: *Vespere autem sabbati &c.*

,*Matth.*

„*Matth.* 28. *v.* 1. Vespere alii quidem existi-
„mabunt secundum verbi communitatem signi-
„ficare vesperam sabbati; sapientiores autem
„id exaudientes non hoc, sed profundam no-
„ctem esse dicent. Et quod noctem dicit,
„& non vesperam subjunxit: *Cum lucesceret in*
„*primam hebdomadis diem*: & venerunt, non-
„dum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes,
„sed ad spectandum sepulchrum &c. Similiter
„Joannes: *Prima hebdomadis feria*, inquit, *Ma-*
„*ria Magdalena venit mane, cum adhuc tenebræ*
„*essent &c.* Sed juxta illud: *Cum adhuc essent*
„*tenebræ*, præcesserat. Lucas autem dicit:
„*Prima autem hebdomadis feria summo mane ad*
„*monumentum venerunt.* Summum mane for-
„tasse matutinum splendorem significat, cum
„jamdiu surrexerant. Marcus quoque sequi-
„tur, dicens: *Valde mane primæ feriæ veniunt*
„*ad monumentum orto jam sole. Marc.* 16. *Val-*
„*de* enim *mane* hic dixit, quod idem est, ac
„summo diluculo, & subjunxit: *orto jam sole.*
„Profectio quidem earum summo mane ince-
„pit, in itinere autem & circa monumentum
„moram traxerunt usque ad ortum solis. Et
„eis quidem tunc dixit adolescens: *Resurrexit,*
„*non est hic.* Hæc autem cum ita se habeant,
„enuntiamus, quota hora oportet incipere læ-
„titiam ob Domini nostri a mortuis resurrectio-
„nem. Eos quidem, qui nimium festinant,
„& ante mediam noctem surgunt, ut contem-
„tores, & intemperantes reprehendimus: eos
„autem, qui differunt, & plurimum perferunt,
„& ad quartam usque vigiliam (id est, tem-
„pus matutinum) fortiter abstinent, ut gene-

„ro-

rosos suscipimus: iis autem, qui interea (ante matutinum tempus) quiescunt a jejunio non valde molesti sumus, quandoquidem nec sex jejuniorum dies æqualiter omnes expectant, sed alii quidem, vel omnes transmittunt jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum: & iis quidem, qui in illis transmittendis valde laboraverunt, ignoscendum est, quod celerius gustent; si qui autem, ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis conviviis consumptis quatuor præcedentibus diebus, non gustato cibo Parasceve, & Sabbato magnum quid se facere existimant, si ad auroram usque permanserint, non existimo, eos ex æquo certamen subiisse cum iis, qui se pluribus diebus prius exercuerunt. *Modus jejunii in hebdomada sancta.*

CANON II.

2. „De mulieribus autem, quæ sunt in abscessu (*seu profluvio menstruo*), an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacaneum vel interrogare existimo; neque enim eas existimo, si sint piæ, & fideles, sic affectas, ausuras vel ad sanctam mensam accedere, vel corpus, & sanguinem Domini attingere; neque enim, quæ 12. annorum fluxum habebat, ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim quomodocunque se habeat aliquis, & utcunque sit affectus Domini meminisse, & auxilium implorare non est reprehendendum: ad Sancta autem Sanctorum, qui non omnino anima, pariter & corpore purus est, accedere „prohibebitur. *An fluxus menstruus a templo arceat.* *Realis præsentia in Eucharistia.*

CA-

CANON III.

Quomodo a debito conjugali abstinendum.

3. „Porro qui satis ad id instructi sunt, & „consenuerunt (*conjuges*) debent esse sui judi„ces; quod enim a se invicem ex consensu ab„stinere conveniat, ut ad tempus vacent ora„tioni, & rursum conveniant, Paulum dicen„tem audiverunt. 1. *Cor*. 7. *v*. 5.

CANON IV.

Pollutio nocturna an a sacris impediat.

4. „Qui autem in non voluntario nocturno „fluxu fuerint, ii quoque propriam conscien„tiam sequantur, & seipsos, an de eo dubi„tent, an non, considerent. Quemadmodum „in cibis, *qui discernit*, inquit, *si comederit*, „*condemnatus est*. *Rom*. 16. *v*. 23. In his quo„que bona sit conscientia, & libere loquatur „secundum propriam cogitationem omnis, qui „ad Deum accedit.

S. DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI OPERUM FRAGMENTA.

PARS II.

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

EPISTOLA I.

AD DOMITIUM, ET DIDYMUM.

Persecutionis Decii rabies.

1. In hac epistola S. Dionysius describit graves persecutiones, quas sub Decio Imperatore Martyres, imo ille ipse, perpessi sunt, cujus fragmentum Eusebius Hist. Eccl. l. 7. c. 11.

ita

ita fere refert. „Noſtros Martyres ſuperfluum „eſt recenſere, cum & plurimi ſint, & vobis „ignoti: id tantum in univerſum ſcire vos „convenit, viros, & mulieres, juvenes, ac „ſenes, puellas, & anus, milites, ac paga- „nos, alios flagrorum verberibus, alios ferri „acie, alios ignibus in certamine ſuperatis „coronas retuliſſe.

2. „De autem noſtris quandoquidem ſciſci- „tamini, ac certiores fieri vultis, quo in ſtatu „agamus, audiviſtis quidem omnino, quo pa- „cto cum ego, & Cajus, & Fauſtus cum Pe- „tro, & Paulo vincti duceremur a Centurione, „& Magiſtratibus, militibusque, & apparito- „ribus, qui una cum ipſis erant, ſupervenien- „tes quidem ex Mareotis invitos nos, nec „ſponte ſequentes per vim abſtraxerint. Ego „quidem, nunc & Petrus, & Cajus ſoli reli- „quis fratribus orbati in deſerto quodam, & „ſquallido Lybiæ loco concluſi ſumus tridui „itinere diſtantes a Paraetonio. . . . In urbem „tamen occultarunt ſe, ut fratres clanculum „inviſant, Presbyteri quidem, Maximus, Dio- „ſcorus, Demetrius, & Lucius; Fauſtinus „enim, & Aquila per Ægyptum vagantur: „Diaconi vero, Fauſtus, Euſebius, Chære- „mon; nam in hunc usque diem non ceſſat „Præfectus noſtros partim interficere crude- „liſſime, partim tormentis dilaniare, partim „ſquallore carceris, & vinculis macerare, in- „terdicens, ne quis ad eos accedat. Verum- „tamen Deus ex alacritate fratrum, & benig- „nitate ſolatium aſſidue præſtat afflictis.

EPISTOLA II.

AD NOVATIANUM.

Schisma vitandum. Epistola hæc refertur ab Eusebio *hist. Eccl.* *l.* 6. *cap.* 45., in qua S. Dionysius accepta a Cornelio Papa epistola Novatiano, quem Novatum vocat, ad extinguendum schisma ita hortatur: „Si quidem invitus, ut asseris, eo „ductus es, id nobis ostendes tua sponte re„deundo. Satius quidem fuerat, quidvis pa„ti, ne Ecclesia Dei discinderetur: nec minus „gloriosum fuisset, idcirco subire martyrium, „ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sa„crificares: imo illud meo quidem judicio illu„strius fuisset; hic enim pro sua unius anima, „illic pro omni Ecclesia martyrium quis susti„net. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus, „aut eos coegeris, ut ad concordiam redeant, „majus tibi meritum erit, quam culpa, & hæc „quidem non imputabitur, illud vero prædica„bitur. Quodsi fratribus parere recusantibus „id efficere non potes, tuam ipse animam „serva.

EPISTOLA III.

AD FABIUM EPISCOPUM ANTIOCHIÆ.

Martyrium Metræ. 1. Epistola hæc sub fine anni 250. ad Fabium data est, cujus fragmenta habet Eusebius *hist. Eccl.* *l.* 6. *cap.* 41. 42. 44., in quibus primo persecutio Christianorum Alexandrinorum sub Decio Imperatore narratur, quam „infaustus „quidam vates, ac Poeta, quisquis ille fuit, „commoverat jam antea adversus nos genti„lium turbas ad innatam genti superstitionem „animos eorum incendens. Primum itaque se-

„nem

„nem quemdam Metram nomine correptum „impia verba proferre jubent, quod, cum ille „abnueret fuſtibus hominem verberantes, & „acutis arundinibus vultum ejus, oculosque „pungentes, deductum in ſuburbium lapidibus „obruerunt. Poſt hæc fidelem quamdam mu„lierem, Quintam nomine, idolum adorare „nolentem conſtrictis pedibus per totius civi„tatis vicos aſpero ſilice conſtratos rapientes, „ſaxis illiſam molaribus, flagris inſuper ver„berantes in ſuburbio lapidibus interficiunt. „Omnes denique uno impetu in domos Chriſtia„norum irruere cæperunt, & quos quosque ſibi „vicinos noverat, eos diripiebant, pretioſa in „ſinum ſuum congregantes. Fratres vero ſub„ducebant ſe fuga, nec eorum quisquam, „quod equidem ſciam, hactenus quidem Deum „negavit. *Quinta.*

2. „Sed & admirandam illam profectæ „jam ætatis virginem Apolloniam tunc com„prehenderunt, & cunctos ei dentes excuſſe„runt. Accenſo autem extra urbem rogo mi„nabantur, vivam ſe illam combuſturos, niſi „una cum ipſis impia verba pronuntiaret. At „illa veniam pauliſper deprecari viſa, atque „interim dimiſſa, celeriter in ignem inſiliit, „& conflagravit. Præterea Serapionem quem„dam acerbiſſimis tormentis excruciarunt, & „membris omnibus confractum ex cænaculo „præcipitem dejecerunt. *S. Apolloniæ paſſ[io]* *Serapionis.*

3. „Præterea Julianus vir podagræ dolori„bus conſtrictus, qui nec ſtare poterat, nec *Juliani & Soc.*

 „in-

„incedere, una cum duobus aliis, qui ipsum „portabant, adductus est. Horum alter sta„tim negavit, alter nomine Cronion, qui Eu„nus cognominabatur, nec non & senex ipse „Julianus, cum Christum confessi essent, per „uuniversam urbem camelis insidentes flagris „sublimes verberati sunt, & tandem ardentissi„mo igne consumpti: miles vero, qui ipsis, „dum ad supplicium ducerentur, adstabat, & „contumeliam inferentes propulerat, Besas „nomine, conclamante adversus eum populo „in jus adductus, cum in magno illo pro pie„tate certamine strenue se gessisset, securi per„cussus est. Alius item oriundus ex Lybia & „vocabulo, & divina benedictione vere Macar, „cum a judice omnibus modis sollicitatus, ut „Christum negaret, flecti nunquam potuisset, „vivus comburitur. Post hos Epimachus, & „Alexander, cum post diuturnum carceris „horrorem ferreos ungues, flagra, ac mille „dolorum genera pertulissent, vivæ calcis in„cendio etiam ipsi colliquefacti perierunt.

Besæ.

Macarii.

Epimachi & Alexandri.

Passio SS. Ammonarii, Dionysiæ &c.

4. „Eumdem cum ipsis exitum sortitæ „sunt quatuor mulieres. Ammonarium qui„dem virgo sanctissima, cum a judice diutissi„me torta fuisset, propterea quod palam præ„dixerat, nihil eorum, quæ judex jusserat, „prolaturam se esse, pollicitationem suam exe„cutioni mandans ad supplicium abducta est. „Residuæ vero Mercuria scilicet anus inprimis „veneranda, & Dionysia plurimorum libero„rum mater, & alia rursus Ammonarium, cum „Præfectum jam puderet a fœminis superari,

„gla-

„gladio cæſæ ſunt: Heron etiam, & Ater, & *Heronis,*
„Iſiodorus Ægyptii, cumque illis Dioſcorus *Ateris,*
„puer annos circiter quindecim natus judici *Iſidori,*
„oblati ſunt: & cum judex primum ante alios *Dioſcori.*
„Dioſcorum partim ſermonibus ut flexibilem
„decipere, partim tormentis ut tenerum co-
„gere tentaviſſet, ille nec perſuaſionibus ceſſit,
„nec tormentis. Reliqui crudeliſſime verbe-
„rati igni ſunt traditi: Dioſcorum vero, qui
„ad omnia interrogata ſapientiſſime reſponde-
„rat, admiratus judex dimiſit, qui nunc no-
„biscum verſatur, in majus certamen reſerva-
„tus. Sed & Nemeſion quidam etiam ipſe *Nemeſii.*
„Ægyptius primum quidem falſo accuſatus
„fuerat tanquam ſocius latronum: poſtea vero
„cum apud centurionem calumniam a ſe depu-
„liſſet, delatus, quod Chriſtianus eſſet, ad
„Præfectum vinctus adducitur, qui, poſtquam
„eum duplo gravioribus, quam reliquos latro-
„nes tormentis, ac verberibus affeciſſet, inter
„latrones juſſit incendi: & ſic vir beatiſſimus
„ſimilitudine Chriſti honoratus eſt.

5. „Porro univerſus ſimul militum mani- *Ammo-*
„pulus, Ammon ſcilicet, Zeno, Ptolemæus, *nis, Zeno-*
„& Ingenuus, cumque illis ſenex Theophilus *nis &c.*
„ante prætorium ſtabant, & cum quidem ob
„chriſtianam religionem in judicium inductus,
„jamjamque Chriſtum negaturus videretur, illi
„adſtantes dentibus ſtridere, vultu innuere,
„manus extendere cæperunt; cumque omnium
„in ſe oculos converterent, priusquam ab ali-
„quo comprehenderentur, ipſi ad ſubſellium
„accurrentes Chriſtianos ſe eſſe profeſſi ſunt,

„quo facto & assessores metu perterriti sunt, „ac rei quidem ipsi ad ea, quæ perpessuri „erant, promptissimi cernebantur, judices au- „tem ipsi contremiscebant. Isti ergo ex præ- „torio ovantes processerunt, exultantes ob fi- „dei confessionem, cum Deus per ipsos glo- „riose triumpharet.

Ischirionis passio. 6. „Præterea Ischirion mercede conductus „procurator erat cujusdam magistratum geren- „tis; hic ab eo jussus idolis immolare, cum „minime obtemperaret, primum injuria affe- „ctus est: postea cum in eadem sententia per- „staret, variis vexatus contumeliis prægrandi „sude transfixus per media viscera interfectus „est. Jam quid opus est commemorare multi- „tudinem eorum, qui in montibus, ac per so- „litudinem oberrantes fame, & siti, frigore, „ac morbis, & latronum, aut bestiarum in- „cursu oppressi interiere. Unicum duntaxat fa- „cinus ad declarandam rei veritatem hic adji- „ciam. Chæremon erat quidam grandævus „Nili urbis: hic una cum conjuge in Arabicum „montem fuga delatus non ulterius reversus, „nec eorum cadavera reperiri potuerunt. Por- „ro multi in Arabico illo monte a barbaris „Saracenis capti, & in servitutem redacti sunt.

Saracenorum prima mentio.

Lapsi a Martyribus recepti. 7. „Cæterum hi divini Martyres, dum hic „apud nos essent, quosdam e fratribus lapsis „pœnitentes in cœtum suum receperunt, & in „orationibus, ac cibo cum iisdem communica- „runt, (*scilicet communione privata*). Quid er- „go nobis de his suadetis? An judicium illo- „rum

„rum irritum faciemus? Unum tibi exemplum „proponam, quod apud nos contigit. Erat in „hac urbe Serapion quidam senex e numero „fidelium, qui reliquo quidem anteactæ vitæ „tempore nulli culpæ obnoxius fuerat, sed „in persecutione lapsus sæpenumero veniam „petierat. Idem postea morbo correptus, vo„cis usu, sensuque omni carens triduo perman„sit, quarto demum die paululum recreatus „nepotem ad se vocat, & ait: accerse mihi „unum ex Presbyteris. Hæc cum dixisset, „rursus eum vox destituit. Puer ad Presbyte„rum cucurrit, Presbyter autem ægrotabat, „sed quoniam in mandatis dederat, ut moritu„ris, si peterent, & maxime, si antea suppli„citer postulassent, venia indulgeretur, quo „bonæ spei pleni ex hac vita migrarent, exi„guam Eucharistiæ partem puero tradidit ju„bens, ut in aqua seni in os instillaret, quod „cum puer fecisset, bucella paulatim absorpta „senex continuo animam exhalavit. Annon „igitur perspicue apparet, eum reservatum „fuisse, quoad reconciliaretur.

Serapionis lapsu & communio.

EPISTOLA IV.

AD CORNELIUM ROMANUM PONTIFICEM.

Hujus epistolæ meminit Eusebius *hist. Eccl. l.* 6. *c.* 46., in qua Cornelio significat, se ab Heleno Tarsensi Episcopo, Firmiliano Cappadociæ, & Theoctisto Palæstinæ Episcopis ad Synodum Antiochenam invitatum esse, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribit etiam Fabio Antiocheno Episcopo defuncto Demetrianum suffectum esse: & quod

Novati schisma sopitur.

Alexander Hierosolymitanus Episcopus in carcerem conjectus beato exitu defunctus sit.

EPISTOLA V.

AD STEPHANUM PAPAM.

Sub Pontificatu Stephani Papæ S. Dionysius circa annum 255. scripsit epistolam ad illum, cujus fragmentum habetur apud Eusebium *lib.* 7. *hist. Eccl. c.* 5., in qua eum admonebat, omnes Ecclesias orientales tandem severam, & novam Novati sententiam unanimi consensu damnasse, & aliquid dicebat de quæstione circa valorem Baptismi hæreticorum, quæ tunc inter S. Cyprianum, & S. Stephanum agitabatur.

EPISTOLA VI.

AD XYSTUM II. PAPAM.

Post mortem Stephani Papæ S. Dionysius ad Xystum II. ejus Successorem anno 257. de rebaptizandis hæreticis literas dedit, in quibus eum rogat, ut ad hujus quæstionis momentum attendat, ne ita sicut ejus Antecessor exardescat, qui Heleno, Firmiliano, omnibusque Cappadociæ Episcopis significaverat, se non amplius cum illis communicaturum, quia hæreticos rebaptizabant, quod in Conciliis maximis Episcoporum decretum fuit. In qua etiam epistola refellebat Sabellianorum errorem, qui in urbe Ptolemaide Pentapoleos ortus est, contra quem longam scripsit epistolam in forma dissertationis.

EPI-

EPISTOLA VII.

AD PHILEMONEM XYSTI PRESBYTERUM.

In hac epiſtola S. Dionyſius primum refert, quod per viſionem cognoverit de legendis hæreticorum libris. „Lege omnia, quæcunque „in manus venerint; idoneus enim es, qui ſin„gula corrigas, ac probes, & hinc tibi pri„mum credendi cauſa, & occaſio extitit. De„inde ait, Heraclem Prædeceſſorem ſuum hæ„reticis juſſiſſe, erroribus ſuis renuntiare, non „vero iterum baptizare: hunc eſſe Eccleſiæ „ſuæ morem, attamen audiviſſe, apud Africos „aliam conſuetudinem jam dudum obtinuiſſe, „quæ poſtea in Oriente conſtituta erat in fre„quentiſſimis Epiſcoporum Conciliis in urbi„bus Iconio, & Synnada, aliisque in locis ce„lebratis.“ Quamobrem concludit S. Dionyſius: „horum ſubvertens ſententias in jurgia, „& contentiones conjicere nolim; dictum eſt „enim: *Non transferes terminos proximi tui, „quos poſuerunt patres tui. Deut.* 19.“ Quare S. Dionyſius ſententiam S. Cypriani de Baptiſmo hæreticorum ſecutus eſſe videtur.

De rebaptizandis hæreticis.

EPISTOLA VIII.

AD DIONYSIUM TUM XYSTI II. P. PRESBYTERUM, AC POSTEA EJUS SUCCESSOREM.

Invehitur S. Dionyſius in Novatianum, qui Eccleſiam diſcidit: „D. N. Jeſum Chriſtum cle„mentiſſimum quaſi immiſericordem calumnia„tur, ſacrum lavacrum irritum habet, ac reji„cit, fidemque, & confeſſionem, quæ Baptiſmo „præmittuntur, ſubvertit. Euſeb. *hiſt. l.* 7. *c.* 8.

Invectiva in Novatianum.

EPISTOLA IX.

AD XYSTUM II. PAPAM.

Baptis-mus non facile iterandus.

Hæc epistola quinta est de hæreticorum Baptismo, in qua S. Dionysius narrat, virum quemdam ab hæreticis baptizatum, cum audisset interrogationes baptizatorum a Catholicis, ad se venisse, & rogasse, ut hoc purissimo lavacro donaretur: „Quod, ait, ego quidem „facere non sum ausus, sed diurnam illi com„munionem ad id satis fuisse dixi (*quia nimirum præsumptio de legitimo Baptismo recepto aderat*). „Nam qui gratiarum actionem audierit, & qui „cum cæteris responderit: Amen; qui ad sa„cram mensam adstiterit, & manus ad susci„piendum sacrum cibum porrexerit, atque il„lum exceperit, & corporis, & sanguinis D. N. „Jesu Christi particeps fuerat diutissime, eum „adhuc de integro renovare non ausus fuerim. „Porro illum bono animo esse jussi, & cum fir„ma fide, ac bona conscientia accedere ad „sancta, & participem eorum fieri. Verum „ille lugendi finem non facit, & ad mensam „accedere exhorrescit, vixque rogatus inter„esse orationibus sustinet. Eus. *hist. l.* 7. *c.* 9.

EPISTOLA X.

ADVERSUS GERMANUM EPISCOPUM.

In hac epistola circa annum 258. scripta S. Dionysius contra Germanum Episcopum fugam suam a calumniis sibi impactis vindicat, & narrat: „Quod, cum persecutionis edictum „sub Decio propositum fuisset, Sabinus frumen„tarium, qui me, ait, requireret, misit, at-

„que

„que ego quidem quatriduo domi mansi: ve„rum ei caligo quædam obtutum ademerat, „ne domum reperiret, post diem vero quartum „cum Deus mihi, ut alio migrarem, præce„pisset, ac præter omnium opinionem viam „aperuisset, ego, & famuli, multique ex fra„tribus simul egressi sumus: atque id divinæ „Providentiæ opus fuisse rerum eventus postea „declaravit; siquidem nonnullis fortasse haud„quaquam inutiles fuimus." Porro quæ post fugam suam sibi contigerunt, ita narrat S. Dionysius: „Ego quidem circá solis occasum una „cum comitibus meis a militibus comprehen„sus Tapositim perductus sum; Timotheus ve„ro tunc non est comprehensus, sed aufugienti „agrestis quidam occurrens causam festinatio„nis percontatur, qua audita rusticus ad nu„ptiale convivium pergens rem discumbentibus „narrat, qui uno impetu consurrexerunt, & „satellitibus in fugam conversis me e lecto in„vitum surgere coegerunt. Sequebantur au„tem me Faustus, & Cajus, Petrus, & Pau„lus, qui me suscipientes ex oppido exporta„runt, ac deinde nudo impositum asino expor„tarunt." His, quæ sub Decio passus est expositis, S. Dionysius refert ea, quæ sub Valeriano sustinuit. „Veni, ait, ad Æmilianum „Præfectum, qui nobis Christianos congregare „prohibuit." Et cum hoc facere recusassem, cum Presbyteris in pagum prope Cephrum in Lybia missus sum; quod tamen non prohibuit, quo minus Christiani more solito convenirent, imo Cephri S. Dionysius Evangelium prædicans multos ad Christum convertit. Ex quibus

bus concludit, fugam suam immerito a Germano inculpari.

EPISTOLA XI.

AD HERMAMMONEM.

Valeriani persecutio. Gallo Imperatore post biennale Imperium e medio sublato, Valerianus cum suo Filio Gallieno successit, de cujus persecutione in Christianos ita scribit S. Dionysius: „Valeria„nus ante persecutionem mansuetus, ac be„nignus erat erga famulos Dei; neque enim „ullus superiorum Principum, ne illi quidem „ipsi, qui palam Christiani fuisse dicuntur (*sci„licet Philippus, & Alexander*) tanta humani„tate nostros complexus est. Verum magister, „& Archisynagogus magorum Ægypti (*Ma„crianus*) ei tandem persuasit, ut justos viros „persequeretur, atque occideret; quippe qui „incantationibus adversarentur. Initiationes „autem impuras, & abominanda maleficia, & „sacrificia execranda peragere eum jussit, mi„seros infantes mactare, recens natorum ri„mari viscera, quasi hoc facto ad summam fe„licitatem esset perventurus. Sed Valerianus, „qui ad hujusmodi facinora a Macriano im„pulsus fuerat, contumeliis, & opprobriis (*a „Persis*) fuit expositus. Eus. *hist. l.* 7.

EPISTOLA XII.

AD ALEXANDRINOS.

Pestis Alexandrinæ descriptio. Pace Ecclesiæ restituta S. Dionysius Alexandriam regressus est: verum cum ibi rursus seditio orta fuisset, ita ut ipse universos urbis fratres in alterutram seditionis partem distra-

ctos

alloqui non posset, ipso Paschæ die ex ur-
Alexandria tanquam eos per literas allocu-
est. Secuta deinde post bellum peste, cum
halis festivitas denuo immineret, S. Dio-
us iterum fratres per literas allocutus est,
uibus calamitatis illius magnitudinem ita
ribit: „Cum brevissimo temporis spatio re-
rassemus, repente ingruit lues illa, quæ
a, ut proprius quidam ipsorum scriptor lo-
itur, omnium spem, opinionemque supe-
rit, nobis vero potius probamentum fuit;
que enim a nobis abstinuit lues illa, licet
rimum in gentiles grassata sit. Plurimi
idem ex fratribus nostris ob nimiam chari- *Peste labo-*
tem curam omnem propriæ salutis abjicien- *rantibus*
, dum ægros audacter invisunt, eisque *servientes*
iduo ministrant, & curationem adhibent in *veluti*
risto, una cum illis mortui sunt, aliorum *Martyres.*
rbum in semetipsos quodammodo attra-
ntes. Et hoc quidem pacto optimi quique
fratribus nostris, quorum nonnulli Presby-
i erant, ac Diaconi, & ex populo lauda-
imus quisque mortem oppetierunt, adeo
genus hoc mortis ob pietatem, fideique
nstantiam nequaquam inferius martyrio
nseatur. Gentiles vero prorsus contraria
s egerunt; nam & eos, qui ægrotare ince-
runt, exturbabant, & charissimos refugie-
nt, eosque in viis semineces destituebant,
t mortuos insepultos projiciebant, aversan-
sque mortis societatem, quam tamen licet
ultiplici adhibita cautione evitare non po-
rant. Eus. *hist. l.* 7. *c.* 22.

EPI-

EPISTOLA XIII.

AD HIERACEM EPISCOPUM IN ÆGYPTO.

Epiſtola hæc ex ſeceſſu S. Dionyſii ad Hieracem Epiſcopum Ægyptium data ſeditionem, & peſtem Alexandrinam refert, ejusque fragmentum apud Euſebium *hiſt. l. 7. c. 21.* habetur.

EPISTOLA XIV.

Charitatis effectus. S. Joannes Damaſcenus *oper. tom. 2. p. 753. edit. Pariſ.* ex epiſtola quarta feſtali S. Dionyſii Alexandrini ſequens fragmentum affert: „Charitas prompta eſt, ut omnibus proſit, eumque, qui nolit, venatu captum curat, ac illum ſæpe, qui ex verecundia remiſſe agit, „aut qui beneficiis augeri recuſat, ne gravis „alteri, aut moleſtus accidat, quique tandem „ſatius habet, triſtes caſus ſuos ægre tolerare, „ne cuiquam negotii aliquid, aut anxietatis „afferat: qui charitate plenus eſt, hunc multis rogat, ut permittat, patiaturque opem ſibi tanquam injuria affecto præſtari, unde „grates illi, non ſibi, maximas referat, quod „per eum licuerit, malo ſuo finem imponi.





S. DIONYSII PAPÆ FRAGMENTUM ADVERSUS SABELLIANOS.

Sanctus Dionysius Papa tractatum scripsit, in quo Tritheitarum dogma, cui S. Dionysius Alexandrinus favere falso dicebatur; ita refutavit, ut insuper Sabellianorum hæresim refelleret. Hujus operis sequens fragmentum nobis asservavit S. Athanasius in libro *de decretis Synodi Nicænæ n.* 26.

2. „Necesse est, divinum verbum Deo universorum esse unitum, & Spiritum S. in Deo manere, & inhabitare, adeoque divinam Trinitatem in unum, quasi in quemdam verticem, hoc est, in Deum universorum omnipotentem reduci, atque colligi. Insipiens enim Marcionis doctrina, quæ in tria principia Monarchiam secat, & dividit, diabolica sane est, non autem verorum Christi discipulorum; hi enim probe norunt, Trinitatem quidem in divina Scriptura prædicari, tres autem deos neque in veteri, neque in novo Testamento doceri. *Tritheitæ refutantur.*

2. „Sed neque minus culpandi sunt, qui Filium opus esse existimant, & Dominum factum esse, sicut unum eorum, quæ vere facta sunt, arbitrantur, cum illum genitum esse, ut congruit, ac decet, non conditum, *Verbi æternitas, & consubstantialitas.*

„aut

„aut factum divina eloquia testentur. Non levis igitur, sed maxima est impietas, Dominum aliquo modo manufactum dicere; nam si factus est Filius, erat tempus, quando non erat; atqui fuit semper, si utique est, ut ipse declarat in Patre, *Joan.* 14. *v.* 12. & si Christus Verbum, sapientia, & virtus est; hæc enim Christum esse divinæ docent literæ. Quocirca si factus est Filius, fuit tempus, quando hæc non erant, adeoque fuit tempus, quo sine his erat Deus, quod perabsurdum est. Sed quid pluribus de his apud vos disseram, viros spiritu plenos, & apprime intelligentes, quæ sequuntur absurda ex illa sententia, quæ Filium factum asserit? Ad hæc minime attendisse mihi videntur opinionis hujus duces, & idcirco a veritate prorsus aberrasse, qui aliter, quam quod sibi vult divina, & prophetica Scriptura, explicant illud: *Dominus creavit me principium viarum suarum. Prov.* 8. *v.* 22. Non enim una est, ut scitis, verbi *creavit* significatio; nam hoc in loco creavit, idem est, quod præfecit operibus ab ipso factis, factis, inquam, per ipsum Filium. At hic *creavit* non perinde intelligendum est, atque *fecit*; facere enim, & creare inter se differunt. Sic etiam illos recte quis possit coarguere: o præcipites, temerariique homines! ergone facta res est *primogenitus omnis creaturæ. Col.* 1. *v.* 15. *Ex utero ante luciferum genitus*, *Ps.* 109. *v.* 3. qui ut sapientia dicit: *Ante omnes colles gignit me*? *Prov.* 8. *v.* 26. Denique multis in locis divinorum eloquiorum eum genitum dici, at nunquam fa-

„ctum

„ctum Filium quis legerit. Ex quibus aperte
„convincuntur, falſa de Domini generatione
„opinari; qui divinam, atque inexplicabilem
„ejus generationem factionem audent dicere.

3. „Neque igitur admirabilis, & divina *SS. Trinitas.*
„Unitas in tres Divinitates eſt ſeparanda; ne-
„que factionis vocabulo dignitas, ac ſumma
„magnitudo Domini eſt diminuenda, ſed cre-
„dendum eſt in Deum Patrem omnipotentem,
„& in Chriſtum Jeſum ejus Filium, & in Spi-
„ritum ſanctum. Verbum autem Deo univer-
„ſorum eſſe unitum; quippe *ego*, inquit, *&*
„*Pater unum ſumus. Joan.* 10. *v.* 30. Et: *Ego*
„*in Patre, & Pater in me eſt. Joan.* 14. *v.* 10.
„Ita ſcilicet divina Trinitas, & ſancta Monar-
„chiæ prædicatio integra ſervabitur.



MAGNETIS
FRAGMENTUM EX LIBRO III. APOLOGIÆ EVANGELIORUM
ADVERSUS THEOSTHENEM ETHNICUM.

1. Magnes, ſive Magnetes, vel potius Ma- *Magnes quis.*
carius Magnes circa annum 266. flo-
ruiſſe dicitur Hierſolymitanus Presbyter. Scri-
pſit libros Ἀποκριτικῶν, ſeu Reſponſionum ad-
verſus Theoſthenem Ethnicum Evangelia ca-
lumniantem. Ex his libris ſequens fragmen-
tum in libris Antirrheticis Nicephori Patriar-

chæ Constantinopolitani Franciscus Turrianus in tractatu de sanctissima Eucharistia adversus Andream Volanum Polonum Calvini discipulum evulgavit.

...lis ...sentia ...isti in ...chari-

2. Theosthenes Ethnicus Evangeliorum calumniator de reali præsentia Christi in SS. Eucharistia idem dixit, quod olim Capharnaitæ: *Durus est hic sermo, & quis potest audire eum.* Cui Magnetes ita respondet: „Quod vero non „sit hoc inauditum, & horrendum, conside„rare licet puerum infantem, quomodo nisi „manducet carnem, & sanguinem matris, non „vivit; natura enim sanguinis est secundum „veritatem lac. Sane ex terra nati sumus se„cundum corpus, & quodammodo carne ejus, „& sanguine alimur, id est, frumento, & vino. „Audi nunc attente. Principio creavit Filius „Dei terram, ex terra hominem formavit, ex „homine carnem sumpsit ipse. Si igitur de „corpore prædicatur terra ratione originis an„tiquæ, erat autem terra ratione creationis „propria Christi creatura, & ex hac panis, & „vinum extiterunt, ex ipsa rursus corpus ho„minis, hoc autem corpus Christus induit, „merito cum accepisset panem, & vinum, di„xit: *Hoc est corpus meum. Matth.* 26. *v.* 26. „Non enim figura est corporis, aut sanguinis, „ut quidam stupida mente nugati sunt, sed po„tius vere corpus, & sanguis Christi. Quan„doquidem vero corpus ex terra existit, ex „terra autem panis, & vinum, quomodo non „est alius ausus dicere: *Caro mea vere est cibus, „sanguis meus vere est potus. Joan.* 6. *v.* 56.

„Nem-

„Nempe quia nullius est creator terræ, nisi hic, „nullius est creatura, nisi Filius Dei, idcirco „dixit: *Hoc est corpus meum;* mea enim, & „non alterius est creatura terræ; omnes enim „post terram geniti sunt corpus a me accipien„tes, ego vero ante terram a nullo hanc acci„piens, ex hac corpus, id est, ex mea crea„tura accepi sumens carnem. Ex meo igitur „propono vobis charisma: ex terra vobis pa„nis ad alendum existit, terra vero creatura „mea est: ex terra similiter existit corpus, & „hæc mea massa. Ex unione igitur, qua uni„tus sum, sanctus cum terreno, do panem, „& vinum, jubens esse corpus meum, & san„guinem. Etenim si Abraham, aut alius „quispiam ex Sanctis dixisset: *Caro mea est ci„bus &c.* valde mentiri ausus esset: aut si di„xisset: *Hoc est corpus meum &c.;* non enim „hoc ipsius, sed alterius esset substantia, ne„que manducata vitam manducantibus præbe„ret; siquidem quod non habet verbum vivens „unitum cum corpore, quod fuit terrenum, „ad æternam vitam edentes non adduceret. „Christus ergo proprium corpus, & sanguinem „dedit credentibus immisso eis vitali pharma„co Divinitatis. Cum igitur eam, quæ caro „est, vocat panem, & eum, qui sanguis, vo„cat vinum, docuit nos convenienter rationi, „ex terra esse corpus, similiter & panem, & „unius generis substantiam in corpore, & pane. „Cæterum panis communis ex terræ cultura „elaboratus, etsi caro quædam terræ est, ta„men vitam æternam præbere non promittit, „sed breve solatium præbentibus tribuit, cito

„eo extincto sine divino Spiritu: panis vero „in beata Christi terra virtute Divinitatis uni- „tæ confectus, solo gustu immortalitatem ho- „mini affert; mysticus enim panis, cum be- „nedictionem Patris habeat inseparabilem, il- „lam dico, quæ in corpore, & sanguine ejus „facta est, unit comedentem corpus Christi, „eumque membra Christi efficit; ut enim char- „ta vim, quam per literas magistri accepit, „discipulo tradit, & per eam cum magistro „illum unit: sic corpus, quod ille panis my- „sticus est, & sanguis, qui illud vinum, im- „mortalitatem intemeratæ Divinitatis partici- „panti tribuunt e suo, & ex seipsis, & per „eam ad mansionem incorruptibilem Creatoris „reducunt. Caro enim Salvatoris manducata „non corrumpitur, nec sanguis hic potatus „consumitur, quin potius, qui edit, ad incre- „mentum virium venit, qui vero editur, con- „sumi non potest, quia omnis consumptio ra- „tione quadam naturæ cognata est.



S. ANA-



S. ANATOLII ALEXANDRINI
LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPI CANON PASCHALIS.

§. I.
Argumentum.

Probo, & Caro imperantibus Anatolius Alexandrinus floruit. Hic ob eximiam do- inam ab Alexandrinis suis rogatus Aristote- am scholam ibidem instituit. Relicta dein- Alexandria in Syriam migravit, ubi Theo- mus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus pri- is eum Episcopum consecravit, & succes- em suæ Ecclesiæ destinavit. Verum Antio- iam ad Concilium contra Paulum Samosa- ium celebratum evocatus per urbem Laodi- im iter faciens mortuo Eusebio urbis illius iscopatum anno 270. suscepit, quamdiu ve- in hac cathedra sederit, ignotum est. Scri- t Institutiones Arithmeticas, & nonnulla a in S. Scripturam opera, ex quibus pauca erfunt. Scripsit præterea volumen de Pa- iate, seu Canonem Paschalem teste Eusebio . *l.* 7. *c.* 32., & S. Hieronymo *de vir. illust.* 3. hujus antiquam versionem latinam pri- is edidit, & commentario illustravit Ægi- is Bucherius *de doctr. temp.*, quæ passim Ru- o tribuitur, uti contra Dupinium probat llandius *in Bibl. PP. tom.* 3. *Anatolius quis.*

§. II.

Analysis.

Diversi cycli. 1. „Sanctus Anatolius Canonem Paschalem formaturus *Primo* diversos diversorum lunæ, & solis cyclos refert: „Scilicet Hippo„lytus 16. annorum circulum quibusdam igno„tis lunæ cursibus composuit. Alii 25., alii „30., nonnulli 84. annorum circulum com„putantes nunquam ad veram Paschæ compu„tandi rationem pervenerunt.

Novilunium primi mensis, & æquinoctium vernum. 2. *Secundo* docet: „In primo anno novi„lunium primi mensis, quod caput est totius „circuli 19. annorum secundum Ægyptios qui„dem contingere die 26. mensis Phamenoth, „juxta Macedones vero die 22. mensis Dystri, „secundum Romanos vero ante diem 11. ca„lendarum Aprilium, in qua die non solum in„venitur sol conscendisse primam partem, ve„rum etiam quartam lunam jam in ea die ha„bere, hoc est, in prima ex duodecim parti„bus. Hæc autem particula prima ex 12. ver„nale est æquinoctium, & ipsa est initium men„sium, & caput circuli, & absolutio cursus „planetarum, & totius circuli terminus; & „ideo dicimus non parum delinquere eos, qui „ante hoc initium novi anni Pascha putant „esse celebrandum, sed nec a nobis primis ex„ordium sumit hæc ratio; antiquis enim Ju„dæis fuisse comprobata monstratur, qui, cum „quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pa„scha non prius esse immolandum, quam æqui„noctium vernale transiret. Aristobulus etiam „hoc

„hoc addit, in die Paschæ non solum obser„vandum esse, ut sol æquinoctium vernale „transcendat, verum etiam & luna. Cum „enim duo sint æquinoctia veris, & autumni „æquis spatiis dirempta, & decima quarta die „mensis primi ad vesperum sit statuta solemni„tas, quando soli opposita luna e regione de„prehenditur, invenitur utique vernalis æqui„noctii partem sol continens, luna vero econ„trario autumnalis.

3. *Tertio.* „Nobis autem Christianis, qui„bus velamen Mosaicæ legis ablatum est, & „quibus impossibile est, ut hæc omnia uno, „eodemque tempore apte veniant, id est, luna „14. & dies Dominica æquinoctio transacto, „& quos necessitas Dominicæ Resurrectionis „constringit, ut in die Dominica Pascha im„molemus, conceditur, ut usque ad vicesi„mam lunam principium nostræ solennitatis „extendamus, quia vicesima luna licet totam „noctem non impleat, tamen in secunda vigi„lia exorta majorem noctis partem illuminat. „Certe si usque ad duarum vigiliarum termi„num, quod est noctis medium, ortus lunæ „tardaverit, non lux tenebras, sed tenebræ „lucem superant, quod certum est, in Pascha „non esse possibile, ut aliqua pars tenebrarum „luci dominetur, quia solennitas dominicæ Re„surrectionis lux est, & non est communicatio „luci cum tenebris. Et si in tertia vigilia lu„na scanderit, non est dubium, lunam 22. vel „23. exortam, in qua verum Pascha non est „possibile immolari; nam qui hac ætate lunæ

Pascha luna 22. celebrari nequit.

„definiunt Pascha posse celebrari, non solum „illud auctoritate divinæ Scripturæ affirmare „non possunt, sed & sacrilegii, & contuma„ciæ crimen, & animarum periculum incur„runt, dum affirmant, veram lucem posse im„molari cum aliqua dominatione tenebrarum. „Unde errant quidam Galliæ computistæ, qui „luna 21., aut 22. Pascha legitimum sancie„bant, sicut & illi, qui tres addiderunt dies „ante æquinoctium, in quibus Pascha immo„lari posse definiunt, quod certum omnimo„dis est putari absurdum, cum apertissimis Ju„dæorum Historiographis, & LXX. Senioři„ribus evidenter definitum sit, Pascha in æqui„noctio celebrari non posse.

[...]tati-[...]um [...]s cele-[...]ndi [...]scha.

4. *Quarto.* „Porro omnes Asiæ Episcopi a „S. Joanne Evangelista docti indubitanter om„nibus annis, quando luna 14. adfuisset, & „agnus apud Judæos immolaretur æquinoctio „transvadato Pascha celebrabant, non acquie„scentes quorumdam auctoritati Petri, & Pau„li Successorum, qui solennitatem Resurrectio„nis Domini in die tantum dominica posse ce„lebrari docuerunt, unde & contentio quæ„dam exorta est inter Victorem Romanæ urbis „Episcopum, & Polycratem, qui tunc in Epi„scopis Asiæ primatum gerere videbatur, quæ „Irenæo tum Galliæ partis Præsule rectissime „pacata est, utrisque partibus in sua regula „perseverantibus, illi quidem in decima quar„ta die mensis primi diem Paschæ observa„bant secundum Evangelium, ut putabant: hi „autem dominicæ Passionis diem transeuntes,

„uti

sti tristitia, & moerore repletum, confirmant, ne liceat aliquando nisi in die dominica, in qua resurrectio Domini a mortuis facta est, & in qua nobis exorta est sempiternæ causa lætitiæ dominicum Paschæ celebrare mysterium.

5. „Sed hoc ab aliis sapientibus viris impossibile esse definitur, quod in illo brevissimo 19. annorum circuli spatio Pascha verissimum, id est, in die dominica æquinoctium transgrediens inveniatur. Ad hanc objectionem respondet S. Anatolius, & hunc annorum circulum cum lunæ cursibus ponit, computatis ante diebus, quibus reciprocis cursibus involvitur annus in Kalendis, Idibus, & Nonis, & solis ascensu, & descensu. Scilicet: Januarius in Kalendis una dies, Luna prima. In Nonis quinta dies, Luna 5. In Idibus 13. dies, Luna 13. In Kalendis Februarii 32. dies, Luna 2. In Nonis 36. dies, Luna 6. In Idibus 44. dies, Luna 14. In pridie Kalendas Martii 59. dies, Luna 29. In Kalendis Martii 60. dies, Luna 1. In Nonis 66. dies, Luna 7. In Idibus 74. dies, Luna 15. In pridie Kalendas Aprilis 90. dies, Luna 2. Kalendis Aprilis 91. dies, Luna 3. In Nonis 95. dies, Luna 7. In Idibus 103. dies, Luna 15. In pridie Kalendas Maji 120. dies, Luna 3. Kalendis Maji 121. dies, Luna 4. In Nonis 127. dies, Luna 10. In Idibus 135. dies, Luna 18. In pridie Kalendas Junii 151. dies, Luna 3. Kalendis Junii 152. dies, Luna 5. In Nonis 153. dies, Luna 9.

Lunæ ætas in Kalendario Juliano expansa.

„In Idibus 164. dies, Luna 17. In pridie
„lendas Julii 181. dies, Luna 5. Kalendis
„lii 182. dies, Luna 6. In Nonis 188. d
„Luna 12. In Idibus 196. dies, Luna
„In pridie Kalendas Augusti 212. dies, Lu
„Kalendis Augusti 213. dies, Luna 7. In
„nis 217. dies, Luna 12. In Idibus 225. d
„Luna 19. In pridie Kalendas Septem
„243. dies, Luna 7. Kalendis Septem
„244. dies, Luna 8. In Nonis 248. dies,
„na 12. In Idibus 256. dies, Luna 20.
„pridie Kalendas Octobris 273. dies, Lu
„Kalendis Octobris 274. dies, Luna 9. In
„nis Octobris 280. dies; Luna 15. In Id
„288. dies, Luna 23. In pridie Kalendas
„vembris 304. dies, Luna 9. Kalendis
„vembris 305. dies, Luna 10. In Nonis
„dies, Luna 14. In Idibus 317. dies, Luna
„In pridie Kalendas Decembris 334. dies,
„na 10. Kalendis Decembris 335. dies,
„na 11. In Nonis 339. dies, Lna 15. In
„bus 347. dies, Luna 23. Pridie Kalendas
„nuarii 363. dies, Luna 11. Kalendis Ja
„rii 366. dies, Luna 12. Nunc autem
„computationem dierum, & lunæ cursum of
„sum, quibus in finem volvitur totus, an
„rum circuli principium inchoandum est. I
„Pascha a VI. Kalendas Aprilis, usque in
„Kalendas Maji.

Æ

	Æquinoctium.	*Luna.*	*Pascha.*	*Luna.*
1.	Sabbato	XXVI.	XV. Kal. Maji 17. April.	XVIII.
2.	Dominica	VII.	Kal. April.	XIV.
3.	II. Feria	XVIII.	XI. Kal. Maji	XVI.
4.	III. Feria	XXIX.	Idibus Aprilis	XIX.
5.	IV. Feria	X.	IV. Kal. April.	XIV.
6.	V. Feria	XXI.	XIV. Kal. Maji	XVI.
7.	Sabbato	II.	VI. Kal. April.	XVII.
8.	Dominica	XIII.	Kal. Aprilis	XX.
9.	II. Feria	XXIV.	XVIII. Kal. Maji	XV.
10.	III. Feria	V.	VIII. Idus April.	XV.
11.	IV. Feria	XVI.	IV. Kal. April.	XX.
12.	V. Feria	XXVII	III. Idus April.	XV.
13.	VI. Feria	VIII.	III Nonas April.	XVII.
14.	Sabbato	XX.	IX. Kal. Maji	XX.
15.	Dominica	I.	VI. Idus April.	XV.
16.	II. Feria	XII.	II. Kal. April.	XVIII.
17.	IV. Feria	XXIII.	XIV. Kal. Maji	XIX.
18.	V. Feria	IV.	II. Nonas April.	XIV.
19.	VI. Feria	XV.	VI. Kal. April.	XVII.

6. Denique S. Anatolius solis ascensum, descensum, seu quatuor anni cardines ita signat: „Per 15. dies, & horæ dimidium sole ascendente per singula momenta, id est, per 4. in una die, ab VIII. Kal. Januarii in VIII. Kalendas Aprilis hora diminuitur, in qua consumuntur XII. horæ, & assis, id est, prima pars ex 12. particulis. Et ab VIII. Kalendas Aprilis in VIII. Kalendas Julias per 15. dies hora diminuitur per duo momenta, & dimidium, & sextam partem momenti sole „ascen- *Quatuor anni tempora.*

„ascendente per singulos dies. Et ab VIII.
„lendas Julias in VIII. Kalendas Octobris
„liter per 15. dies, & quatuor horas hor
„minuitur descendente sole in unaquaque
„per eumdem numerum momentorum, &
„tium; quod superest, usque in VIII. K
„das Januarias simili numero horarum, ac
„mentorum finitur: ita ut VIII. Kalenda
„nuarii horam, & horae dimidium hora
„beat; eousque namque dies, & nox
„nuuntur, & 12. horae, quae in vernali a
„noctio in principio Domini dispensatione
„stitutae sunt in VIII. Kalendas Julii noct
„minutae sole ascendente per singulos gr
„18. in duodecimo longiori spatio reperia
„adjunctae: & iterum 12. horae, quae in
„tumnali aequinoctio solis descensu replea
„in VIII. Kalendas Januarii sex horae in 12
„visae inveniantur disjunctae, nocte 18. in
„divisas tenente, quae in VIII. Kalendas
„similiter 6. in 12. partitas tenebat. P
„ista quatuor temporum confinia licet men
„sequentium Kalendis approximentur, un
„quodque tamen medium temporis, id
„verni, & aestatis, autumni, & hyemis te
„non exinde temporum, unde mensium p
„cipia inchoantur, sed ita ut a prima die v
„tempus aequinoctium dividat, & aestatis V
„Kalendas Julii, & autumni VIII. Kale
„Octobris, & hyemis VIII. Kalendas Jan
„similiter dividitur.

Errores hujus Canonis. *Notat* in hunc Canonem Paschalem Bucherius, 1
Anatolium aequinoctium vernale juxta m
XI. Kalendas Aprilis, seu 22. Martii anni Ju

nstituisse. Verum ex toto contextu apparet, ım VIII. Kalendas Aprilis æquinoctio assignasse, icet 25. Martii. 2) Errat vero Canon Pascha-, quod æquinoctium non uti Alexandrini, & nodus Nicæna in Martii 21. die, vel ut Latini sci cum Judæis in 18., sed 25. cum Cæsare nat. 3) Errat, quod ex annis 19. duos tan-n bissextiles statuat, cum 4. ad minimum nendi essent, unde annum solarem a Juliano versum, tantoque breviorem facit, ac pascha- Dominicas a veris diversas, & in ferias sim-:es incidentes. 4) Errat, quia, qui Ennea-ateridos primus ipsi annus est, Alexandrinis undecimus, Latinis, & Victorio secundus; anno enim vulgaris Christi epochæ 276. cy-m suum orditur 8. annis ante Alexandrinum. Errat, quia aurei numeri Anatoliani a 14. ad sursum uno die in Kalendario Juliano promo-rtur. 6. Errat, quia ætatem lunæ non rite erminat; nam lunæ Anatolii Alexandrinas ple-ıque biduo, triduove, Latinas uno die, vel uo præcurrunt. 7. Errat in capite, & fine ni mensis, quem Latini a die 5. Martii, Ale-ndrini ab 8., ipse a 10. incipit. 8. Errat in æ ætate Dominicæ paschali assignanda, quia m lunam 14. in ea admittit. 9. Errat in ipsa chalis cycli revolutione, quam annis 19. in-dit. Ob hos errores Canon Paschalis S. Ana-i in usum nisi forte Laodicææ, & quidem ad ve tempus deductus non fuit. Denique tabu- Anatolianæ hic usus est: prima columna cy-m solarem: 2da æquinoctium: 3tia lunæ æta-ı in æquinoctio: 4ta diem Paschatis: 5ta æta-ı lunæ in die Paschatis indicat, v. g. anno 1. li solaris æquinoctium incidit in Sabbatum, am 26. Pascha in diem XV. Kal. Aprilis, seu Martii, lunam 18.



ACTA



ACTA DISPUTATIONIS
S. ARCHELAI
GASCHARORUM IN MESOPOTAMIA EPISCO[PI]
CUM MANETE HÆRESIARCHA.

§. I.
Argumentum.

Post Canonem Paschalem S. Anatolii Gall[an]dius in sua Bibliotheca PP. refert ex Eu[se]bio nonnulla fragmenta Malchionis Antioch[e]næ Ecclesiæ Presbyteri, in quibus pravus c[ha]racter Pauli Samosateni describitur, qui[bus] proinde omissis ad S. Archelaum pergi[mus]. Hic Cascharorum, seu potius Charrarum i[n] Mesopotamia Episcopus circa annum 277. c[um] Manete, seu Manichæo disputationem habuit, quam ipsemet Syriace scripsit, quæque dein[de] forte ab Hegemonio Chalcedonensi Episcopo i[n] Græcum translata, ac demum ab ignoto qu[o]dam ante sæculum septimum in Latinum ver[sa] fuit, quam in Casinensi Bibliotheca integra[m] repertam Gallandius suæ Bibliothecæ PP. to[mo] 3. inseruit, illique elogia hujus Disputatio[nis] S. Cyrilli Jerosf. *catech.* 6., Epiphanii *hær.* 66. Hieronymi *de vir. illustr. cap.* 72. præmisit.



§. II

§. II.
Analysis.

Occasionem Disputationis cum Manete habitæ S. Archelaus ita narrat: „In Charchar urbe Mesopotamiæ erat quidam vir Marcellus nomine genere, & prudentia clarus, facultatibus copiosus, religiosissime Deum timens, & his, quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans. Quodam in tempore cum Archelao Episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus, qui ibi castra servabant, septem millia numero, & septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eoquod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur, qui, cum dissimulare non posset, ad Marcellum properans rei gestæ negotium exposuit. Verum Marcellus nihil omnino moratus reseratis bonorum suorum thesauris pietatis pretia militibus nec numero aliquo, nec discretione ulla distribuit, ut magis dona, quam pretia viderentur: at illi admirati immensam viri pietatem, & munificentiam commoventur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem D. N. Jesu Christi derelicto militiæ cingulo, alii vero vix quarta pretiorum portione suscepta ad propria castra discederent, cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.“ His gestis Marcellus, cum ex uno ex captivis didicisset, quomodo subito a militibus capti, & graviter in itinere vexati fuissent, omnes cibis refocillavit, vulneratos curavit, mortuos sepelivit: „Cujus *Occasio Disputationis.*

„Cujus rei fama, cum diversis in locis de eo „sæpissime spargeretur, Persarum in regionem „eum pertulit admirandum, in qua demora„batur Manes quidam, qui mox plurima se„cum ipse volvebat, quemadmodum eum do„ctrinæ suæ posset laqueis irretire; præsume„bat universam se occupare posse provinciam, „si prius talem virum sibimet subdere potuisset. „Accitum ergo unum ex discipulis Turbonem „nomine tradita epistola abire jubet, ac per„ferre Marcello, qui eam huic pertulit. Ac„ceptas igitur literas Marcellus resolvit, ac le„git præsente Archelao civitatis Episcopo, „quarum exemplum hoc est.

Epistola Manetis ad Marcellum.

2. „Manichæus Apostolus Jesu Christi, & „qui mecum sunt omnes Sancti, & Virgines, „Marcello filio charissimo, gratia, misericor„dia, pax a Deo Patre, & D. N. J. Christo, „& dextera lucis conservet te a præsenti sæcu„lo malo, & a ruina ejus, & a laqueis ma„ligni. Dilectionem quidem tuam immensam „sentiens vehementer gavisus sum, fides vero, „quia non sit juxta te recta ratione, moleste „tuli. Propter quod ad emendationem gene„ris humani missus sum, & subveniens his, „qui se erroribus tradiderunt, hæc scripta ad „te necessarium duxi transmittere; primo qui„dem ad salutem animæ tuæ, deinde & eo„rum, qui tecum sunt, ut ne indiscretos ani„mos geras, sicut simpliciorum magistri do„cent dicentes, malum, & bonum ab eodem „subsistere. . . . Et utinam eousque eorum „vanitas pervenisset, & non unigenitum Chri-

„stum,

„ſtum, Mariæ cujusdam mulieris eſſe dicerent „Filium ex ſanguine, & carne, ac reliquis „mulierum ſpurcitiis generatum. Et ut ne „plurima per hanc epiſtolam ſcribam, ſufficit „iſta dixiſſe: omnia autem cognoſces, cum „præſens fuero apud te, ſi tamen ſaluti tuæ „providere feſtinas; non enim laqueum alicui „injicio, ſicuti plurimi inſipientium faciunt. „Intellige, quæ dico, fili honorabilis.

3. „Hac epiſtola lecta bajulum literarum „Marcellus obſequentiſſime fovebat hoſpitio, „Archelaus vero ea, quæ lecta ſunt, non li„benter amplexus, velut leo concluſus denti„bus infrendebat, auctorem epiſtolæ ſibi deſi„derans dari, quem Marcellus ſuadebat quie„ſcere, ſemet pollicens procuraturum præſen„tiam viri. Reſcribere ergo Marcellus ad ea, „quæ ſcripta ſunt, ſtatuit epiſtolam continen„tem hæc: Marcellus vir illuſtris Manichæo, „qui ſibi per epiſtolam indicatus eſt, ſalutem. „Scriptam quidem a te epiſtolam ſumpſi, & „Turbonem ſolita mihi humanitate ſuſcepi, „ſenſum vero literarum nequaquam adverti, „niſi forte tu præſens exponas nobis per verba „ſingula, ſicut promiſiſti. Vale. Hanc epiſto„lam ſignatam tradebat Turboni referre ad „Manetem, ille vero ad eum redire penitus „reluctabatur, abnegans ultra ſe communio„nem cum Manete aliquam facturum. Mar„cellus vero accito uno ex pueris ſuis Calliſto „nomine præcipit proficiſci, qui poſt triduum „pervenit ad Manem, quem in caſtello quo„dam Arabionis reperit, atque epiſtolam tra-

Epiſtola Marcelli ad Manetem.

„didit: qua ille perlecta gavisus est, a Mar„cello invitatum se esse, & sine mora iter in„vadit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus „non discedebat, nec ab Archelai Episcopi „confabulatione cessabat; valde enim studiose „uterque de Manichæi studiis perquirebant, „scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi „ferat: at ille universa dilucide enarravit, re„petens, & exponens de fide ejus hoc modo.

mi- nismi lema. 4. „Manichæus duos colit deos innatos ex „semetipsis extantes, æternos, unum uni ad„versantem, & alterum quidem bonum, alte„rum autem malum introducit: lux uni no„men imponit, & alteri tenebræ: & lucis qui„dem partem esse animam, quæ in hominibus „est, tenebrarum autem corpus, & quæ ex „materia est conditio. Permixtionem autem „hoc modo dicit effectam. Accidit, ut tene„bræ progredientes fines suos bellum cum luce „commiserint, quod cum cognovisset bonus „Pater, tenebras ad terram suam supervenisse, „produxit ex se virtutem, quæ dicitur mater „vitæ, qua virtute circumdedit primum ho„minem, quæ sunt quinque elementa, id est, „ventus, lux, aqua, ignis, & materia, qui„bus indutus descendit deorsum, pugnare ad„versum tenebras. At vero tenebrarum prin„cipes repugnantes ei comederunt de armatu„ra ejus, quod est anima. Tunc ibi vehemen„ter afflictus est deorsum primus parens homo „a tenebris, & nisi orantem eum exaudisset „Pater, & misisset alteram virtutem, quæ pro„cesserat ex se, & dicitur Spiritus vivens, &

„edu-

uxiffet eum de tenebris, olim primus homo tentus periclitaretur. Ex eo ergo animam orfum reliquit, & propterea Manichæi, m fibi invicem occurrunt, dant fibi dexte- s tanquam ex tenebris liberati; in tenebris im omnes hærefes effe dicunt. Tunc vi- ns Spiritus creavit mundum, & indutus :s alias virtutes defcendens eduxit princi- s, & crucifixit eos in firmamento, quod : ipforum corpus fphæra. Et rurfum vi- ns Spiritus creavit luminaria, quæ funt re- uæ animæ, & fecit ea firmamentum cir- mire, & rurfum creavit terram, & funt to. Eft autem omophorus deorfum, id eft, i eam portat in humeris, & cum laborave- : portans, intremifcit, & hæc eft caufa rræ motus præter conftitutum tempus. Hac : caufa Filium fuum mifit benignus Pater, : finibus fuis in cor terræ, quo illum coer- ret. Tunc autem & ipfa materia creavit : fe plantas, & germina, quæ cum furatæ fent a quibusdam principibus, convocavit nnes principes primarios, & fumpfit ab eis igulas virtutes, & fecit hominem hunc fe- indum fpeciem primi hominis illius, & jun- t animam in eo.

5. „Cum autem vidiffet Pater vivens, affli- animam in corpore, mifit Filium fuum di- ctum, qui transformavit fe in fpeciem ho- inis, cum non effet homo, qui machinam ıamdam concinnavit ad falutem animarum, . eft, rotam habentem duodecim urceos ıaurientem animas morientium, quas fol ra-

 „diis

„diis suis adimens purgat, & lunæ tradit;
„naves enim dicit duo ista luminaria, & cum
„repleta fuerit luna, transfretare animas ad
„subsolanam partem, & ita apocrusin, id est,
„decrementum patitur. Cum vero luna onus
„animarum sæculis tradiderit Patris, perma-
„nent illæ in columna gloriæ, quod vocatur
„aer perfectus, & hæc est causa salutis anima-
„rum. Deinde virgo quædam decora a viris
„principibus concupita, & anxie quæsita subi-
„to nusquam apparuit. Tunc Princeps ille
„magnus producit nebulas ex semetipso, ut
„obscuret in ira sua omnem mundum, qui,
„cum tribulatus fuerit, plurimum sudat, cujus
„sudor sunt pluviæ. Sed & messis princeps,
„si deceptus fuerit a virgine, incipit excidere
„radices hominum, & sic efficitur pestilentia:
„quodsi vero superiores partes radicum vali-
„dius concusserit, fit terræ motus, & sequi-
„tur omophori concussio: & hæc est mortis
„occasio.

6. „Dicam autem vobis, quomodo & ani-
„ma in alia quoque corpora transfunduntur.
„In hoc primo purgatur aliquid parum ex ea,
„deinde transfunditur in canem &c., quodsi
„homicidium commisit, anima in elephantia-
„corum corpora transfunditur, quodsi messem
„secuit, in mutos, messores autem, qui mes-
„sem metunt, in fœnum, faseolum, hordeum,
„ut & ipsi desecentur, & demetantur; & qui
„manducant panem, necesse est, ut & ipsi
„manducentur panis effecti. Qui occiderit pul-
„lum, & ipse pullus erit; qui murem, mus &
„ipse

„ipse erit. Siquis vero est dives in hoc mun-„do, cum exierit de corpore suo, necesse est, „eum in corpus pauperis ejici, ita ut ambulet, „& mendicet, & post hæc eat in pœnas æter-„nas. Cum ergo corpus hoc principium sit & „materiæ, necesse est, eum, qui plantaverit „perseam, seu persicam arborem, per multa „corpora transire, usquequo persea illa conci-„dat, qui autem ædificaverit domum, disper-„getur per omnia corpora. Siquis laverit se „in aqua, animam suam vulnerat; & qui non „præstiterit electis ejus alimenta, pœnis sub-„detur gehennæ, & transformatur in Cate-„chumenorum corpora, usquequo faciat mise-„ricordias multas, & propterea siquid opti-„mum est in escis, offerunt illud electis, & „cum voluerint manducare panem, orant, ista „dicentes ad panem: neque ego te messui, ne-„que malui, neque tribulavi, nec in clibanum „te misi, alius te fecit, & detulit te mihi, „ego innocenter te manduco. Et cum hæc „dixerit, respondet ad eum, qui ei detulit; „oravi pro te, & ille discedit ita. Et iterum „dicunt, esse alios quosdam mundos, quibus „mundi hujus luminaria, cum hic occiderint, „oboriuntur. Et illi dicunt, siquis ambulat in „terra, lædit terram, & qui movet manum, „lædit aerem, quia aer anima est hominum, „& animalium, & volatilium, & piscium, & „repentium; dixi enim vobis, quia corpus „hoc non est Dei, sed materiæ est, ipsumque „corpus obscuritas est.

 7. Pa-

7. „Paradisus autem, qui vocatur mun-
„dus, & arbores, quae in ipso sunt, concupi-
„scentiae sunt, & caeterae seductiones corrum-
„pentes cogitationes hominum. Illa autem
„arbor, quae est in Paradiso, ex qua agnosci-
„tur bonum, ipse est Jesus, & scientia illius,
„quam qui acceperit, discernit bonum a malo:
„mundus autem nec ipse est Dei, sed ex parte
„materiae plasmatus, & ideo omnia extermi-
„nantur: quod autem furati sunt principes a
„primo homine, ipsum est, quod adimplet lu-
„nam, quod quotidie purgatur a mundo: & si
„exierit anima, quae non cognoverit verita-
„tem, traditur daemonibus, ut eam doment
„in gehenna ignis, & postea, quam correcta
„fuerit, transfunditur in alia corpora, ut do-
„metur, & ita injicitur in illum magnum
„ignem usque ad consummationem. De Pro-
„phetis autem, qui apud vos sunt, dicit, spi-
„ritus esse impietatis tenebrarum illarum, qui
„ab initio ascenderant, a quibus decepti non
„sunt locuti in veritate, & siquis sequitur ver-
„bum ipsorum, morietur in saecula. Prae-
„cipit autem electis suis solis, qui non sunt
„amplius, quam septem numero, ut eum de-
„finerent manducantes, orarent, & mitterent
„oleum super caput exorcizatum invocatis no-
„minibus plurimis ad confirmationem fidei,
„soli autem illi septem utuntur his nominibus.
„Et magnum nomen Sabaoth dicit naturam
„esse hominis, & patrem concupiscentiae.
„Adam vero, & Evam creaverunt principes
„dantes Evae de concupiscentia sua, ad deci-
„piendum Adam.

8. „Deum

8. „Deum vero non habere partem cum „mundo, nec gaudere super eo, quia ab initio „furtum passus est a principibus, & ideo fura„tur ab eis quotidie animam suam per solem, „& lunam. Illum vero, qui locutus est cum „Moyse, & Judæis, & Sacerdotibus, princi„pem dicit esse tenebrarum, & ideo unum, at„que idem sunt Christiani, & Judæi, & gen„tes eumdem Deum colentes, & vinculis tra„dentur, quia non speraverunt in Deum veri„tatis; ille enim secundum concupiscentias „suas locutus est cum eis. Denique cum se„nior manifestam fecerit ejus imaginem, tunc „ipse omophorus extra se terram derelinquit, „& ille ignis magnus mundum consumit uni„versum.

10. „Hæc cum Turbo dixisset, vehemen- *Manetis habitus.* „ter accendebatur Archelaus, Marcellus vero „non movebatur, Deum expectans, auxilium „veritati suæ futurum. Archelao autem cura „pro populo. Igitur Marcellus Turbonem mu„neribus plurimis replevit, & in Archelai Epi„scopi domo residere præcepit. Eadem autem „ipsa die adventavit Manes, adducens secum „juvenes, & virgines electos ad viginti duo si„mul; & primo omnium Turbonem require„bat pro foribus Marcelli, quem cum non in„venisset, ad Marcellum ingreditur salutan„dum: quo ille viso admiratus est primo habi„tus indumenta; habebat enim calceamenti „genus, quod quadrisole vulgo appellari solet, „pallium autem varium tanquam aerina spe„cie, in manu vero validissimum baculum te-

„nebat ex ligno ebelino; Babylonium vero li-
„brum portabat sub sinistra ala: crura etiam
„braccis obtexerat colore diverso, quarum
„una rufa, alia vero velut prasini coloris erat,
„vultus vero ut senis Persæ artificis, & bello-
„rum ducis videbatur. Igitur Marcellus sta-
„tim ad Archelaum mittit, qui, cum verbo
„citius affuisset, invehi in eum animo urgeba-
„tur ex ipso habitu, & specie ejus, & maxi-
„me quidem, quod, & quæ Turbone referente
„cognoverat, secretius retractaverat, & dili-
„genter præparatus advenerat. At vero pru-
„dentissimus Marcellus omni contentionum
„studio sublato judices elegit religione gentiles
„quatuor numero, quorum hæc sunt nomina:
„Manippus Rhetoricæ peritissimus, Ægialeus
„Archiater, Claudius, & Cleobolus Rhetores,
„qui excelsiores omnibus consederunt, & si-
„lentio facto Manes dicere primum aggressus
„est hoc modo.

Manes suos errores probare conatur.

11. „Ego, viri fratres Christi quidem sum
„discipulus, Apostolus vero Jesu. Ego sum
„Paraclitus, qui a Jesu mitti prædictus sum *ad*
„*arguendum mundum de peccato &c. Joan.* 16.
„*v.* 8. Sicut & qui ante me missus est Paulus
„*ex parte scire, & ex parte prophetare* se dixit,
„1. *Cor.* 13. mihi reservans, quod perfectum
„est, ut hoc, quod ex parte est, destruam.
„Si ergo vultis mea verba suscipere, invenie-
„tis salutem, nolentes autem vos æternus
„ignis absumere habebit, eoquod manus inje-
„cistis in Patrem Christi, cum eum dicitis cau-
„sam esse omnium malorum, & conditorem
„in-

justitiæ; & totius iniquitatis creatorem, ex
)dem fonte dulcem, & amaram producen-
s aquam, quod fieri, aut intelligi nulla ra-
one possibile est; *Non enim potest arbor bona*
alos fructus facere, *Matth.* 7. *v.* 18; & in alio
co patrem diaboli mendacem, & homici-
um ab initio esse confirmat. *Joan.* 8. *v.* 44.
ursus desiderium fuisse tenebris, ut inseque-
ntur illud, quod de luce initio fuerat pro-
tum verbum, & inimicum hominem ziza-
orum seminatorem, & principem sæculi
undi hujus Deum, qui hominum mentes
cæcat, ut in Evangelio Christi deserviant?
onus est iste Deus, qui suos homines salvari
on vult? Sed & ea, quæ in Prophetis, &
ge scripta sunt, Satanæ nihilominus adscri-
enda sunt; ipse est enim, qui in Prophetis
nc locutus est, plurimas eis de Deo igno-
ntias suggerens, & tentationes, & concu-
scentias. Unde bonum nobis est ex omni-
us, quæ usque ad Joannem scripta sunt, ni-
l omnino suscipere, a diebus vero ejus
angelizatum regnum cœlorum solum am-
ecti. Non est igitur sine periculo cuiquam,
riter cum lege, & Prophetis novum testa-
entum, tanquam unius sint utraque, do-
re; quippe cum renovet de die in diem Sal-
toris nostri eruditio, illa vero veterascens
ope exterminium fiat; *Lex enim, & Prophe-*
usque ad Joannem Baptistam, *Luc.* 16. *v.* 16.
Joanne vero lex veritatis, lex promissionis,
x cœlorum, lex annuntiatur humano ge-
eri nova.

Duo principia Manichaei.

12. „Ego igitur duas naturas esse d
„unam bonam, & alteram malam, &
„quidem, quæ bona est, in quibusdam p
„bus habitare, malam vero esse tam mun
„hunc, quam omnia, quæ in eo sunt,
„ait Joannes: *Totus mundus in maligno est*
„*tus*, 1. *Joan.* 5. *v.* 19. & non in Deo. Pro
„rea duo loca esse diximus, unum bonum
„alium, qui extra eum est, ut in his spa
„habens posset in se suscipere creaturam m
„Si enim dicimus monarchiam unius nat
„& omnia Deum replere, & nullum esse e
„eum locum, quis erit creaturæ suscep
„Ubi gehenna ignis? In ipso dicam? A
„alioquin etiam ipse in his pariter cruciab
„Quomodo autem & condere potuit creat
„non subsistente materia? Si enim de non
„tantibus, consequetur, has visibiles cre
„ras meliores esse, & omnibus virtutibus
„nas: quodsi malitia est, & mors in eis,
„siquid bono contrarium est, quomodo ex
„natura factas esse eas dicimus. Si vero c
„sideretis, quomodo generentur filii homin
„invenietis non Dominum esse hominis cre
„rem; cum enim quis vestrum carnalibus c
„fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ ob
„tur incitatio, & ita generandi filii fru
„augetur non ex virtute aliqua, nec ex i
„intellectu, sed ex sola ciborum satietate,
„libidine, & fornicatione: & quomodo
„quisquam dicet, quia ad imaginem Dei
„ctus est Pater noster Adam? Quomodo
„nes, qui ex eo generati sumus, simile
„sumus? Imo vero e contrario plurimæ

s sunt formæ diversi vultus ferentes effi-
em.

13. „JUDICES DIXERUNT: Detur ratio, *Duo principia Manetis refutantur.*
lo esse principia naturalia, & etiam Arche-
o dicendi facultas. ARCHELAUS DIXIT:
tametsi ingentis audaciæ, & blasphemiæ
ena est intentio adversarii. MANES DIXIT:
udite, Judices! quid dixerit: adversarii?
rgo duæ res sunt. ARCHELAUS DIXIT: In-
niæ magis, quam prudentiæ videtur mihi
enus iste; potest enim is, qui non natura,
d proposito adversarius est, amicus effectus
on esse adversarius, quæ causa indicat, na-
uras rationabiles libero arbitrio esse permis-
s, unde & conversiones recipiunt, & ideo
genitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo
is, duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt,
ut convertibiles, aut una earum converti-
ir? At vero Manes post aliquam moram
espondit: inconvertibiles quidem sunt utræ-
ue, quantum spectat ad contraria, conver-
biles vero, quantum ad propria. ARCHE-
AUS DIXIT: Videris mihi delirus esse; in-
onvertibilem enim esse affirmasti utramque
aturam, quantum ad contraria spectat, con-
ertibilem vero, quantum ad propria: ego
ero dico, quia qui in propriis vertitur,
on excedit a se, sed est in eisdem, quibus
emper est inconvertibilis, qui vero recipit
onvertibilitatem, hic extra propria effectus
evenit in aliena.

14. „JU-

Duo principia repugnant.

,,JUDICES DIXERUNT: Quid dicis? ,,Recipiunt inconvertibilitatem, an non? E ,,immorante Mane ARCHELAUS AIT: Si con- ,,vertibiles eſſe dicit utraſque naturas, qui ,,eſt, quod impediat, ut ne unum, atque id ,,eas eſſe opinemur? Si enim inconvertibi ,,ſunt; non eſt in iis, quæ ſimiliter incon- ,,tibiles, & ſimiliter ingenitæ ſunt, ulla di- ,,ſcretio, neque altera ex his bona agnoſcit ,,aut mala: ſi vero convertibiles ſunt, pro- ,,nire poteſt, & bonum effici malum, & ma- ,,lum bonum: ſi autem hoc provenire poſſib ,,eſt, quare non unum dicamus ingenitum ,,quod intelligere magis dignum eſt juxta r- ,,tionem veritatis? Intueri enim oportet, quo- ,,modo malus ille fuerit ab initio, & in qua ,,malitiam exercuerit ante mundi conſtitut- ,,nem, cum nihil exiſteret, in quod exerce ,,malitiam. Quodſi ſuis eum dicas, extitiſ ,,malum, ſine dubio ergo oſtenditur, illum ,,bonæ eſſe naturæ: ſi vero & illi omnes mali ,,ſunt, quomodo poteſt Satanas & Satanam ,,ejicere. Sed dicis: bonus vim paſſus eſt a ,,malo: ſed nec hoc quidem eſt tibi ſine peri- ,,culo dicere, ut lucem victam eſſe confirmes; ,,quod enim vincitur, vicinum habet interitum. ,,Quodſi hominibus eum malum extitiſſe dixe- ,,ris, ergo ante hoc bonus fuit, & convertibi- ,,litatem recipit ex eo, quod creati hominis ,,cauſa inveniatur extitiſſe malitiæ. Sed po- ,,ſtremo dicat, quod eſt malum, & fructus no- ,,bis malitiæ, & nequitiæ hujus exponat, quo- ,,niam non agnoſcitur unquam arboris natura ,,ſine fructu.

15. „MANES DIXIT: Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo; fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, & omnes mali actus malae illius radicis. ARCHELAUS DIXIT: Gustum ergo nobis horum malorum fructuum profer. MANES DIXIT: Haec ipsa injustitia, quae in manibus est, testimonium reddit de gustu illius malae radicis. ARCHELAUS DIXIT: Si fructus isti sunt, id est, actus hominum mali, ipsi ergo homines radicis locum obtinebunt, & cum homines cessaverint peccare, vel saltem unus, vel alius, & si humanum genus interire pervenerit a facie terrae, ita ut ultra jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia fructum ultra non afferens: & cum homo sit factura, quis est adulterii, & fornicationis, & reliquorum talium pater? Cujus est hic fructus, priusquam fieret homo, quis erat, qui fornicaretur? MANES DIXIT: Sed homo a mala natura plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, sive peccet, sive non peccet. *Creatura non sunt mala ex se.*

16. „ARCHELAUS DIXIT: Ostendam etiam hoc, quoniam sermo Manetis omnino non constat. Nam & ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, & artificium ejus in malo conversum, utendo eo perverse; sic omne peccatum existit, ex quo homo est, sed nec ille quidem ipse magnus serpens malus ante hominem fuit, sed post hominem, in quo ostendit malitiae suae fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem ap- *Homo in se non est malus.*

„paret malitiæ pater, quomodo ingenitus erit,
„qui post hominem, qui factura est, malus
„effectus est? Sed ex tempore hominis a
„creati cur malus ostenditur? Quid in eo con
„cupivit, si omne corpus suæ facturæ erat,
„quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut con
„cupiscit, meliora, & aliena concupiscit. Quod
„si ingenitum est malum, quomodo interdum
„homo fortior illo invenitur? Obtemperans
„enim mandato Dei frequenter vincet omnem
„malitiæ radicem, & ridiculum est, si is,
„qui factura est, fortior inveniatur ingenito.
„Cujus autem est lex, & mandatum, quod
„homini datum est? Sine dubio confitebitur,
„Dei esse. Et quomodo dari lex alieno, aut
„inimico? Aut ille, qui accipit præceptum,
„quomodo potest adversum diabolum creato-
„rem suum pugnare? An in tantum stoliditatis
„progressum esse ipsum diabolum putabimus,
„quod adversum se hominem fecisse non sense-
„rit, nec animadverterit, quid futurum esset,
„nec providerit, quid sequebatur? Quomodo
„homo, qui ingenio, atque scientia non pa-
„rum pollet, ab eo, qui ignarus omnium,
„atque hebes sensu est, potuit accepisse sub-
„stantiam? Quodsi homo anima est, & cor-
„pus, quare ea inimica sibi dices, & contra-
„ria? Nam etsi diversa substantia sit, sed do-
„minatione, & observationis usu ex his duo-
„bus una persona subsistit. Quodsi maligni
„opus dicat quis esse corpus, cum sit corrupti-
„bile, non posset ferre animæ virtutem, & illi
„associatum interiret, quia non foret conso-
„nantia in utraque corporis, & animæ substan-
„tia.

a. Deinde ſcire te non dubito, Manes! uod generantis, aut creantis filius dicitur le, qui natus eſt, & creatus. Quodſi magnus hominem finxit, pater ejus eſſe debet cundum naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jeſus docens orare homines: *Sic dicite, m oratis: Pater noſter, qui es in cœlis. Matth.* 6. 9. De Satana autem dixit eum vidiſſe *ſi- t fulgur cadentem de cœlo, Luc.* 10. *v.* 18. ne uisquam audeat dicere, quod ipſum nos dobat orare; neque enim deſcenderat Jeſus, : homines conjungeret, & reconciliaret Sanæ, quin potius conterendum eum ſub peibus fidelium ſuorum tradidit. Sed ego beaores illos dicam eſſe gentiles, qui multos itroducunt deos, unanimes tamen confitenır, hic vero duos introducens inimicitias in- r eos non erubeſcit adſtruere. Sane ſi duo int ingenita, & his loca certa decernimus, ividitur Deus, ſi intra certum locum eſt, & on ubique diffunditur, & erit multo inferior co, in quo eſt; majus enim eſt ſemper, uod continet eo, quod continetur, & effitur Deus ejus magnitudinis, cujus eſt lois, in quo continetur, ſicut homo, ſi ſit in omo. Deinde ratio requirit, ut quis ſit, ui inter eos diviſerit, aut quis eis certos terinos ſtatuerit, & invenitur uterque multo ferior virtutis humanæ. Et quomodo aubit quiſquam dicere, non ubique eſſe Deum, i eſt lumen verum indeficiens, cujus eſt gnum ſanctum, & ſempiternum, ceu neiſſimi iſtius impietas, qui nec æqualem idem cum hominibus poteſtatem omnipoti Deo tribuit.

Tenebræ a malo non creatæ.

17. „Dicam autem nunc etiam, quo
„acciderint tenebræ. Cum lux esset u
„diffusa, mundum Deus cæpit condere,
„tium a cœlo, & terra sumens, in quo i
„tio evenit, ut medietas, quæ est terræ
„umbra obtectus, objectu videlicet earum,
„factæ sunt creaturarum, inveniretur o
„rus, ita ut res expeteret, introduci l
„huic ipsi in medietate posito loco: unde
„Genesi Moyses enarrans facturam mun
„quaquam facit tenebrarum mentionem
„quasi factæ sint, aut non factæ, sed ip
„cuit, his, qui possunt advertere, de
„quens rationem hujus intellectus, quæ
„dem non satis est ardua, atque difficilis
„enim non fiat manifestum, solem visib
„cum ab oriente fuerit exortus, tetender
„suum ad occidentem, cum sphæram in
„rem subierit, quod tunc objectu corp
„obumbratus non appareat. Est ergo un
„atque noctis causa corporis terræ solidit

Duo principia non habent distincta regna.

18. „Deinde dicat mihi etiam Manes,
„in regno suo posito, & maligno simili
„suo regno, quis inter medium ipsorum
„struxerit murum; non enim potest divi
„quid duas substantias, nisi quod sit ut
„majus. Jam vero quis est, qui exstr
„murum ad designandum uniuscujusqu
„minum regni? Nolo moretur hic per
„sed jam confiteatur dualitatis suæ in
„refusam esse substantiam: dicat quemq
„qui medium exstruxerit murum: quid a
„alter altero instruente? Dormiebat, aut

„rabat, aut resistere non valuit, aut pretio „concessit? Dic, quid faciebat, vel quis est „omnino, qui exstruxit? MANES DIXIT: Bo„nus Deus, & nihil habens commune cum „malo firmamentum posuit in medio, quo alie„num a se esse malignum patefaceret. ARCHE„LAUS DIXIT: Usquequo dignitate nominis „mentiris? Deum etenim solummodo nomine „appellas, & Deitatem ipsius humanis infir„mitatibus comparas. Aliquando ex non ex„tantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ „quidem ante se fuerit, asseris exstruxisse: in„terdum etiam eum timidum, interdum & „convertibilem dicis. Si enim Deus murum „construxit, timidum se hic designat; scimus „enim semper eos, qui suspicantur ab extra„neis sibi dolos intendi, ipsi solent urbes suas „muris circumdare, in quo & ignorantiam ha„bent pariter, atque imbecillitatem sui osten„dunt. Deinde concedamus, structuram fa„ctam esse muri, quæ ad discretionem esset „utriusque regni, tunc impossibile erit, ma„lignum egressum propriis finibus boni partes „invadere, nisi prius murus interjectus dejicia„tur. Quid ergo dicit Manes, quod superve„nerint tenebræ ex propriis finibus in regnum „Dei boni? Quis prius dejecit munitionem? „Si dixeris, quia Deus destruxerit, requiram, „quid eum moverit ad destruendum hoc, quod „prius propter importunitatem maligni, & se„parationem ipse exstruxerat. Quodsi a ma„ligno murum dicat esse destructum, quomodo „possunt boni Dei opera a maligno superari? „Alioquin fortior Deo invenietur maligna na-

„tura. Quomodo & ipſe, cum ſit omnino to-
„tus tenebræ, luci ſupervenit, & comprehen-
„dit? Quomodo cæcus armatur? Quomodo
„tenebræ adverſus lucis regnum dimicant?
„Quæ ferre non valent regni lucis intuitum.

gna in- lucem, tene- is ficti-

19. „MANES DIXIT: Similis eſt malignus
„leoni, qui irrepere vult gregi boni paſtoris,
„qui paſtor fodit foveam ingentem, & unum
„hædum jactavit in foveam, quem leo inva-
„dere deſiderans accurrens ad foveam decidit
„in eam, quem paſtor apprehenſum in cavea
„concludit, atque hædum incolumem conſer-
„vavit. Ex hoc ergo infirmatus eſt malignus,
„ultra jam leone non habente poteſtatem, fa-
„ciendi aliquid, & ſalvabitur omne animarum
„genus. ARCHELAUS DIXIT: Animam ergo
„perditum dedit Deus, objiciens eam leoni
„fovea? MANES DIXIT: Nequaquam, ſed in
„futuro ſalvabit eam. ARCHELAUS DIXIT:
„Ridiculum jam iſtud eſt, ſi agnum, quem re-
„tinebat in finibus paſtor extimeſcens leonis
„ingreſſum, projecit eum devorandum, & di-
„citur, quia in futurum ſalvabit eum: cur non
„poterit propria virtute leonem ſine quibus-
„dam machinis, & foveæ agno tradito? Item
„cum nondum eſſet homo, priusquam paſtor
„haberet gregem, ſi ſuperveniſſet leo, quid
„fiebat, quia non erat leonis eſca, priusquam
„hædus eſſet? MANES DIXIT: Leo exercebat
„malitiam ſuam, per quæcunque poterat in-
„venire, & ſi eſca erat ei neceſſaria, capiebat
„ex beſtiis, quæ erant ſub regno ſuo. ARCHE-
„LAUS DIXIT: Ergo unius ſunt ſubſtantiæ be-
„ſtiæ,

„stiæ, quæ sunt in regno maligni, & hædi, „qui sunt in regno boni Dei? Quia unus, at„que idem est usus in esca leonis; si enim ex „propriis aliquando bestiis capiebat cibum, „aliquando & de his boni Dei, nulla est in his, „quantum ad escas differentia, & ex hoc ap„paret, unius eas esse substantiæ. Insuper „ignorantiam pastori adscribimus, quia non „aptam escam, quin potius alienam obtulit „leoni. Aut forte dices mihi, quia leo ille ni„hil comedebat: cur ergo illum ad comeden„dam animam provocavit? Cur non sola fovea „ad decipiendum eum uti voluit, si hoc dig„num est facere Deum, & dolos exquirere? „imo quem potest judicare pastor hædorum, „atque agnorum, cum ipse inveniatur eis in „delicto, si causa traditus etiam agnus per in„firmitatem pastoris resistere non valuit leoni.

20. „Jam nunc paucis etiam dicam, quis, „& unde, & qualis sit Manes; dixerat enim, „se esse Paraclitum illum, quem Jesus profi„ciscens humano generi missurum se esse pro„miserat ad salutem fidelium animarum, ut „non longe post sit ei Paulus vas electionis, & „vocatus Apostolus. Verum in hoc menda„cem ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim „dixerat, se non multo post missurum esse Pa„raclitum invenitur post trecentos (*ducentos*) „& amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi „testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in „die judicii illi, qui jam vita excesserunt ex „illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud „eum allegabunt: noli nos cruciare, si opera

Manes a Deo Paraclitus missus non est.

„tua non fecimus; cur enim cum promiſeris „ſub Tiberio Cæſare miſſurum te eſſe Paracli- „tum, qui argueret nos de peccato, & de in- „juſtitia, ſub Probo demum Romano Impera- „tore miſiſti, & orphanos dereliquiſti, cum „ipſe dixeris, te, mox ires, miſſurum eſſe Pa- „raclitum? Quid poteramus orphani facere „non habentes tutorem? Nihil nos deliqui- „mus, tu nos fefelliſti. Sed abſit hoc a D. N. „Jeſu Chriſto Salvatore omnis animæ; non „enim moratus eſt in promiſſionibus ſuis, ſed „ſtatim Paraclitum miſit, dividens, & donans „diſcipulis ſuis, abundantius vero conferens „Paulo. MANES DIXIT: Tuimet ipſius judi- „cio comprehenſus es; nam multo magis illi „hæc dicent, qui a Moyſe usque ad adventum „ipſius Jeſu Chriſti vita exceſſerunt, & eo re- „ctius dicent: noli nos tradere tormentis, quo- „niam agnitionem tui non accepimus. Item „illi, qui ab Adam usque ad adventum Jeſu „obierunt; neque Paracliti enim ſcientiam con- „ſecuti ſunt, neque Jeſu doctrina eruditi ſunt. „ARCHELAUS DIXIT; Erras neſciens Scriptu- „ras; multi enim etiam poſt adventum Chriſti „usque nunc perierunt, hi ſcilicet, qui operi- „bus juſtitiæ deſervire noluerunt, illi vero ſo- „li ſalvantur, qui ſuſceperunt eum, & ſuſci- „piunt; adeſt enim ſemper juſtis viris, & a „creatura mundi non ceſſat inquirere ſangui- „nem ipſorum ex ſanguine Abel juſti usque ad „ſanguinem Zachariæ. Unde ergo Abel ju- „ſtus, & omnes illi reliqui, cum lex non eſſet „Moyſi, cum Prophetæ oborti non eſſent? „Nonne juſti effecti ſunt ex eo, quod legem „im-

„implebant *scriptam in cordibus suis testimonium* „*reddente eis conscientia sua. Rom.* 2. *v.* 15. Ve- „rum quia pauci per hunc modum poterant ad „justitiæ culmen ascendere, miseratus est Deus „humanum genus, & scriptam legem per Moy- „sen voluit hominibus dare, quoniam quidem „non apprime in cordibus eorum naturalis le- „gis æqualitas retinebatur.

21. „MANES DIXIT: Legem veterem a ma- „ligno profectam esse, Apostolus dixit: *Mini-* „*sterium mortis esse legem.* 2. *Cor.* 3. *v.* 7. Et: „*Christum redemisse nos de maledicto legis. Gal.* 3. „*v.* 13. Et: *Quoniam virtus peccati est lex.* „1. *Cor.* 15. *v.* 56. Et Jesus ad discipulos aje- „bat, incredulos eos esse demonstrans: *Vos ex* „*patre diabolo estis, Joan.* 8. *v.* 44. quod utique „dicit, quia quanta voluerit malignus, per „Moysen scripserit, & dederit hominibus fa- „cienda. ARCHELAUS DIXIT: Lex ministe- „rium mortis appellata est, quoniam soli trans- „gressores legis puniebantur, non etiam con- „servatores, & quia peccantes prævaricantes „morti tradebat, servantes autem se defende- „bat a morte, & constituebat in gloria ope, „atque auxilio D. N. Jesu Christi. Deinde im- „minebat lex Moysi acerrime maledictum in- „ferens, qui eam fuissent transgressi, & statim „strictissimam ultionem retorquebat: verum Je- „sus Dominus noster adveniens liberavit nos „ex hujusmodi cruciatibus legis, atque male- „dictis, donans nobis injurias: nec sicut Moy- „ses severitate usus est legis nulli indulgendo „injuriam, sed tunc demum legi eum debere

Lex vet[e] a malig[no] non est data.

„ſuccumbere Moyſi, nec ultra veniam dari ei, „qui in injuriis perſeverat, cum ſibi ſeptuagies „ſepties fuerit indultum. *Matth.* 18. *v.* 21. Sed „etiam ſiquis Filio hominis intuliſſet injuriam, „veniam dedit: ſi vero Spiritui ſancto, duobus „eum ſubdidit maledictis, Moyſi legis in præ„ſenti, ſuæ vero legi in judicii tempore. „*Matth.* 12. *v.* 32. Moyſi ergo lex eſt, quæ „in præſenti ſæculo nulli veniam tribuit, Chri„ſti vero eſt, quæ vindicat in futuro. Ex hoc „intuere, quemadmodum confirmat legem. „Redemit ergo nos ab eo, quod in præſenti po„ſitum erat maledicto legis, ex quo *maledictum* „*legis* appellatum eſt. Item erant quidam „Ægyptiorum admixti cum populo Moyſi, „cum ab eo regeretur populus in deſerto, & „cum Moyſes poſitus eſſet in monte pro eo, ut „acciperet legem, impatiens ille populus ex „Ægyptiis admixtus vitulum ſibi conſtituit „Deum ſecundum priſtinum morem, quo co„luerat ſimulacra, in quo nec ſcelerum pœnas „aliquando rependeret, & ideo virtutem peccati „ſui penitus ignorabant: quæ cum regreſſus „Moyſes agnoviſſet, præcepit eos gladiis tru„cidari, ex quo initium factum eſt, ſentire „eos virtutem peccati per legem Moyſi, & „propterea *virtus peccati* appellata eſt lex. De „eo vero: *Vos ex patre diabolo eſtis*, breviter „dicimus, quia eſt diabolus inoperans in no„bis, qui ſui arbitrii poteſtate tales eſſe voluit; „Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fe„cit, liberi arbitrii ſenſum unicuique dedit, „qua ratione etiam legem judicii poſuit. Pec„care noſtrum eſt, ut autem non peccemus,

„Dei

„Dei donum est, ex eo, quod in nostro sit arbitrio
„constitutum peccare, vel non peccare. Quo-
„niam ergo obtemperabant quidam hominum
„voluntatibus diaboli, audiebant a Salvatore:
„*Vos ex patre diabolo estis.* Ex hoc etiam An-
„gelorum quidam mandato Dei restiterunt, &
„aliquis quidem de cœlo cecidit, & appellatus
„est diabolus, eoquod transitum fecerit de cœ-
„lestibus, & quod in terris mandato Dei ob-
„trectator existeret.

22. „Sed jam dicam, quid ille sit pater *Pater diaboli quis.*
„diaboli. Cum ex cœlorum regno cecidisset,
„erat super terras, intendens, cui se posset
„adjungere, & quem ex consortio sui partici-
„pem quoque nequitiæ suæ valeret efficere: &
„quidem donec homo non erat, neque ille ap-
„pellabatur *homicida*, neque *cum patre mendax.*
„*Joan.* 8. *v.* 44. Post hæc vero, cum factus
„esset homo, ac mendacio ejus fuisset deceptus,
„cum sese inseruisset corpori serpentis, tunc
„appellatus est mendax una cum patre suo;
„efficitur enim prior pater ejus, qui eum con-
„cepit, & peperit per mendaces sermones ad
„primos parentes serpens, deinde vero Cain,
„qui eum per parricidium peperit. Sed & qui-
„cunque suscipiunt eum, & faciunt ejus desi-
„deria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus
„perfectus est Pharao: pater ejus efficiuntur
„unusquisque impiorum: pater ejus effectus
„est Judas, qui tamen abortus est, quia quoti-
„die proficiebat in pejus. Sed & tu, si ma-
„lignum ex te protuleris, & facias ejus con-
„cupiscentias, genuisti eum, & pater ejus esse

„diceris, si vero pœnitentiam gesseris, & ab„jeceris pondus, velut parturies.

raclitus ostolis tus. 23. Rursus Paraclitus jam diu ante Manetem missus est. „Adfuit enim statim plurimum diffusus in Paulum, qui prius quidem „fuit persecutor Ecclesiæ Dei, sed rursum ma„nifestatus est omnibus, quia esset fidelis Pa„racliti minister, per quem universis innotuit, „& usque ad nos donorum ejus largitio perve„nit. Post hunc ergo, & post eos, qui cum „ipso fuerant, id est, post discipulos nullum „alium venire secundum Scripturas sperandum „est; ait enim D. N. Jesus de Paraclito: *Quia „de meo accipiet. Joan.* 16. *v.* 14. Vas ergo pro„babile elegit hunc virum, quem misit ad nos „Paulum, & sicut non super omnes homines „Spiritus habitare poterat, nisi super eum, qui „de Maria Dei Genitrice natus est, ita & in „nullum alium Spiritus Paraclitus venire po„terat, nisi super Apostolos, & super beatum „Paulum; *Vas enim electionis*, inquit, *mihi est. „Act.* 9. Et quia vere ipse sit Paraclitus, qui „erat in Paulo, ait D. N. Jesus Christus in Evan„gelio: *Si diligitis me, mandata mea servate, & „ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum „dabit vobis. Joan.* 14. *v.* 16. In quo ostendit „etiam seipsum Paraclitum, cum dicit alium. „Unde credentes Paulo audivimus eum di„centem: *Si is, qui venit, alium Christum „prædicat, quem non prædicavimus, aut Spi„ritum alium acceperitis, quem non accepistis, aut „aliud Evangelium, quod non accepistis, bene pa„teremini. 2. Cor.* 11. Hæc autem dixit, osten„dens

„dens omnes reliquos, qui venerint, falsos „Apostolos transfigurantes se in Apostolos „Christi, 2. *Cor.* 11. *v.* 14. volentibus autem „Galatis ab Evangelio transferri ait: *Etiamsi* „*nos ipsi, aut Angelus de cœlo vobis annuntiave-* „*rit, præterquam quod traditum est vobis, ana-* „*thema sit. Gal.* 1. *v.* 6. Et quomodo de Per- „side venientem Manem, & dicentem, se esse „Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim „agnoscimus ex hoc, quod unus ille sit ex istis, „qui transformantur, de quibus manifeste vo- „bis indicavit vas electionis Apostolus Paulus „dicens: *Quia in novissimis temporibus recedent* „*quidam a fide attendentes spiritibus seductoribus,* „*& doctrinis dæmoniorum, in hypocrysi mendacia* „*loquentes, cauteriatam habentes conscientiam,* „*prohibentium nubere, abstinere se a cibis, quos* „*Deus creavit &c.* 1. *Tim.* 4. *v.* 1. *sqq.* Et Chri- „stus ait: Videte, ne quis vos seducat . . . „*exurgent enim falsi Christi, & falsi Apostoli, &* „*falsi Prophetæ, & dabunt signa magna, & pro-* „*digia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri,* „*etiam electos &c. Matth.* 24. *v.* 4. *sqq.* Et post „ista omnia mandata iste nec signum quidem „aliquod, aut prodigium ullum ostendens, sed „ne in numero quidem discipulorum positus „Paraclitum se esse vult credi, cum, etsi signa, „& prodigia faceret, falsum Christum, & fal- „sum Prophetam se oporteret reputare secun- „dum Scripturas. Et ideo convenit nos cautius „agere, secundum quod beatus Apostolus mo- „net, dicens in epistola, quam Colossensibus „scripsit: *Permanente in fide fundati, & radicati,* „*& immobiles a spe Evangelii, quod audivimus.*

„*Coloſſ.* 1. *v.* 23. Et: *Videte, ne quis vos*
„*liet per Philoſophiam, & inanem ſeductione*
„*Coloſſ.* 2. *v.* 6. Nullum ex nobis, o M
„Galatam facies, nec ita nos transferes
„Chriſti, etiamſi ſigna, ac prodigia f
„etiamſi mortuos ſuſcites, anathema es
„na; præſcriptum eſt enim de te, præ
„ſumus a ſanctis Scripturis. Vas es An
„ſti, neque neceſſarium aliquem locum
„tus es a patre tuo Satana. Nam quem
„tuum ſuſcitas? Quos luto cæci oculos
„tos videre facis? Perſa barbare non C
„rum linguæ, non Romanorum, non
„alterius linguæ ſcientiam habere pc
„non ita Spiritus ſanctus, qui omnium l
„rum genera novit, & agnoſcit univer
„omnibus omnia efficitur, ita ut eum
„cordis cogitata non lateant.

Quis perfectus expectetur.

24. „JUDICES DIXERUNT: Cum di
„in Paulo fuiſſe Paraclitum, & ipſum
„conſignaſſe, quare dixit: *Ex parte ſcim*
„*ex parte prophetamus, cum autem venerit*
„*perfectum eſt, id, quod ex parte eſt, deſt*
„1. *Cor.* 13. *v.* 9. Quem alium expectan
„dixit? ARCHELAUS DIXIT: Certum eſt,
„D. N. Jeſum Chriſtum dixerit expecta
„eſſe perfectum, qui ſolus Patrem nov
„cui voluerit revelare. Sed quia cum ve
„quod perfectum eſt, deſtruetur id, qu
„parte eſt, iſte vero ſeſe aſſeverat eſſe
„ctum, quid deſtruxit, oſtendat; quod
„deſtruetur, ignorantia eſt, quæ in nobi
„dicat igitur, quid deſtruxerit, quid in

ı protulit? Siquid facere poteſt, faciat, redi ei poſſit. Sermo vero iſte quantam ɜat virtutem, ſi potuerit diligenter intel-, ita demum credi poterit his, quæ a me int aſſerta. Igitur in prima ad Corinthios :ola hæc dicit Paulus de perfecto, qui :urus eſt: *Sive Prophetiæ deſtruentur, ſive ıæ ceſſabunt, ſive ſcientia deſtruetur; ex par- ıim ſcimus &c.* Vide ergo, quantam in habeat virtutem, quod perfectum eſt, & s ſit ordinis iſta perfectio. Dicat autem quam deſtruxerit prophetiam Judæorum, linguas ceſſare fecit Græcorum, vel quæ dogmata deſtruxit Valentiniani, aut Mar- is, cæterorumque, qui propriam ſibimet ſcientiam compoſuerunt: quem horum ruxit, dicat, aut quando deſtruet quaſi ectus? Inducias fortaſſis aliquas quærit? ı plane, non tam ignobiliter adveniet ille, perfectus eſt, id eſt, D. N. Jeſus Chri-, ſed præmittit primo gloriam ſuam regni dicatores ſacratos, & tunc univerſa crea- ı commovebitur, obſecrans, usquequo ı a ſervitute liberet: humanum vero ge- metuat, neceſſe eſt, pro eo, quod multa cta commiſerit, ſoli vero juſti lætabuntur, ectantes, quæ ſibi promiſſa ſunt, nec ul- mundanarum rerum ſubſtantia permane- omnia deſtruentur, ſive prophetiæ, ſive uæ ceſſabunt, eoquod ultra non egeant citi eſſe homines de his, quæ ad vitam eſſaria ſunt, ſive ſcientia etiam ipſa de- etur; nihil enim horum ſufferre poterit gni illius Regis adventum. Sane nullus

„hæ-

„hæreticorum ausus est Deum se prædicare,
„vel Christum, vel Paraclitum sicut Manes,
„qui aliquando quidem de sæculis disputat,
„aliquando de sole, quomodo factus sit, tan-
„quam major ipse sit eorum. Quis autem &
„de substantià Dei dicere audeat, nisi solus
„D. N. Jesus Christus.

25. „His auditis dederunt gloriam Deo,
„Archelaum vero multis honoribus affecerunt;
„tunc Marcellus assurgens, & stolas exuens cir-
„cumdat Archelaum, atque osculis eum defixus
„amplectitur, infantes vero præsentes primi Ma-
„nem pellere cæperunt, quos turba reliqua in-
„secuta concitavit ad fugiendum Manem. Quod
„cum pervidisset Archelaus multitudinem cu-
„piens cohibere ait: cessate, fratres dilecti!
„ne forte rei sanguinis inveniamur in die judi-
„cii; scriptum est enim de talibus: *Oportet &*
„*hæreses esse, ut, qui probati sunt, manifesti*
„*fiant.* 1. *Cor.* 11. *v.* 19. Et his dictis sedatæ
„sunt turbæ, & cum effugisset Manes, nus-
„quam comparuit: Turbo vero minister Arche-
„lao traditur, quem, cum Diaconum Arche-
„laus ordinaret, in Marcelli contubernio per-
„severavit. Manes autem fugiens advenit ad
„quemdam vicum longe ab urbe positum, qui
„appellabatur Diodori. Erat autem Presby-
„ter Loci illius nomine & ipse Diodorus quie-
„tus, & mitis, fidei, ac famæ bonæ valde;
„& cum quadam die Manes congregata turba
„concionaretur, ac aliena quædam a paterna
„traditione populo, qui adstabat, afferret;
„Diodorus videns proficere ejus nequitiam de-

„li-

berat Archelao mittere epistolam continen-
ȝm hæc:

ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS
S. D.

26. „Scire te volo, religiosissime Pater! *Epistola Diodori ad Archelaum.*
ɹoniam advenit quidam in diebus istis no-
ıine Manes ad loca nostra, qui novi Testa-
ıenti doctrinam se adimplere promittit: le-
em autem Moysi dicebat hic non esse Dei
oni, sed maligni principis, nec habere eam
uidquam cognationis ad novam legem, sed
sse contrariam, & inimicam, alteram alteri
bsistentem. Ego audiens dicebam eis ser-
ıonem evangelicum Christi: *Non veni solvere*
gem, sed adimplere: Matth. 5. *v.* 17. ille ve-
ɔ ait, nequaquam eum hunc dixisse sermo-
em; cum enim ipsam inveniamus eum re-
lvisse legem, necesse est, nos hoc potius
telligere, quod fecit. Deinde cæpit dicere
urima ex lege, multa etiam de Evangelio,
: Apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse
ɔntraria. Dicebat enim, quod ibi dixerit
eus: Ego divitem, & pauperem facio.
rov. 22. *v.* 2. hic vero Jesus beatos diceret
ıuperes. *Matth.* 5. *v.* 3. Addebat etiam,
ɹod nemo possit ejus esse discipulus, qui non
nuntiaret omnibus, quæ haberet: *Luc.* 14.
33. ibi vero Moyses argentum, & aurum
Ægyptiis sumens cum populo fugisset ex
gypto. *Exod.* 12. *v.* 35. Jesus autem nihil
ɔximi desiderandum esse præcepit. Deinde
od ille oculum pro oculo, dentem pro den-
in lege cavisset expendi: *Exod.* 31. *v.* 24.
„no-

„noster vero Dominus percutienti unam
„xillam juberet etiam alteram præp
„*Luc.* 6. *v.* 29. Quod ibi Moyses eum
„sabbato opus fecisset, lapidari præ
„*Num.* 15. *v.* 32. Jesus vero in sabbato
„lectum portare præcepit a se curato. *M*
„v. 11. Sed & discipulos in die sabbat
„lere spicas non prohibet. *Luc.* 6. *v.* 1. S
„ex auctoritate Apostoli Moysi legem lege
„mortis conabatur asserere, Jesu vero l
„esse vitæ ex 2. *Cor.* 3. *v.* 6. *sqq.* Addit a
„ex 1. *Cor.* 15. *v.* 50., terrenos esse dice
„scipulos veteris Testamenti, & animale
„ideo carnem, & sanguinem regnum Dei
„dere non posse. Ipsum quoque Paulu
„propria persona dicebat asserere: *Si ea*,
„*destruxi, iterum ædifico, prævaricatore*
„*æstimo. Gal.* 2. *v.* 18. Sed & illud eun
„ipsum evidentissime de carnis resurrec
„dixisse, non esse Judæum, qui in man
„est, neque quæ in manifesto in carne e
„cumcisio, neque secundum literam l
„quidquam utilitatis retinere. *Rom.* 2. *v*
„Et rursum, quod Abraham habet glor
„sed non apud Deum: *Rom.* 4. *v.* 2. tan
„modo agnitionem peccati per legem
„*Ib.* 3. *v.* 20. Sed & asserebat, eoquod
„ipsa peccatum sit. Et usque ad Joan
„regnum cœlorum prædicare; nam & pe
„scissionem capitis ejus hoc esse indicat
„quod omnibus prioribus abscissis poste
„sola servanda sint. Ad hæc igitur nobi
„religiosissime Archelae! paucis rescribe.
„columis mihi esto, Pater incomparabilis
„honorabilis.

Accepta hac epiftola Archelaus admiratus : hominis audaciam, fed interim Diodori llegationibus, ut res fuadebat celerem dare efponfionem, continuo fcripfit hoc modo:

ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI SALUTEM.

27. „Acceptis literis tuis valde gavifus am, dilectiffime! Cognovi autem, quod ir ifte, qui ante hos dies ad me venerat, & tientiam aliam, quam quæ apoftolica eft, ntroducere cupiebat, ad te quoque venerit; uem quidem ego non admifi; in præfenti enim nobis difputantibus confutatus eft. Erat enim ei fummum ftudium, legem Moyfi oftendere non effe confonantem legi Chrifti, & hæc ex noftris Scripturis affeverare tentabat. Nos vero ex eadem ipfa Scriptura omne vetus Teftamentum convenire cum novo probavimus, nec abjiciendum effe fpeculum, cum nobis ipfam imaginem rerum fimilem, veramque demonftret, nec puerum dehonorare debere pædagogum, propterea, quod am opera ejus non indiget. Quis igitur ita ientis infanæ eft, ut alienos a fe dicat eos, ui inter fe conjuncti funt, qui pro fe invicem rophetarunt. Et primo quidem Moyfes ad opulum dixit: *Prophetam fufcitabit vobis Dominus Deus nofter ficut me. Deut.* 18. *v.* 18. Jeus deinde ait: *De me enim Moyfes locutus eft. Joan.* 5. *v.* 46. Vides, quomodo dexteras fii invicem tradunt, quamvis alter Propheta, lter vero Filius fit dilectus.

Epiftola Archelai V.T. novo confonum.

28. „Sed

Solvuntur apparentes antonomiæ.

28. „Sed nunc de aliis sermonibus, u
„tero, exponam, id est, quod non cont
„Moysi locutus est Jesus, aut fecit. Pri
„quod ait: oculum pro oculo, denten
„dente, hoc justum est, quod autem c
„præstare jubet & alteram maxillam, hc
„nitas est; num quid justitia bonitati con
„est? Absit, profectus autem est de justi
„bonitatem. Et rursus: *Dignus est ope*
„*mercede sua. Matth.* 10. *v.* 10. Quodsi v
„rit quis fraudem facere, exigi ab eo illa,
„per fraudem interceperat, justissimum
„maxime cum multa sit merces. Hoc a
„dico, quando Ægyptii affligebant filios
„per operum compulsores in fingendis l
„bus, quod cum suppliciis Moyses totum
„ter intra unum temporis momentum e
„Numquid hoc iniquitas appellanda est?
„sit. Illa sane bonitatis est abstinentia,
„utitur quis frugaliter, renuntians omn
„quæ superflua sunt: quod vero in veter
„stamento dictum est: Ego divitem faci
„pauperem, Jesus vero beatificat paup
„non dixit sæcularis substantiæ pauperes
„pauperes spiritu, id est, qui non superb
„flammantur, sed humilitate se inclinant,
„plus sapientes, quam oportet sapere.
„ait, scriptum est. *Nisi quis renuntiaverit*
„*bus, quæ possidet, non potest meus esse disci*
„*Luc.* 14. *v.* 38. Sed video centurionem
„divitem fidem habere plusquam omnem
„litam. De eo autem, quod dicit, destru
„esse sabbatum, non plane destruxit; ipse
„Dominus erat sabbati. Circumcisionem

„non abjecit, quin potius ipse pro nobis in se„metipsum causam circumcisionis excepit, la„bore nos relevans, & pati nos frustra dolo„ris aliquid non sinens. Cordis enim circum„cisio sola salutem confert, nihil præstat eis „ista carnalis, nisi forte spirituali circumci„sione muniantur. De velamento vero Moysi „& de ministerio mortis dicam breviffime. „Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid „adversus legem videntur, nam 2. *Cor.* 3. *v.* 1. „Apostolus gloriam esse confitetur in vultu „Moysi; quodsi destruitur, & velamen habet „lectio ejus, hoc me non exacerbat, si tan„tum in eo gloria sit; neque vero omnigene „in ignobilitatem redigitur, quod destruetur: „si enim sol majorem habet gloriam quam „luna, non continuo in ignobilitatem luna re„digitur. Ita & si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen tanquam Dominus famulum, non continuo respuenda est gloria Moysi. Custodivit enim populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster oriretur.

29. „Sed quod dicit Apostolus 2. *Cor.* 3. *v.* 14. *obscurati sunt sensus eorum, usque in hodiernum enim ipsum velamen manet in lectione veteris Testamenti. Non revelatur, quia in Christo destruitur. Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses velamen est positum super cor eorum &c.* Sed intuere velamen ubi dicit positum, supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est vox, quæ arguit filios Israel legentes Moysen, & non intelligentes, *Quid velamen V. T.*

„neque convertentes ſe ad Dominum, quo-
„niam ipſe eſt, qui a Moyſe prophetatus eſt
„venire: hoc eſt velamen, quod erat poſitum
„ſuper faciem Moyſi, quod eſt teſtamentum
„ejus; ait enim in lege: *non deficiet princeps
„ex Judæis, usquequo veniat, cujus eſt, & ipſe
„erit expectatio gentium &c. Gen.* 49. *v.* 10." Et
„quidem quia non poſſit intelligi hoc de Jeſu
„Nave dictum eſſe, manifeſtum eſt, adhuc
„enim ex Juda reges fuerunt poſt ipſum. Et
„hoc eſt velamen, quod eſt in Moyſen. Sed
„& Apoſtolus diligenter oſtendit dicens, vela-
„men eſſe poſitum in lectione veteris Teſta-
„menti, propter quod is, qui appellatur anti-
„quitus Iſrael, expectat adventare Chriſtum,
„non intelligentes, quia defecerunt ex Juda
„principes, ſicut nunc videmus regibus eos
„principibusque ſubjectos tributa pendere,
„nulla ſibi poteſtate vel judicandi vel puniendi
„conceſſa. Habet etiam hic ſermo velamen:
„usque ad Herodem enim ex parte aliqua re-
„gnum tenere videbantur: ab Auguſto autem
„prima adſcriptio in eis facta eſt, & cæperunt
„cenſum dare. Ex quo autem D. N. Jeſus
„cæptus eſt prophetari, ex eo principes ex
„Juda eſſe cæperunt, qui rurſum defecerunt
„in adventu præſentiæ ejus. Si ergo auferа-
„tur velamen, quod in illa lectione poſitum
„eſt, invenient & generationem ejus, quem
„prædicamus, & crucem, & quæcunque de
„Domino noſtro geſta ſunt, ipſa eſſe, quæ de
„eo fuerant prædicta. Quicunque vero ad
„Dominum convertuntur, ab iis velamen au-
„fertur.

30. „Ve-

30. „Veniamus etiam ad illum sermonem *Moyses*
„Moysi, quo ait: *Prophetam vobis suscitabit figura*
„*Dominus Deus vester ex fratribus vestris. Deut. Christi.*
„18. *v.* 18. in quo magnam video prophetiam
„famuli Moysi scientis eum, qui venturus es-
„set, amplius quidem se auctoritatis habitu-
„rum, similia tamen esse passurum, & similia
„signa ostensurum. Ibi enim Moyses natus
„a matre sua in thibin positus exponitur ad
„ripas fluminis: hic D. N. Jesus Christus natus
„ex matre sua Maria per Angelum fugatur in
„Ægyptum. Ibi Moyses educens populum de
„medio Ægyptiorum salvavit: & hic Jesus po-
„pulum de medio Pharisæorum educens æter-
„næ tradidit saluti. Ibi Moyses per oratio-
„nem petens e cœlo accepit panem, quo pa-
„sceret populum in deserto: hic Dominus
„meus Jesus virtute propria ex quinque pani-
„bus viros quinque millia satiavit in deserto.
„Ibi Moyses cum probaretur positus in monte
„jejunavit quadraginta dies, *Exod.* 34. Et hic
„Dominus meus Jesus a Spiritu actus in de-
„sertum cum tentaretur a diabolo, quadra-
„ginta diebus similiter jejunavit. *Matth.* 4.
„*v.* 2. Ibi in conspectu Moysi propter infideli-
„tatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primo-
„genita perierunt. *Exod.* 12. Et hic nascente
„propter infidelitatem Herodis omne masculi-
„num Judæorum subito periit. *Matth.* 2. *v.* 16.
„Ibi Moyses ut parcatur Pharaoni. *Exod.* 8.
„Et hic D. N. Jesus orat indulgeri Pharisæis.
„*Luc.* 23. *v.* 34. Ibi Moysi vultus resplenduit in
„gloria Domini. *Exod.* 34. *v.* 35. Et hic Jesus
„resplenduit sicut sol. *Matth.* 17. *v.* 2. Ibi Moy-

„ses eos, qui vitulum statuerunt, dejecit gla-
„dio. *Exod.* 32. Hic Jesus ait: veni gladium
„mittere. *Matth.* 10. *v.* 34. Ibi Moyses in cali-
„ginem nubium aquas ferentium sine metu
„incessit. *Exod.* 24. Et hic Dominus Jesus cum
„omni potestate super aquas ambulavit. *Matth.*
„14. *v.* 25. Ibi Moyses imperavit mari. *Exod.*
„14. Et Jesus imperavit ventis & mari. *Matth.*
„8. *v.* 26. Ibi Moyses cum impugnaretur ex-
„tensis manibus certavit adversus Amalech.
„*Exod.* 17. Et hic Jesus impugnatis nobis vio-
„lentia erratici Spiritus extensis in cruce ma-
„nibus salutem dedit. Sed & alia multa præ-
„tereo, dum festino, ad te libellum hunc
„velociter mittere. Incolumem te anima &
„Spiritu custodiat Deus omnipotens.

Idem auctor V. & N. Testamenti.

31. „Accepta hac epistola Diodorus con-
„flixit adversus Manem. Conclusit etiam ad-
„versarium ex nominibus dicens ita: dixisti,
„duo esse testamenta, dic ergo duo esse ve-
„tera, aut duo nova: ejusdem enim tempo-
„ris vel potius æternitatis duo asseris esse in-
„genita, & si duo sunt, duo esse oportet ve-
„tera Testamenta, aut duo nova. Quodsi hoc
„non dicis, sed unum esse vetus, & aliud
„novum, rursus unus utriusque auctor osten-
„ditur, & ejus esse vetus, cujus & novum
„consequentia ipsa edocet: veluti siquis dicat:
„loca mihi veterem domum tuam, nonne per
„hoc etiam novæ domus dominum eum pro-
„nuntiat? Deinde illud etiam pervidendum
„est, quia si duo sunt ingenitam habentes na-
„turam, ex eo necesse est, etiam habere unum-
„quem-

„quemque eorum vetus Testamentum, & fient „duo vetera Testamenta, si tamen ambos sine „initio esse dicis. Quod vero dicis legem Moysi „esse maligni principis, & non boni Dei: dic „mihi, qui erant illi, qui resistebant in faciem „Moysi: Jamnem dico & Mambrem? omne „enim quod resistit, non sibimet ipsi resistit, sed „alii aut meliori aut deteriori: Paulus autem „2. *Tim.* 3. *v.* 9. Jamnem & Mambrem homini„bus comparat corruptis mente & reprobis cir„ca fidem, Moysen vero veritati. Sed & S. „Joannes ait *Joan.* 1. 16. gratiam gratia præ„stare & differre: ex plenitudine enim Jesu „legem Moysi accepisse nos dicit, aliam autem „gratiam pro illa gratia per Jesum Christum „esse completam in nobis. Quod ostendens „etiam ipse Dominus noster Jesus ajebat: *Si „crederetis Moysi, crederetis utique & mihi, de „me enim ille scripsit. Joan.* 5. *v.* 45. Et his di„ctis ingruente vespere discesserunt.

Disputationis Archelai cum Manete continuatio.

32. „Cum autem mane factum esset subito „adventavit Archelaus ad castellum hoc, in „quo morabatur Didorus: Manes vero igno„rans præsentem esse Archelaum rursum Dio„dorum provocabat ad publicum volens eum „verbis utpote hominem simplicem opprimere. „Cum ergo & turbæ convenissent ad solitum „dispututationis locum & Manes jam verba fa„cere cœpisset, subito in medio eorum apparuit „Archelaus, ac Diodorum complexus sancto os„culo salutavit. Cum autem Archelaum Ma„nes vidisset, cessavit quidem continuo ab in„sultatione, & supercilio non parum dejecto

„manifeste intelligebatur, quod conflictum vel-
„let effugere, multitudo vero auditorum ad-
„ventum Archelai velut Apostoli præsentiam
„habuit, qui cum dextera silentium poposcisset
„a populo, hoc modo cœpit, scio fratres quo-
„niam Diodoro non pro ejus impossibilitate
„successi, sed quoniam istum Manetem ego no-
„vi, cum ad loci mei partes improbus adve-
„nisset, cui etiam infamiam potius intulit co-
„natus ipse, quam laudem. Non autem mi-
„hi venia dignus videtur, qui ignoraverit, quod
„futurum est; oportebat enim eum prænosce-
„re, qui sunt proprii sui, siquidem spiritus Pa-
„racliti habitat in eo; sed quoniam ignoran-
„tiæ tenebris obcæcatus est in vanum cu-
„currit.

Manes Christum ex Maria natum negat.

33. „Tunc Manes ita exorsus est. Tu quo-
„que Archelae bene me de Deo sentientem,
„dignamque opinionem de Christo retinentem
„verbis molestissimis obtundis, licet tale sit
„Apostolorum genus patiens, etiamsi eos con-
„vitiis quis aut maledictis obtrectet. Si per-
„sequi volueris, paratus sum, & si inferre
„supplicia, non refugiam: si etiam interficere
„me vis, non reformido, illum enim solum
„oportet timere, qui potest animam & corpus
„perdere in gehennam. Archelaus dixit;
„Absit a me, non est mihi tale propositum,
„Quid enim perpessus es a me vel a nostris?
„Et quidem cum injuriam irrogares paternis
„nostris traditionibus, & cum velles animas ho-
„minum bene institutas interficere? Verum-
„tamen, quæ ad nos salutis signa deferas di-
„cito

„cito o Manichæe. De quo ergo nos vis ca-„pite disputare? hoc prius dicito. MANES DI-„XIT: Absit, ut Dominum nostrum Jesum „Christum per naturalia pudenda mulieris des-„cendisse confitear, ipse enim testimonium dat, „quia de finibus Patris descendit *Joan.* 1. *v.* 28. „Et cum ei quidam aliquando dixisset: *Maria* „*mater tua & fratres tui foris stant. Matth.* 12. „*v.* 47. Non libenter accipiens eum, qui dixe-„rat, increpavit, dicens: *Quæ est mater mea,* „*aut qui sunt fratres mei?* Et ostendit eos qui „facerent voluntatem suam & matres sibi esse „& fratres. Sin autem vis dicere, matrem „ipsius Mariam, sine dubio etiam fratres ex ea „habuisse monstratur, & dic, utrum de Joseph „generati sunt, aut ex eodem Spiritu sancto? „Ergo & multos Christos, si ex eodem Spiritu „S. generatos dixeris, habuimus: Quodsi non „ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris, eum „fratres habuisse, sine dubio intelligendum est, „quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit „virgo castissima & immaculata. Quodsi etiam „hoc absurdum est, eam quolibet modo con-„cubuisse cum Joseph, dic an fratres habuerit: „quodsi fratres ei fuisse non potes edocere, „quomodo Maria mater ejus erit. Deinde „Apostolus Petrus discipulorum omnium emi-„nentissimus ait: *Tu es Christus Filius Dei vivi:* „& statim beatificat eum dicens: *Quoniam tibi* „*revelavit Pater meus cœlestis. Matth.* 16. *v.* 16. „Si ergo de Maria vis eum natum, mentitur „ipse cum Petro. Si autem verum dicit Pe-„trus, sine dubio ille prior fefellit: quodsi prior „fefellit, causa ad scriptorem rejicienda est.

Solvuntur objectiones Manetis.

34. „Archelaus respondit: Ais quia „eum, qui nuntiaverit ei de matre aut de fra„tribus increpaverit Jesus quasi fallentem, se„cundum id, quod scriptorem fefellit. Neque „is, qui nuntiavit ei de matre & fratribus in„crepatus est, neque Petrus supra illum solus „beatificatus est, sed uterque ab eo dignam re„sponsionem propria interrogatione percepit. „Scilicet D. N. Jesu Christo docente, cum in „talibus studiis mens omnium auditorum esset „intenta, non opportune ingressus hic nun„tius de matre ejus suggessit ac fratribus: „Quid enim? debuitne etiam seipso judican„te derelinquere eos, quos erudiebat, & cum „matre ac fratribus colloqui? Nonne con„tinuo de hoc ipso detraheres? Cum enim „peccatis onustos ad discipulatum delegit Apo„stolos dicens eis: relinquite matrem & pa„trem, ut me digni efficiamini. Et iterum „volente alio quodam dicere ei: Ibo, & sepe„liam patrem meum ait: *Dimitte mortuos sepe„lire mortuos suos. Luc.* 9. *v.* 59. Intuere ergo, „quomodo Dominus meus Jesus ad necessaria „discipulos ædificet. Ut autem tibi ostendam, „hæc ita esse, Petrus aliquando, cum jam bea„tificationem fuisset ab eo consecutus ait ad Je„sum: *Non erit tibi istud Matth.* 16. *v.* 22. sci„licet occidi a Judæis, respondens ait Petro: „*Vade retro Satana* &c. pro eo quod naturam „rei sibi dictæ non diligenter adverterit. Ex „quo advertere potes, quod Dominus Jesus „ad interrogationem sibi opportunitate serva„ta, dignum promat singulis opportunum re„sponsum. Quodsi, ut ais, ex eo, quod ve„rum

„rum dixerat, Petrus beatificatur, & pro eo, „quod fefellit, nuntius ille culpatur, dic mi„hi, quare cum dæmones eum confiterentur „dicentes: *Scimus, te, quia sis sanctus Dei.* Luc. 4. „v. 34. increpavit eos, & silere præcepit, & „non sicut Petrum vera dicentem benedictioni„bus remuneratus est? quodsi hoc absurdum „est, relinquitur, ut pro loco, pro tempore, „pro personis, pro rebus, pro accidentium sa„lute ea qua dicta sunt intelligamus, ne digna „coercitione feriamur.

35. „Si autem, sicut tu Manes dicis, Chri„stus non est natus, sine dubio nec passus est, „pati enim, qui natus non est, impossibile est. „Quodsi non est passus, crucis nomen aufertur, „cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mor„tuis resurrexit. Quodsi Jesus ex mortuis non „resurrexit, nec aliquis alius resurget: Quodsi „nullus resurget, nec judicium erit: quodsi „non judicium erit, frustra erit observatio man„datorum Dei. Hæc autem omnia connectis, „negans, quod de Maria natus est. Non er„go jam vana est quæstio, sed plurima in hoc „verbo, omnis enim nostra spes in beatæ Ma„riæ partu suspensa est, & ideo responde mihi „ad singula, quæ te interrogabo. Quomodo „abjiciemus tantas Apostoli voces: *Factum ex* „*muliere. Gal.* 4. *v.* 4, Et: *Pascha nostrum immo*„*latus est Christus.* 1. *Cor.* 5. *v.* 7. Et *quia Deus* „*& Dominum suscitavit, & nos cum illo suscitabit* „*per virtutem suam.* 1. *Cor.* 6. *v.* 14. Et multa „alia his similia dicta sunt. Quis autem tam te„merarius invenitur, quis istis S. S. vocibus

Christus ex Maria natus.

„non accomodet fidem? Insuper interrogabo „te, quando Jesus de Joanne dicebat: *Qui mi-„nor est in regno cœlorum, major est illo. Matth.* „11. *v.* 11. Dic mihi, qua ratione major est „in regno cœlorum? Nunquid Jesus minor „erat Joanne in regno cœlorum? Sine dubio „minor erat Joanne Jesus inter natos mulie-„rum, in regno autem cœlorum major ille „erat. Dic mihi etiam illud o Manichæe, si „ais Christum non esse ex Maria natum, sed „apparuisse quidem ut hominem, cum homo „non esset, super quem Spiritus S. sicut co-„lumba descendit? Quis est, qui baptizatur „a Joanne? Si perfectus erat, si Filius erat, „si virtus erat, non poterat spiritus ingredi, si-„cut nec regnum potest ingredi intra regnum. „Cujus autem cœlitus vox emissa testimonium „detulit dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in* „*quo bene complacui. Matth.* 3, *v.* 17.

Christus verus homo.

36. „Manes dixit: Mihi pium videtur „dicere, quod nihil eguerit Filius Dei in eo „quod adventus ejus procuratur ad terras, ne-„que opus habuerit columba, neque baptis-„mate, neque matre, neque fratribus, for-„tasse neque patre, qui ei secundum te fuit Jo-„seph, sed totus ille ipse descendens semet-„ipsum in quocunque voluit, transformavit in „hominem, eo pacto, quo Paulus dicit: Quia „*habitu repertus est ut homo. Phil.* 2. *v.* 7. Cujus „igitur rei indiguerit is, qui semetipsum in „omnia transformarit, ostende. Quando enim „voluit, hunc hominem rursus transformavit „in speciem solis ac vultum. Profecto si ho-

„mi-

nem eum tantummodo ex Maria esse dicis, in baptismate spiritum percepisse, ergo per ofectum Filius videbitur, & non per natum: & si hominem verum esse opinaris, id :, qui caro & sanguis sit, necesse est ergo spiritum, qui sicut columba apparuit, non ud esse, quam naturalem columbam. Ar-ielaus dixit: Dic mihi, si Jesum homim naturaliter factum ex Maria, habentem rnem & sanguinem intellexerimus, necesse : etiam Spiritum S. veram columbam fuisse non Spiritum: & quomodo poterit vera lumba verum hominem ingredi atque in eo rmanere? Caro enim carnem ingredi non test: sed magis si Jesum hominem verum nfiteamur, eum vero, qui dicitur, sicut lumba Spiritum S. salva est nobis ratio in raque. Spiritus enim secundum rectam ranem habitat in homine, & descendit, & rmanet, & competenter hoc & factum est, fit semper, sicut tu te ipsum ante hoc tems profitebaris esse Paraclitum Dei. Sed di:, quia Deus transformaverit se in homim, vel in solem, ex hoc volens ostende-, Jesum nostrum habitu solo & visu factum e hominem, quod absit ab unoquoque fidem dicere: Hæc alioquin secundum te ad nnium nobis redeant universa & figuras, n solum autem, sed adventus nomen de-itur, poterat enim in cœlo positus facere od voluerat, si Spiritum eum esse & non minem dices. Sed non ita est, quoniam *nanivit semetipsum formam servi accipiens:* :o autem de eo, qui ex Maria factus est

„ho-

„homo: Est enim, qui de Maria natus e
„lius, qui totum hoc quod magnum est v
„perferre certamen Jesus. Hic est Chi
„Dei, qui descendit super eum, qui de Mari
„Spiritum enim, qui de cœlis descenderat,
„quem vox Paterna testatur dicens: *Hic e*
„*lius meus dilectus*, nullus alius portare pr
„luit, nisi qui ex Maria natus est, super
„nes sanctos Jesus. Porro si habitu eu
„specie dicis esse hominem, quomodo ab
„qui ex viro & muliere nati sunt, Phar
„teneri potuit, & ad judicium protrahi,
„spirituale corpus a crassioribus corpo
„non valeat comprehendi? Certe Don
„meus Jesus si tentus est, ut homo ab hoi
„bus tentus est; si non est homo, nec te
„est, si non est tentus, nec passus est,
„baptizatus est: si ille non est baptizatus
„que quisquam nostrum baptizatus est: Ba
„ma autem si non est, nec erit remissio p
„torum, sed in suis peccatis unusquisque
„rietur. Dicis: ergo peccavit Christus,
„baptizatus est. Verum absit, quin potiu
„nobis peccatum factus est nostra peccata
„piens.

Manetis vita series.

37. „Ex his vero Archelaus ad audi
„suos conversus ita perorabat: Viri fra
„superiores quidem causas Domini mei
„audistis, dico autem eas, quæ ex le
„Prophetis judicantur; inferiores vero D
„ni mei Jesu Christi Salvatoris nostri non
„ratis. Appellati sumus ex Salvatoris de
„rio Christiani, uti Apostoli edocent, &

„versus orbis terrarum testimonium perhibet: „sed & optimus Architectus ejus fundamen„tum nostrum, id est, Ecclesiæ Paulus posuit „& legem tradidit ordinatis Ministris & Pres„byteris & Episcopis in ea, describens per lo„ca singula, quomodo oporteat ministros Dei „fieri, quæ omnia recte dispofita usque in ho„diernum statum suum custodiunt. Istius ve„ro qui ex Persarum provincia ebullivit Manes „nomine, genus vobis dicam & totum; sed & „doctrina ejus unde descendat, lucidissime de„monstrabo. Iste non est primus auctor hu„juscemodi doctrinæ, nec solus, sed quidam „ex Scythia, Scythianus nomine Apostolo„rum tempore fuit sectæ hujus auctor. Hic „ergo dualitatem istam introduxit contrariam „sibi, quod ipse a Pythagora suscepit, sicuti & „alii omnes hujus dogmatis sectatores: nullus „tamen ita impudenter prævaluit sicut iste „Scythianus. Inimicitias enim inter duos in„genitos introduxit. Scythianus hic ex gene„re Saracenorum fuit, & captivam quandam „accepit uxorem de superiore Thebaide, quæ „eum persuasit habitare in Ægypto, ubi depra„vatus est, cum Ægyptiorum scientiam didi„cisset: erat enim valde dives ingenio & opi„bus. Discipulum autem quemdam habuit no„mine Terebinthum, qui scripsit ei quatuor li„bros, ex quibus unum quidem appellavit my„steriorum, alium Capitulorum, tertium Evan„lium, & novissimum Thesaurum. Quia er„go aliquantum temporis secum isti ambo de„creverunt soli habitare, placuit Scythiano „discurrere in Judæam, ut ibi congrederetur

„cum

„cum omnibus, quicunque ibi videbantur esse
„doctores, & evenit, eum continuo vita defun-
„gi, nec potuisse aliquid promovere. Ille ve-
„ro discipulus, qui cum eo fuerat conversatus
„in fugam versus est, & Babyloniam petiit,
„quae nunc provincia habetur a Persis, quo
„cum pervenisset, talem de se famam pervul-
„gavit ipse Terebinthus, dicens, omni se sa-
„pientia Ægyptiorum repletum & vocari non
„jam Terebinthum, sed alium Buddam nomi-
„ne, sibique hoc nomen impositum, ex qua-
„dam autem virgine natum esse, simul & ab
„Angelo in montibus enutritum. Parcus vero
„quidam Propheta, & Labdacus Mithrae filius
„arguebat eum mendacii, & erat eis quotidie
„animosa exaggeratio de hujusmodi negotiis.
„Licet autem frequentius objurgaretur, tamen
„nuntiabat eis, quae ante saeculum essent, &
„de sphaera, & duobus luminaribus, sed & quo,
„& quomodo animae discedant, & qualiter ite-
„rum revertantur in corpora, & alia multa
„hujuscemodi, & horum nequiora, id est, bel-
„lum Deo commotum esse in principiis, ut ipse
„propheta crederetur. Pro quibus dum ar-
„gueretur, ad viduam quamdam secessit cum
„suis quatuor libris, nullo ibi discipulo acquisi-
„to praeter anum solam, quae ejus particeps fa-
„cta est. Tunc deinde mane primo ascendit
„solarium quoddam excelsum, ubi nomina
„quaedam coepit invocare, quae nobis Turbo
„dixit, solos septem electos didicisse. Cum
„ergo ascendisset solus ascendit, ne inde ab ali-
„quo convinci posset, quod si pro nihilo du-
„xisset, cogitabat se a veris principibus poenis
„esse

„esse subdendum. Hæc eo cogitante justissi-„mus Deus sub terras eum detrudi per spiritum „jubet & continuo de summo dejectus exani-„me corpus deorsum præcipitatum est, quod „anus illa miserta collectum locis solitis se-„peliit.

38, „Tunc omnia illa, quæ secum de Ægypto pertulerant, manserunt apud eam, & gavisa est valde de morte ejus duplici causa, primo quod non libenter aspiceret artes illius: secundo pro his, quæ de hæreditate fuerat consecuta, erat enim multum pretii. Quæ cum sola esset, habere aliquem ad ministerium voluit, & comparavit sibi puerum annorum ferme septem. Corbicium sive Cubricum nomine, quem statim manumisit ac litteris erudivit, quique cum duodecim annorum esset effectus, anus illa diem obiit, ipsique universa bona sua tradidit, & cum cæteris reliquis etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus scripserat. Tunc ergo Corbicius sepulta domina bonis sibi derelictis uti cæpit, & migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat rex Persarum, & commutato sibi nomine Manem semetipsum pro Corbicio appellavit. Effectus igitur puer ille annorum prope sexaginta, eruditus secundum doctrinam, quæ in locis illis est pene super omnem hominem, diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur. Acquisivit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt hæc: Thomas, Addas & Hermas. Tunc assumit illos libellos, & „trans-

Manichaismi origo.

„transfert eos, ita ut multa alia a semetipso „insereret eis, quae anilibus fabulis similia „sunt, nomen vero libellis proprium adscribit „prioris nomine deleto, tanquam si eos solus „ex semetipso conscripserit. Tunc visum est „ei, mittere discipulos suos cum his, quae „conscripserat in libellis, ad superiora illius „provinciæ loca, & per diversas civitates & „vicos, ut haberet aliquos se sequentes: & „Thomas quidem partes Ægypti voluit occu„pare, Addas vero Scythiæ, solus autem Her„mas residere cum eo elegit. Cum ergo illi „essent profecti, regis filius ægritudine qua„dam arreptus est, quem rex curari desiderans „edictum proposuit, si quis eum curare possit, „accipere præmium. Tum Manes præsentiam „suam exhibet apud regem, dicens, se esse „puerum curaturum: quæ cum audisset rex, „suscepit eum cum obsequio, verum mortuus „est puer in manibus ejus. Tunc rex in car„cerem detrudi jubet Manem, & ferri talento „onerari: illi vero duo discipuli ejus, qui missi „fuerant ad docendum per singulas civitates, „quærebantur ad pœnam, qui tamen fugien„tes nunquam cessarunt alienam hanc, & ab „Antichristo inspiratam per loca singula inse„rere doctrinam.

39. „Post hæc ad magistrum suum redeunt, „referentes, quæ eis acciderant, audiunt etiam „ea, quæ in eum collata sunt mala. At ille „suadens eos nihil vereri ad orationem con„surgit. Tunc deinde jubet in carcere positus „legis Christianorum libros comparari, valde „enim

im hi, qui missi fuerant ab omnibus homi-
ous execrationi habebantur, maxime apud
os Christianorum nomen venerationi erat.
mpto ergo aliquantulo auri modo abierunt
loca, in quibus Christianorum libri con-
ribebantur, & simulantes se nuntios esse
ristianos, comparant universos libros scri-
urarum nostrarum, & deferunt ad eum in
rcere constitutum; quibus ille acceptis ho-
o astutus cæpit in nostris libris occasiones
quirere dualitatis suæ, & in nostris libris
ertionem suam proferre, quædam in his
cusans, quædam permutans, solo Christi
mine adjecto, quem se idcirco suscipere
nulavit, ut per civitates singulas sanctum
divinum nomen audientes Christi, mini-
e execrantes eos, discipulos istius non fa-
arent. Invenientes autem vocem etiam
Paraclito positam in scripturis semetipsum
e subjecit, qui non legerat diligenter, quia
raclitus jam tunc venisset, cum Apostoli
huc essent super terram. His ergo tam
lerate compositis mittit & discipulos suos
edicaturos intrepide fictos errores. Quod
m Rex Persarum cognovisset, dignis eum
ppliciis subdere parat. Quo Manes agnito
monitus in somnis, elapsus de carcere in
gam versus est auro plurimo custodibus
rruptis, & mansit in castello Arabionis,
de scriptam e... Turbonem ad
rcellum nostr...
m carceris, ... tus
, rex ver...
scunqu...
... 40.



lors lanctis. 40. „His auditis turbæ volebant Manem „comprehenſum tradere poteſtati barbarorum, „qui erant vicini ultra Strangam fluvium. „Verum continuo in fugam ſe dedit Manes, & „evadere potuit, dum nemo eum inſequere„tur. Unde vias quibus venerat repetens ad „Arabionis caſtellum rediit, ubi poſtea com„prehenſus oblatus eſt regi; qui plurima ad„verſus eum indignatione commotus duas „mortes in eum vindicare cupiens, unam „filii, alteram carcerarii, juſſit eum ante por„tam civitatis excoriatum ſuſpendi, & pellem „ejus medicamentis infectam inflari, carnes „vero volucribus dari juſſit. Quibus poſtea „agnitis Archelaus adjecit ea priori diſcepta„tioni, ut omnibus innoteſceret.



COMMODIANI

INSTRUCTIONES ADVERSUS GENTIUM DEOS PRO CHRISTIANA DISCIPLINA.

§. I.

Argumentum.

Commodiani inter veteres primus meminit Gennadius *de vir. illuſtr. c.* 15. Unde vero ortus fuerit, omnino incertum eſt. Gazæum ſe vocat, an vero a Gaza Palæſtinæ urbe, an ex eo quod ex Gazophylacio Eccleſiæ victum acceperit, non conſtat. Eum

Afrum

im fuisse ex stylo sermonis barbaro Dod-
us & Rigaltius conjiciunt. Ab ethnica
rstitione ad fidem Christi conversus ad ho-
illius expugnandos totum se impendit, &
lum sub titulo: *Instructiones adversus gen-*
deos pro christiana disciplina scripsit, qui
ginta capita complectitur, quorum priora
d infideles & gentiles, pro suscipienda reli-
e christiana diriguntur, quae autem se-
ntur usque ad quadragesimum quartum,
eos ad Christi fidem invitant; reliqua ad
liendos praecipue catechumenos & poeni-
es pertinent. Opus totum quasi versibus
sine legibus & modulis exaratum est
ut titulus per litteras versuum primas in-
tur. Et quia consuetas nonnullorum Pa-
n sententias de concubitu Angelorum cum
inis, & de regno millenario proponit, a
sio inter libros apocryphos, qui nimirum
ice in Ecclesia non sunt legendi, hic etiam
r recensetur, licet ceteroquin ubique pie-
m christianam spiret. Quo tempore cla-
it Commodianus disputant Critici, annum
probabiliter aliqui assignant. Editionem
is libri procuravit Rigaltius, quae a. 1649.
Parisiis a. 1666. Item in Bibliotheca Pa-
n Lugdunensi tom. 27. ac demum in ea-
n nova Bibliotheca Gallandii tom. 3. pro-

§. II.

Analysis.

Cum hic liber ex modo dictis per modum *Praefat.*
versuum sine certis tamen poeseos re-
Hh 2 gulis

gulis obſervatis conſcriptus ſit, quorum initiales litteræ titulos & ſummaria capitum referunt, quæ forte lectoribus nauſeam creare poſſent, ea hic ſolum referemus, quæ dogmata noſtra confirmant, & moralem doctrinam & hiſtoriam ſuo modo illuſtrare poſſunt. Sic igitur Præfatio Commodiani orditur.

„Præfatio noſtra viam erranti demonſtrat;
„Reſpectumque bonum, cum venerit ſaeculi meta
„Æternum fieri: quod diſcredunt inſcia corda:
„Ego ſimiliter erravi tempore multo
„Fana proſequendo parentibus inſciis ipſis,
„Abſtuli me tandem inde legendo de lege
„Teſtificor Dominum, doleo pro civica turba,
„Inſcia quod perdit, pergens deos quaerere vanos:
„Ob ea perdoctus, ignaros inſtruo verum.

cap. 2. Indignatio Dei contra Idololatras.

2. Incipit jam nunc Commodianus primam partem ſui libri contra gentiles, inanitatem deorum ſuorum illis demonſtrans, & ad amplectendam religionem chriſtianam eos ita exhortans.

„In lege præcepit Dominus cœli, terræ, marisque,
„Nolite inquit adorare deos inanes
„De manibus veſtris factos ex ligno vel auro
„Indignatio mea ne vos diſperdat ob iſta.
„Gens ante Moyſen rudis ſine lege morata
„Neſciensque Deum morientes deos orabant,
„Ad quorum effigies faciebant idola vana

„Trans-

,Translatis Judæis Dominus de terra Ægypti
,Imposuit legem postmodum & ista præcepit,
,Omnipotens sibi soli servire non istis.
,De resurrectione quoque docetur in ipsa,
,Et spe, fortunatum in ævo vivendi,
,Idola si vana relinquantur neque colantur

3. Agit in hoc capite Commodianus de cultura dœmonum & putat cum nonnullis antiquis Patribus, Angelos nonnullos a Deo in terram missos specie fœminarum captos ex iis gigantes procreasse „ a quibus in terris artes ,prolatæ fuerunt, & quibus mortuis mortales ,simulacra ponebant, omnipotens autem, quod ,essent de semine pravo non censuit illos reci- ,pi defunctos, *cap. 3. De cultura dœmonum.*
,Unde modo vagi subvertunt corpora multa
Maxime quos hodie colitis deos & oratis.

4. „Saturnus rex fuit in terris in monte natus Olympo, *cap. 4. Saturnus.*
Nec divinus erat, sed Deum sese dicebat,
Venit inops animi lapidem pro filio sorpsit:
Sic Deus evasit, dicitur modo Juppiter ille.

5. „Juppiter hic natus in insula Creta Saturno *cap. 5. Jupiter.*
Ut fuit adultus, patrem de regno privavit,
Proinde nobilium uxores sororesque delusit,
Præterea sceptra fecerat faber illi Pyræmon.
Initio cœlum, terram Deus & mare fecit,
Terribilis autem iste medio tempore natus,
Ex antro processit juvenis furtimque nutritus.
Respice, quod rerum auctor est Deus, non Jovis ille.

cap. 6. Jovis fulmen.

6. „Insipiens tu ergo Jovem tonitruare credis,
„Ergo si illum devorasset Saturnus,
„In istis temporibus quis pluebat isto defuncto
„Dicitur & fulmen Cyclopas illi fecisse
„Immortalis enim habuit a mortalibus arma.

cap. 7. De septizonio & stellis.

7. „De circulo Zonae fallit vos imperitia vestra
„Ex eoque forte Jovem experitis orandum.
„Saturnus fertur ibi, sed stella: nam ille
„Expulsus a Jove, aut Jovis in stella credatur.
„Si stellas colitis, colite & bis sena sigilla:
„Tum arietem, Taurum, geminos, ferumque leonem,
„Et denique vadunt in piscibus: eoque probabis.

cap. 8. De sole & luna.

8. „De sole & luna licet sint praesentanea nobis,
„Erratis, quod ego prius putatis oranda;
„Sunt quidem in astris, sed non sua sponte currunt,
„Omnipotens illos cum conderet omnia primum,
„Locavit ibidem cum stellis quarta dierum,
„Et quidem in lege jussit, nequis illos adoret;
„Tot deos oratis, qui nihil de vita promittunt.

cap. 9. Mercurius varius deus.

9. „Mercurius vester stat cum Saraballo depictus,
„Et galeam aut pileum pinnatus & caetera nudus;
„Rem video miram, deum cum saccello volare,

„Cur-

„Currite pauperculi cum gremio, quo volat ille,
„Ut sacculum effundat, vos ex tunc estote parati.
„Vane, non insanis colere deos pictos in axe.

10. „Neptunum facitis deum ex Saturno pronatum, *cap. 10. Neptunus falsus deus.*
„Et Tridentem gerit, ut pisces suffigere possit:
„Patet esse deum comatilem illo paratu.

11. „Apollinem facitis citharædum atque divinum, *cap. 11. Apollo sortilegus falsus.*
„Primum de Maja natus in insula Delo,
„Oblata mercede postmodum structor obsecutus,
„Laomendonti regi Trajonorum murus eduxit,
„Locavitque sese, quem deum seducti putatis,
„Ossibus cujus amor Cassandræ flagravit,
„Subdole quem lusit virgo, falliturque divinus,
„Officio vervecis potuit scire bicordem.
„Lasciviens qui-Daphnem sic cœpit amare,
„Gratis amat stultus, nec potuit consequi cursu,
„Admeti pecora quoque pavisse refertur,
„Lusibus impositis dum mitteret discum in altum,
„Sub lapsum non potuit retinere, prostravit amicum
„Ultimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis,
„Si divinus erat, mortem præscisset amici.

12. „Liberum patrem certe bis genitum dicitis ipsi, *c. 12. Bachus falsus deus.*
„In India natus ex Jove, Proserpina primum,
„Belligerans contra Titanas profuso cruore,

„Expiravit enim ficut ex mortalibus unus.
„Rurfus fato fuo redditus in altero ventre,
„Percipit hoc Semele iterum Jovis altera Maja,
„Abfciffo cujus utero prope partum defunctæ,
„Tollitur, & datur Nifo nutriendus alumnus,
„Ex eo bis natus Dionyfius ille vocatur,
„Religio cujus in vacuo falfa curatur:
„Vino permotati primus quod expreflerat ille,
„Sub ludicro fuo honorem illi dedere.

c. 13. *Invictus feu Mithra.*

13. „Invictus de petra natus, fi deus habetur,
„Nunc ergo retro vos de iftis date priorem.
„Vicit petra deum, quærendus eft petræ creator.
„Infuper & furem adhuc depingitis effe,
„Vertebatque boves alienos femper in antris,
„Sicut & Cacus Vulcani filius ille.

c. 14. *Silvanus five Pan.*

14. „Silvanus (Pan) unde deus iterum apparuit effe.
„Inde forte placet, eo quod bene fiftula cantat,
„Largitur quoniam lignum, nam forte non effet,
„Venalem emifti dominum cum emeris illi;
„Afpice, deficit lignum, quid illi debetur?
„Non te pudet ftulte tales adorare tabellas,
„Unum quære Deum, qui poft mortem vivere diat,
„Secede ab iftis, qui funt biothanati facti.

c. 15. *Hercules.*

15. „Hercules quod monftrum Aventini montis elifit,
„Evandri, qui folitus erat armenta furari,
„Ex eo provenit, de vetufto more colatur.

„Sed

Sed deus hic non est, licet fuit fortis in armis.

16. „Dicitis esse deos, qui sunt manifeste cruenti: *c. 16. De diis, deabusque.*
Decipere vane, qui manes quæris orare.
Et qui fabricantur, dominos tibi nuncupas esse.
Aut fœminas quoque nescio quas deas oratis,
Bellonam & Nemesin deas, Feriam una cœlestem,
Virgines, & venerem, cui conjuges vestræ delumbant
Sunt alia præterea dæmonia fanis,
Quo nec numerantur adhuc, & in collo feruntur,
Ut nec ipsi possint sibi rationem reddere: pestes
Exportari magis in ultimas terras deberent.

17. „Deludunt vos pauci scelerati vates inanes, *c. 17. De simulacris eorum.*
Extricare suam dum quærunt vitam,
Subornant aliis esse sub mysteria falsum,
Res semel in vano de vetustate processit,
Ut vaticinanti credatur prodenti falsa,
Majestas autem illorum nulla locuta est.

18. „Amudatemque suum cultores more colebant, *c. 18. De Amudate & magno Deo.*
Magnus erat illis, quando fuit aurum in æde,
Ventum est ad summum, ut Cæsar tolleret aurum,
Defecit numen, aut fugit, aut transit in ignem.

„Tot viros & magnos seducit false prophetam,
„Et modo reticuit, qui solebat esse divinus
„Dicite nunc ipsi, si non sint numina falsa.

c. 19. De Nemesiacis vanis.

19. Non ignominium est, virum seduci prudentem,
„Et colere talem, aut Dianam dicere lignum!
„Mane ebrio, crudo, perituro creditis viro,
„Ex arte qui ficte loquitur, quid illi videtur?
„Severe dum agit, sibi viscera (Nemesis) pascit
„Sed si corde viges, fuge jam sacraria mortis.

c. 20. Titanes.

20. „Titanas vobis tutanos dicitis esse,
„Immites, tacitos sub culmine vestro rogatis,
„Tot lares, ædiculas, simulacra ficta Titanis
„Adoratis enim stulti malo leto defunctos,
„Non legem ipsorum legentes, non ipsi loquuntur,
„Et deos audetis æramine dicere fusos,
„Solveritis eos magis in vascula vobis.

c. 21. De Montesianis.

21. „Montes & deos dicitis: dominentur in aura.
„Excordaris homo, si putas, ut ipsi te salvent,
„Seu regant, seu minuant. Si quid tu sani requiris,
„Justitiam legis quære magis, illa salutis
„Auxilium portat, & fieri dicit æternum.
„Nam quod in vanis sequeris, per tempora gaudet,
„In brevi lætaris, & postea plangis in imis.
„Subtrahe te illis, si vis resurgere cum Christo. —

22. „Heu

22. „Heu doleo cives, ſic vos hebetari de mundo *c. 22. Hebetudo ſæculi.*
„Unde hoc non curo diſputare parvo libello;
„Lex docet, in medio ciet, conſulite vobis,
„In duas intraſtis vias, condicit erectam.

23. „Dum ventris ſervis, innocentem eſſe te dicis, *c. 23. De ubique paratis.*
„Et quaſi communis facis te ubique paratum.
„Væ tibi ſtulte homo, mortem circumſpicis ipſe.
„Vivere te credis, dum ventrem cupis implere,
„Paratus ad epulas, & refugiſcere præcepta,
„Aut quia diſcredis Deum judicare defunctos,
„Aſpicis ad ventrem, quaſi tu ſis providus illi,
„In ſupplicium prodis Dei, ſub aſpectu tyranni,
„Senties in fatis, cujus modo lege juvaris.

24. „Vis inter utrumque vivere, ſed inde peribis. *c. 24. Inter utrumque viventibus.*
„Inſuper & dicis, quis eſt, qui a morte redemit?
„Ut credamus ei, quoniam ibi pœnæ aguntur.
„Eja non ſic, ut putas eſſe maligne:
„Nam illi prodeſt poſt funera recte qui vixit;
„Tu tamen mox moriens duceris in loco maligno,
„In Chriſto credentes autem in loco benigno;
„Blanditurque quibus hæret amœnitas illa.
„Vobis autem dubiis, in vos ſine corpore pœna,
„Suſcitat in fratrem tortoris ordo clamare.

25. „Quamdiu ſtulte homo Chriſtum agnoſcere non vis? *c. 25. Qui timent & non credent.*
„Vitas agrum pinguem, & ſterili ſemina jactas.

„In

„In silva manere quaeris, ubi latro moratur.
„Tu dicis : & ego Dei sum, & foras oberras.
„Ingredere jam nunc toties invitatus in aulam,
„Matura jam messis, tempus totidemque paratum,
„Ecce modo mete : quid? non te poenitet? inde
„Nunc si non habes, collige: vindemia vina.
„Tempus adest vitae, credendi tempore mortis.

c. 26. Repugnantibus legi Christi.

26. „Respuis infelix bonum disciplinae coelestis,
„Et ruis in mortem, dum vis sine froeno vagari.
„Perdunt te luxuria, & brevia gaudia mundi
„Unde sub inferno cruciaberis tempore toto
„Gaudia sunt vana, quibus oblectaris inepte
„Tu putas nunc vitam istic perfrui laetam,
„Injurias inter : ibi sunt damna tuorum,
„Bella, vel infandae fraudes, cum sanguine furta,
„Ulceribus corpus vexatur, gemiturque, ploratur,
„Seu levis invadit, aut longo morbo teneris,
„Aut natis orbaris, aut perdita conjuge defles,
„Deseritur totum heu! ruunt dignitates ab alto,
„Vitiis, pauperie, dupliciter certe si langues,
„Et dicis vitam, ubi vitrea vita mortalis?
„Respice jam tandem, hoc tempus irritum esse,
„Sed in futuro tibi spes est sine dolo vivendi

c. 27. Stulte non promereris Deo.

27. „Stulte non permoreris, nec mortuus effugis Altum
„Tu licet disponas, nihil te sentire defunctum,
„Vin-

„Vinceris insipiens, vivit Deus conditor orbis,
„Legitima cujus clamant valere defunctos.
„Tu autem dum præceps sine Deo vivere quæris,
„Extinctionem judicas & fatale credis,
„Non ita dispofuit, ut tu putas Deus æternus,
„Oblivitos esse mortuos de gesto priore,
„Nunc nobis imperitans fecit receptacula mortis,
„Post cineres autem nostros videbimus illa.
„Rector carnis eras, non te certe caro regebat,
„Exemptus ab illa, reconditur illa, tu horsum.
„Da nunc ergo Deo fragilis dum moreris honorem,
„Et crede, quod Christus vivum te de mortuo reddet,
„Omnipotenti laudes in Ecclesia reddere debes.

28. „Justitia, & bonitas, pax, & patientia vera, *c. 28. Justi resurgunt.*
„Vivere post fata faciunt, & cura de actu.
„Impie nunc audi, quid per malefacta lucraris
„Respice terrenos judices in corpore qui nunc
„Excruciant pœnis diros aut ferro parantur
„Supplicia meritis, aut longo carcere flere
„Grassaris tu, insanis detractas nunc & Dei nomen,
„Unde non effugies pœnas per factaque ponet.
„Nunc volo sis cautus, ne venias ignis in æstum,
„Trade te jam Christo, ut te bene facta sequantur.

29. „Dif-

c. 29. Diviti incredulo male erit.

29. „Differes, dives, nimium tua cuncta videndo
„Insatiabiliter, quibus adhuc adhærere quæris,
„Vivere post ista, dicis, non spero defunctus.
„Ingrate summo Deo, qui sic Deum judicas esse,
„Te qui nescientem protulit, deinde nutrivit
„Ipse prata tua gubernat, vineas ipse.
„Nec istis attendis, aut tu regis omnia forte.
„Disce Deum stulte, qui vult te immortalem adesse,
„Ut gratias illi referas in agone perennes,
„Lex docet ipsius, sed quia vagari tu quæris,
„Omnia discredis, & inde in tartaros ibis.

c. 30. Divites humiles estote.

30. „Disce moriture, bonum te ostendere cunctis,
„In medio populi quid te facit alterum esse?
„Vadis ubi nescis, & nescius inde recedis:
„Impie tractas: cum ipso corpore sitis
„Tu semper divitias, nimium te tollis in altum,
„Et typhum ducis, nec respicis pauperes ultro,
„Subditos nunc vobis nec parentes pascitis ipsos,
„Indisciplinati sic vos divites estis.
„Exue te dives tantis malis, Deo perversus
„Subveniat utique tibi quod nunc operasti si forte.
„Estote comes minimis, dum tempus habetis,
„Sicut ulmus amat vitem, sic ipsi pusillos.

c. 31. Judices justi sint.

31. „Intuite dicta Salomonis judices omnes,
„Dona quam & xenia corrumpunt judices: inde
„Inde

,Inde jus sequitur: datores semper amatis,
,Cumque erit causa, victoriam tollit iniqua.

32. „Tempera te Christo, & cervicem illi depone, *c. 32. Sibi non complacendum.*
,Isti honor remanet, & tota fiducia rerum.
,Blanditur quando tibi tempus, cautior esto.
,Ultima fatorum non providens quæ te oportet,
,Sine Christo revivifcere non potes unquam.

33. „Gens sine pastore ferox jam noli vagare, *c. 33. Infideles convertantur.*
,Intrate stabiles silvestri ad præsepe pastoris,
,Latronibus tuti sub regia tecta manentes:
,In silva lupi sunt, ideo refugite sub antro,
,Uni crede Deo, ut mortuus vivere possis,
Surgas & in regno, cum fiet resurrectio justis.

34. „Indomita cervix respuit jugum ferre laboris *c. 34. De iisdem.*
Gens homo tu frater, noli pecus esse ferinum,
,Tu te ipsum doma sapiens, & intra sub arma,
,Idola qui sequeris, nihil nisi vanitas ævi,
,Aurea præfata venient tibi sæcla, si credis,
,Rursus & incipies immortale vivere semper,
,Subjectum te præbe Deo, qui cuncta gubernat.

35. „Adam proto lapsus, ut Dei præcepta vitaret, *c. 35. De ligno vitæ & mortis.*
,Belias tentator fuit de invidia palmæ
,Contulit & nobis seu boni seu mali quod egit;
,Dux nativitatis morimur indeque per illum:
,Finitis sex millibus annis immortales erimus
,Gustato pomi ligno mors intravit in orbem,

„Hoc

„Hoc ligno mortis generamur vitæ futuræ,
„In ligno pendet vita ferens poma præcepta,
„Nunc extende manum & sume de ligno vitali,
„Optima lex Domini sequens de ligno præcessit.

c. 36. *De Crucis stultitia.*

36. „Crux autem stultitia facta est adulteræ genti,
„Rex æternitatis per crucem diros adumbrat,
„Ut sibi non credant: o stulti morte viventes,
„Lex in ligno fuit prima & inde secunda,
„Terribilem legem primo cum pace revincit,
„In prævaricationes vanas elati ruerunt,
„Trajectum clavis Dominum cognoscere nolunt
„Judicium cujus cum venerit, ibi dignoscent.

c. 37. *Judæi fanatici.*

37. „Commodianus modo ad alteram partem progreditur,
„Et contra Judæos pro eorum conversione tractat.
„Quid? medius Judæus, medius vis esse profanus?
„Unde non effugies judicium Dei defunctus.
„Noluit omnipotens Judæos intelligere regem,
„A scelere tanto refugit ipse cruentos
„Tradidit sese nobis superaddita lege,
„Inde modo latitant nobiscum rege deserti.

c. 38. *De iisdem.*

38. „Improbi semper & dura cervices recalces,
„Vinci vos non vultis, sic exhæredes eritis
„Dixit Esaias incrassato corde vos esse
„Aspicitis legem, quam Moyses allisit intus,
„Eidem Dominus dedit illi legem secundam,

„In

„In illa spem posuit, quod vos subsannati rejicitis,
„Sed ideo digni non eritis regno cœlesti.

39. „Inspicie Liam typum synagogæ fuisse, c. 39.
„Tam infirmis oculis, quam Jacob in signo re- *De iis-*
cepit, *dem.*
„Et tamen servivit rursum pro minore dilecta.
„Mysterium verum & typum Ecclesiæ nostræ.
„Intuite plene dictum Rebeccæ de cœlo.
„Unde similantes alienæ, Christo credatis.
„Deinde Thamar partum geminorum adite:
„Ad Cain intendite primum terræ cultorem,
„Et Abel pastorem, qui fuit immaculatus.
„In fratris exitio offertor mactatus a fratre,
„Sic ergo percipite juniores Christo probatos.

40. „Incredulus populus, non est nisi vester, c. 40.
iniqui, *De iis-*
„Tot locis & totiens reprobatus legem claman- *dem.*
tum (*Prophetarum*).
„Et sabbata vestra spernit & tricesimas (*Neo-*
menias) altus,
„Respuit omnino universas vestras de lege,
„Ut ne sacrificia faceretis illi præcepta
„Mittere qui dixit lapidem in scandalo vestro,
„Iniqua siqui non crediderint morte periisse,
„Perque alias leges salvari dilectos: inde
„Suspensam in ligno vitam, nec illi creditis,
„Ipse Deus vita est: pependit ipse pro nobis:
„Sed vos indurato corde subsannatis eumdem.

41. „Dixit Esaias: Hic homo qui commo- c. 41.
vet orbem, *De Anti-*
„Et reges totidem, sub quo fiet terra deserta, *christi*
tempore.

„Tum scilicet mundus finitur, cum ille parebit,
„In tres imperantes ipse diviserit orbem:
„Cum fuerit autem Nero de inferno levatus
„Helias veniet prius signare dilectos,
„In septem annis tremebit undique terra,
„Sed medium tempus Helias medium Nero tenebit.
„Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla,
„Inde ad Jerusalem perget, victorque Latinus
„Tunc dicet: Ego sum Christus, quem semper oratis
„Et quidem conlaudant illi primitivi decepti,
„Multa signa facit, quoniam ejus Pseudopropheta
„Praesertim ut credant illi, loquetur imago,
„Omnipotens tribuit, ut talis evadat.
„Recapitulantes scripturas ex eo Judaei
„Exclamant pariter ad excelsum sese deceptos.

…42. …ristus a …udaeis …roba…

42. „Desideretur absconsus ultimus sanctus,
„Et quidem ignotus a nobis ubi moretur:
„Per novem tribuum agens, & dimidiam nobis
„Praecepit per legem vivere priscam.
„Vivamus nunc omnes; novella traditio legis
„Lex ut ipsa docet apertius indico vobis,
„Derelictae duae tribuum & dimidia: quare
„Ab istis dimidia tribuum? ut martyres essent,
„Bellum cum inferret electis suis in orbem:
„Seu certe Sanctorum chorus Prophetarum
„Consurgeret ad plebem, qui frenum imponeret illis.
„Obscaeni quos equi trucidarunt calce remissa,
„Se-

„Semotæ sunt istæ tribuum, & mysteria Christi
„Omnia per istas complentur sæculo toto.
„Omnipotens descendit Christus ad suos electos,
„Rex autem iniquus, qui obtinet illam, ut audit,
„In partem boreæ fugit, & colligit omnes,
„Sed cum se inlidet exercitu Dei tyrannus,
„Terrore cœlesti prosternuntur milites illi.
„Ipse cum infando comprehenditur Pseudopropheta,
„Decreto Domini traduntur vivi gehennæ:
„Ex eo primores, & duces servire jubentur.
„Intrabunt tunc sancti ad antiquæ ubera matris,
„Ut autem & illi refrigerent, quos male ille suasit,
„In variis pœnis cruciabit sibi credentes,
„Ventum est ad finem, quo tolluntur scandala mundo
„Incipiet Dominus judicium dare per ignem.

43. „Dat tuba coelo signum sublato leone, c. 43.
„Et fiunt subito tenebræ cum cœli fragore. *De sæculi*
„Summittit oculos Dominus, ut terra tremiscat, *fine.*
„Adclamat, ut & audiant omnes in orbem:
„Ecce diu tacui sufferens tanto tempore vestra,
„Conclamant pariter plangentes, sero gementes,
„Ululatur, ploratur, nec spatium datur iniquis,
„Lactanti quid faciet mater? cum ipsa crematur,

„In flamma ignis Dominus judicabit iniquos,
„Justos autem non tanget ignis, sed imo delinget,
„Tantus erit ardor ut lapides ipsi liquescant.
„In annis mille, ut ferunt operta Joannis,
„Nam inde post annos mille gehennæ traduntur.

t. 44. e resurrectione ima.

44. „De coelo descendet civitas in Anastasi prima
„Resurgemus illi, qui fuimus illi devoti:
„Et incorrupti erunt jam tunc sine morte viventes.
„Sed nec dolor ullus, nec gemitus erit in illa.
„Venturi sunt illi quoque sub Antichristo qui vincunt
„Robusta martyria: & ipsi toto tempore vivunt,
„Recipiuntque bona, quoniam mala passi fuere,
„Et generant ipsi per annos mille nubentes,
„Comparantur ibi tota vectigalia terræ,
„Terra quia nimium fundit sine fine novata.
„Inibi non pluvia non frigus in aurea castra,
„Obsidiæ nullæ sicut nunc, neque rapinæ,
„Nec lucernæ lumen desiderat civitas illa:
„Ex auctore suo lucet, nec non ibi paret.
„Per duodecim millia stadia lata, longa, sic alta,
„Radicem in terra, sed caput cum coelo peræquat;
„In urbe pro foribus autem sol & luna lucebit,
„Ab annis autem mille Deus omnia perdet.

45.

45. „Emissus iterum Dei dominabitur ignis, *c. 45. De die judicii.*
„Evitante tamen Sanctorum castra suorum,
„In una flamma convertitur tota natura,
„Uritur ab imis terra, montesque liquescunt,
„De mare nil remanet, vincitur ab igne potente,
„Interit hoc cœlum, & astra & ista mutantur.
„Componitur alia novitas cœli terræque perennis.
„Inde qui mereunt, mittuntur in morte secunda,
„Interioribus autem habitaculis justi locantur.

46. „Commodianus modo Catechumenos & pœnitentes ita in hac tertia parte adhortatur. *c. 46. Catechumeni peccata vitent.*
„Credentes in Christo derelictis idolis omnes
„Admoneo paucis propter salutaria vestra.
„Temporibus primis per errorem si qua gerebas,
„Erogatus enim Christo tu cuncta relinque
„Cumque Deum nosti, esto bonus tyro, probatus
„Virgineusque pudor tecum versetur in agno,
„Mens bonis invigilet, cave ut non delinquas in ante.
„In Baptismo tibi genitale solox lavatur. *Peccatum originale.*
„Nam si quis peccans catechumenus, pœna notatur
„In signs ille vivat: sed non sine damno,
„Summa tibi: gravia peccata devita tu semper.

47. *um vi- dum.*

47. „Fideles admoneo fratres, ne odia tollant:
„Impia martyribus odia reputantur in ignem,
„Destruitur Martyr, cujus est confessio talis,
„Expiari malum nec sanguine fuso docetur.
„Rex iniquo datur, ut possit sese frenare
„Inde debet carere dolis; similiter & tu.
„Bis Deo peccas, qui lites fratri protendis
„Unde non effugies peccatum prisca sectatus
„Semel es lotus, nunquid poteris denuo mergi.

48. *eles ata sunt.*

48. „Condemnat seipsum graviter, qui Regi delinquit,
„Aut ferro ligatus, aut de suo gradu dejectus,
„Vel vita privatus perdit, quod frui deberet.
„Exemplo moniti graviter peccare nolite,
„Translati lavacro magis caritatem habete
„Escam muscipuli, ubi mors est, longe vitate.
„Multa sunt martyria, quæ fiunt sine sanguine fuso;
„Alienum non cupere, velle martyrii habere:
„Linguam refrenare, humilem te reddere debes,
„Vim ultro non facere, nec factam reddere contra,
„Mens patiens fueris, intellige te martyrem esse.

49. *modo ten-*

49. „Pœnitens es factus noctibus, diebusque precare,
„Attamen a matre noli discedere longe,
„Et tibi misericors poterit Altissimus esse.
„Non fiet in vacuum confessio culpæ: perinde
„In reatu tuo disce manifeste deflere.

„Tu

„Tu si vulnus habes, herbam, medicumque require.
„Et tamen in pœnis poteris tua damna lenire.
„Idcirco commoneo vulneratos cautius ire,
„Barbam comamque fædare in pulvere terræ,
„Volutarique saccis, & petere summo de rege
„Subveniet tibi, ne pereas forte de plebe.

50. Tu si præliando moreris pro rege, vicisti; *c. 50. Non apostatandum.*
„Aut si manus dederis, incolumis lege peristi
„Res infamis erit, si quis se propalat hosti;
„Vincere, qui nescit, & occurrit tradere sese.
„Nec sibi nec patriæ laudem remisit ineptus,
„Tunc vivere noluit, cum ipsa vita peribit,
„Domini siquis inops, aut profanus ab hoste.
„Æramen sonans facti velut aspides surdi
„Orare satis debent, aut se condere tales.

51. „Improperandum infantibus non est, licet capti videntur *c. 51. Infantes cur vexentur.*
„Nec quidem excuso, ob delicta forte parentum
„Fuere promeriti, ideo Deus tradidit illos,
„Attamen adultos hortor, in arma recurrant,
„Nascanturque quasi denuo suæ matri de ventre,
„Terribilem legem fugiant, semperque cruentam,
„Impiam, indocilem, ferina vita viventem.

52. „Desertores enim genere non uno dicuntur, *c. 52. Desertores redeant.*
„Est alius nequam, alius in parte recedit:

 „Sed

„Sed tamen utrique judicia vera decernuntur.
„Ecce militatur Christo, sicut Cæsari paretur:
„Refugium regis pete, si delictor fuisti,
„Tu illum implora, prostratus illi fatere,
„Omnia concedet cujus sunt & omnia nostra,
„Repositus castris ulterius cave delinquas,
„Errare noli diu miles per spelæa ferarum,
„Sit tibi peccare, desistere gestum immensum.

…c. 53. …ontiter …gnam- …um pro …rtute.

53. „Militiæ nomen cum dederis, freno teneris,
„Incipe tunc ergo dimittere pristina gesta:
„Luxurias vita, quoniam labor imminet armis.
„Imperio regis omni virtute parendum,
„Tempora postrema si vis pertingere læta;
„Ille bonus miles, semper expecta fruenda,
„Blandire noli tibi, desidias omnino mitte,
„Ut tuo proposito quotidie præsto sis, ante
„Sollicitus esto, matutinus signa revise.
„Cum videris bellum agonia sume propinqua,
„Hæc gloria regis militem videre paratum,
„Ille parat dona, ille pro victoria lætus
„Suscipit, & proprium satellitem dedicat esse.
„Tu tibi præterea in Belian parcere noli,
„Impiger esto magis, ut reddat famam pro morte.

…c. 54. …ngeli …li …ola.

54. „Damnatorum animæ merito seipsa fecerunt
„Flamma quos æterna torquebit die decreto.
„Vult vagus errare sine disciplina profugus,
„Grassari per fauces viarum lege solutus.
„Isti ergo tales, quos nulla pœna coegit.
„Si vivere nolunt, ab idolis respici debent.

55.

55. „De semine lolii, qui stant in Ecclesia mixti, *c. 55. Bona opera facienda.*
„Expletis temporibus messis separatur a fructu,
„Lolium enatum, quod non miserat Dominus.
„Lex ager nobis est, qui fecerit bonum in illa
„Ipsa utique nobis praestat requiem veram
„Si ergo putatis, quoniam sub uno morantur,
„Erratis: steriles Christianos vos esse designo,
„Maledicta fuit arbor sine fructu ficulna
„In verbo Domini, & statim exaruit illa,
Non operas facitis, non donum gazo paratis,
Et sic promereri Dominum putatis inanes.

56. „Dissimulas legem tanto praeconio latam, *c. 56. Hypocrisis vitanda.*
In tot Prophetarum coelesti voce clamantem,
Malitias nullus dimittit: ita aeque de corde
Vis bona videre, & fraudibus vivere quaeris.
Abuteris Domini mandata, & te filium inquis,
„Tu si talis eris sine causa, videris, inquam,
„Omnipotens mites quaerit sibi filios esse,
„Rectos corde bono, devotos legi divinae
„Immites autem jam scitis ubi demersit.

57. „Cum caterva mali pergis ad spectacula vana, *c. 57. Saecularia fugienda.*
„Ubi Satanas fragoribus Circo operatur:
„Licere persuades tibi, quodcunque placebit,
„Altissimi proles cum filiis Zabuli mixta,
„Respicere num vis queis renuntiasti priora?
„In ipsis versaris iterum, quid proderit unus?
„Nolite diligere mundum, neque ambitum ejus,
„Tanta Dei vox est, & tibi proba videtur;

„Observas mandatum hominis, & Dei devitas,
„Filius cujus eras, illi te assigna clientem,
„Gaudia te mundi removent a gratia Christi;
„Et caros histriones & cantica musica quaeris,
„Altissimus jubet, & justa praecepta devitas.

c. 58. Christianus qualis esse debeat.

58. „Cum Dominus dicat, in gemitu ede panem,
„Hic ut quid nunc agis, qui cupis vivere laetus
„Rescindere quaeris sententiam summi Dei missam,
„In protoplastum, vis frenum prodere legis.
„Si Deus omnipotens cum sudore vivere jussit
„Tu qui jocundaris, jam eris exterus illi.
„Indignatum ait Dominum Scriptura Judaeis,
„Ab esca refecti surrexerunt ludere filii;
„Unde perierunt illi nos cavere debemus,
„Maxima pars vestrum luxuriis dedita paret.
„Transgrederis legem, cum te fucis inficis in te
„Apostolus clamat, imo Deus per illum;
„Licentia vestra vos, inquit, in ipsa deperdunt.
„Esto ergo talis, qualem vult esse te Christus
„Mitis & in illo hilaris, nam saeculo tristis:
„Excurre, labora, suda, cum tristitia pugna
„Spes cum labore venit, & victoriae palma donatur.
„Si refrigerare cupis, admartyriza,
„Expecta requiem futuram in transitu mortis.

c. 59. Foeminae modesto ornatu utantur.

59. „Matrona vis esse, Christiana, ut saeculi domnas
„Auro te circumdas, aut serica veste pudica,
„Terrorem legis ex auribus vento remittis.

„Res

Res vanas adfectas, cuncta de Zabuli pompa
Ornaris ad speculum, cincinnos fronte reflexos,
Nec non inducis malis medicamina falsa,
In oculis puris stibium perverso decore,
Seu crines tingis, ut sint toto corpore nigri.
Est Deus inspector, penetrat qui singula corda.
Ceterum pudicis ista necessaria non sunt.
Casto atque pudico sensu pertundite pectus,
Lex Dei testatur tales abscedere leges.
Ex corde qui credit, fœminæ marito probatæ
Sufficiat esse non cultibus, sed bona mente.
Induere vestes, quas optat frigus & æstus,
Aut nimium solis, tantum ut pudica proberis,
Et in plebe Dei facultatis dona demonstra
Vos matronæ bonæ vanitates fugite decorem,
In fœminas congruit cultura lupanas.
Vincite malignum pudicæ fœminæ Christi,
In dando divitias vestras ostendite totas.

60. „Audi vocem quæ vis Christiana manere, *c. 60. De iisdem.*
Beatus Paulus qualiter te ornari præcepit,
Meliloquus item Esaias doctor & auctor,
Detestatur enim pravitatem mundi sequentes.
Exaltatæ inquit jacebunt Filiæ Sion.
Gentili more quæris procedere Dei sancta?
Has Dei præcones damnant in lege clamantes,
Injustas esse fœminas, quæ se taliter ornant.
Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis:
Levatis comulas granulatim fronte depicta,
Malas medicatis quodam superducto rubore,
Nec non & inaures gravissimo pondere pendent.
Obruitis collum monilibus, gemmis, & auro,

„Pal-

„Palmas Deo dignas praesagio malo ligatis.
„Quid memorem vestes aut totam Zabuli pompam?
„Respuitis legem, cum vultis mundo placere,
„Saltatis in domibus, pro psalmis cantatis amores.
„Tu licet sis casta, non te purgas sinistra loquendo.
„Vos ideo tales Christus cum gentibus aequat
„Hymnificato choro placitoque Christo placete,
„Zelantes fervore Christo offerte odorem.

c. 61. *Pauperi subveniendum.*

61. „Misericors esto, ut sis ante omnia salvus,
„Nec metuis Dominum praeconio tanto clamantem,
„Inimicis etiam qui jubet alimenta praebere.
„Prandia ab eo prospice Tobia, qui semper
„Omnibus omnino diebus cum paupere sumpsit.
„Pascere tu quaeris stulte, qui te denuo pascat
„Laute cibatum distento ventre declamat
„Oppressus inopia frater juxta tabescens.
„Excita de turba pauperem, quem ad prandium ducas,
„In tabulis spes est vestra de Christo refecto.

c. 62. *Martyrium bonis operibus suppletur.*

62. Martyrium fili quoniam desideras audi:
„Abel qualis erat, esto, aut qualis Isaac ipse aut
„Rectam, qui diligit Stephanus sibi vitam iniiter.
„Tu quidem quod optas res est felicibus apta.
„Vince prius malum benefactis recte vivendo,
„Rex ille tuus cum viderit, esto securus;
„Ipsius

Ipſius eſt tempus, & nos in utrumque gerentes,
Ut ſi bellum abeſt, in pace Martyres ibunt.
Multi quidem errant dicentes, ſanguine noſtro
Vicimus iniquum, quo manente vincere nolunt.
Obſidiando perit & ideo ſentit iniquus:
Legitimus autem non ſentit pœnas adactas.
Ejulandoque zelando pectus pugnis pertunde.
Nunc ſi benefactis viceris, martyr in illo.
Tu ergo quis quæris Martyrium tollere verbo,
In pace te veſti bonis, & eſto ſecurus.

63. „Belligerare quæris, ſtulte, quaſi bella quieſcant: *c. 63. Semper contra vitia pugnandum.*
Ex protoplaſto die pugnatur in fine vobis.
Libido præcipitat, bellum eſt pugna cum illo:
Luxuria ſuadet, abutere bellum viciſti:
Vino copioſo parce, ne per illud aberres:
Maledicti retine linguam, unde Dominum adoras.
Compeſce furorem: pacificum redde te cunctis.
Oppreſſos miſeriis deprimere cave minores.
Tutorem adcommoda tantum, & noli nocere.
Tramite vos recto ducite ſincero præ zelo.
In tuis divitiis comem te redde puſillis:
De labore tuo dona, nudum veſti, ſic vinces.
Inſidias nulli facias, qui Deo deſervis.
Aſpice principium unde periit invidus hoſtis
Non ego ſum doctor, ſed lex docet ipſa clamando.

64. „Dum cupis, inde peris, dum ardes proximi zelo, *c. 64. Invidia & concu-*

„Ex-

piscentia vitanda.

„Extinguis teipsum, quando te incendis ab intus.
„Zelaris alium, invide, de malo laborantem,
„Et te parem concupis fieri pecuniæ tantæ
„Cumque reus tibi sis, ipsum te judice damnas,
„Oculorum acies nunquam satiatur avara.
„Nunc ergo si redeas & cogites, vana cupido est:
„Unde Deus clamat: stulte hac nocte vocaris,
„Post te mors ruit: cujus erunt ista talenta?
„Congestet alius, tu bene vivere quære,
„Et Dei cor conscius, ages super omnia victor:
„Nec enim dico, ut te in trivio tinnites,
„Cum pro die tuo vigilas, sine fraude vivendo:
„In esca perit avis; aut hæret improvida visco:
„Arbitrare tibi simpliciter valde cavendum;
„Excedant alii finem, tu prospice semper.

c. 65. Ex bonis inique partis Donatio iniqua.

65. „Quid te bonum fingis alieno vulnere vecors?
„Unde tu largiris, alter quotidie plorat.
„Ista tu non credis Dominum videre de cœlis?
„Dona iniquorum non probat Altissimus, inquit.
„Munera dat alter, ut alterum reddat inanem:
„Aut si fœnerasti duplicem centesima nummum,
„Largiri vis, ut te quasi malum malo depurges.
„Omnipotens tales operas omnino recusat.
„Donasti de lachrymis, candidatus ille ingratis
„Oppressus usuris deplorat factus egenus.
„Nactus præterea tempus captatoribus hostis,
„Ad præsens populus, pretio tu factus iniquus,
„Nec

Nec non & de lucro mercis vis te expiare,
Te ipsum illudis, non alium, inique.

66. „Dispositum tempus venit nostris, pax est in orbe, *c. 66.*
Et ruina simul blandiente saeculo premit. *Pax subdola & falsa.*
Praecipitis populi, quem in schisma misistis.
Aut facite legem civitatis (*Ecclesiae*) aut exite de illa,
Conspicitis stipulam cohaerentem in oculis nostris,
Et vestris in oculis non vultis cernere trabem.
Subdola pax vobis venit, persecutio flagrat;
Vulnera non parent, & sic sine caede ruitis.
Bellum in absconso geritur sub pace quod ipsa
De vobis vix unus caute se gessit.
O male muniti, & in occisione praedicti!
Laudatis pacem, subdolam, & vobis iniquam.
Alterius facti milites non Christi, peristis.

67. „Lectores moneo quosdam cognoscere tantum, *c. 67.*
Et dare materiam caeteris exempla vivendi: *Lectorum officium, & obligatio.*
Certamen fugere, lites totidemque vitare;
Terrorem premere, nec umquam esse superbos,
Obsequia justa malis quoque deferte.
Reddite vos Christo similes, filioli magistro;
Inter agrestina benefactis lilia sitis.
Beati factis estis cum feritis edicta, (*martyrii*)
Vos flores in plebe, vos estis Christi lucernae:
Servate quae estis, & memorare potestis.

c. 68. Pro Diaconis monita.

68. „Mysterium Christi Zacones (Diacones) exercite caste
„Idcirco ministri facite præcepta Magistri.
„Nolite ludere personam judicis æqui,
„Integrate locum vestrum per omnia docti,
„Sursum intendentes, semper Deo summo devoti.
„Tuta Deo reddite sacra ministeria aræ,
„Rebus in adversis exemplum date parati,
„Inclinate caput vestrum pastoribus ipsi,
„Sic fiet ut Christo possitis esse probati.

c. 69. Pro Pastoribus monita.

69. „Pastor si confessus fuerit, geminavit agonem.
„Apostolus autem tales jubet esse Magistros.
„Sit patiens rector, sciat ubi frena remittat.
„Terreat inprimis, & postea melle perungat,
„Observetque prius, ut faciat ipse, quæ dicit.
„Redditur in culpa pastor sæcularia servans,
„In faciem cujus sis ausus dicere quidquam,
„Bullit in inferno rumoribus ipsa gehenna.
„Væ miseræ plebi, dubia quæ fronte vacillat,
„Si talis aderit pastor, pene perdita stat.
„Devotus autem continet, recte gubernans,
„Exhilarantur examina regibus aptis,
„In talibus spes est, & vivit Ecclesia tota.

c. 70. Seductor vitandus.

70. „Respicite dictum, quod veritas odia tollat
„Blandiens dum vobis subrepsit, eheu seductor,
„Vos quia nescitis, laqueos instare, ruistis,
„Sorbetis omnino amara, sed & sæculi ipsum,
„Non gratias agit, pro quo intercedit is, ullus.

71.

71. „Infirmus si fuerit frater, de paupere dico, *c. 71. Infirmi visitandi.*
„Nolite vacui talem visitare jacentem.
„Fac sub Deo bonum, obsequia redde per nummum,
„Inde revalescit, vel si conciderit ille,
„Refoveatur pauper, qui non habet, unde
„Mercedem tibi, pro illo, sed conditor orbis.
„Vel si pigeret te ire ad pauperem, semperque abosum
„Mitte nummos, & unde se resumere possit.
„Similiterque soror si paupera lecto decumbit,
„Incipiant vestræ matronæ victualia ferre.
„Clamat ipse Deus, frange tuum panem egeno.
„Verbis opus non est visitare, sed benefactis.
„Iniquum est, frater inopia victus ægrotet,
„Satagite, non verbis, esum potumque requirit,
„Inspicite tales, sed certe debilitatos,
„Transigere sese qui possunt, date subinde:
„A Domino vobis spondeo dare quadruplum.

72. „Pauperies sana quid, nisi divitiæ adsint? *c. 72. Pauperibus sanis artificibus succurrendum.*
„Ars certe si fuerit, jam & tu communica fratri.
„Unum præsta tibi, ne superbus esse dicaris,
„Polliceor, quoniam securior divite vivis.
„Excipe doctrinam magni Salomonis in aures:
„Responsorem in alto odit Deus pauperem esse.
„Idcirco te subde, & honorem redde potenti,
„Blandus enim sermo, Proverbium nosti, deriget, emollit,

„Vincitur officio, etsi fuerit ira vetusta
„Si lingua taceat, nil melius invenisti:
„Sane si non fuerit ars, unde vita regatur,
„Aut operam præbe, aut cursum jussu potentis.
„Non pudeat neque pigeat procurrere sanum.
„In gazo præterea de labore mittere debes,
„Sicut singularis illa, quam prætulit unctus.

c. 73. Filii mortui non lugendi.

73. „Filiorum casus licet & dolium cordis relinquat.
„In nigris tamen exire nec plangere fas est.
„Lex prudenter ait, animo, nec pompa dolere,
„In Salomoniaco libro septimana finita.
„Oblita Dominum de resurrectione promissa.
„Si Martyras feceris filios, sic voce deflebis?
„Non pudet infrenem gentiliter plangere natos?
„Os laceras, tundis pectus, vestimenta deducis,
„Nec metuis Dominum cujus optas regnum videre?
„Luge quod fas est, noli tamen errare pro illis,
„Vos ideo tales, quid minus quam gentes estis:
„Germine Zabolico facitis ut turbæ pronatæ:
„Extinctos clamatis, qua gratia? false, peristi.
„Nec dolore duxit pater Abraham filium mactandum ad aram
„Omnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
„Sed Deo devotus festinanter funus agebat.

c. 74. Funeris pompa vitanda.

74. „De funeris pompa sollicitus esse qui quæris,
„Erras Dei servus adhuc in morte placere.
„Proh! exanimum corpus ornari funestum.
„O vanitas vera, cupere defunctis honorem:
„Mens

„Mens mundi detenta, nec in morte Christo
devota,
„Proverbia nosti, per forum efferri volebat.
„Adeo illi similes, & fera mente viventes,
„Faustum felicemque diem in exitu vultis ha-
bere,
„Ut coeat populus, laudem cum luctu videre.
„Non provides quonam merearis ire defunctus,
„Ecce prosequuntur illi, tu forte cremaris
„Redactus in pœnam. Quid proderit pompa
defuncto?
„Incusatus eris, qui ob ista collegia quaeris
„Sub Vejove (*idolis*) cupis vivere, te decipis
ipsum.

75. „Congruit in Pascha die felicissimo no-
stro; *c. 75. Clerici eleemosynas in Paschate dent.*
„Laetentur & illi, qui postulant sub acta divina;
„Eerogetur eis quod sufficit vinum & esca.
„In modico sumptu deficitis Christo donare,
„Cum ipsi non facitis, quomodo suadere po-
testis
„Justitiam legis talibus? vel semel in anno;
„Sic multos urget blasphemia saepe de vobis.

76. „Buccina praeconum clamat, lectore
legente *c. 76. Reverentia in templo & oratione.*
„Ut pateant aures, & tu magis obstruis illas;
„Luxaris labia, quibus ingemiscere debes,
„Obsera malis pectus, vel in pectore solve:
„Sed quia divitiae faciunt divitibus frontem,
„Inde perit omnis, quia sibi maxime fidunt.
„Terruit sane Dominus domum orationis.
„Sacerdos Domini cum *sursum corda* praecepit,

„In prece fienda, ut fiant silentia vestra,
„Limpide respondes, nec temperas quoque promissis.
„Exorat ille Altissimum pro plebe devota,
„Ne pereat aliquis, & tu te in fabulas vertis;
„Tu subrides ibi, aut detrahis proximi famæ;
„Indisciplinate loqueris, quasi sit Deus absens,
„Omnia qui fecit, nec audiat, neque cernat

c. 77. Ebrietas vitanda.

77. „Ebrioso modum non pono, sed belluam malo.
„Bibendo superbis, interior a mente recedis,
„Regentis imperium tenens apud stulte, Cyclopas
„Inde in historiis: dum mortuus non bibo, dicis.
„Optima mihi bibere, & corda sapere.
„Subministra magis (quid amplius quæris abuti?)
„Infimo pauperculo, & eritis ambo refecti
„Si facias ista, extinguis tibi gehennam.

c. 78. Pauperes cibandi.

78. Pascere qui quæris, & quod potuisti parasti,
„Assidue pascendo recte fecisti.
„Sed tamen revise pauperem, qui te non repascat;
„Tunc erit mensa tua per unum Deum probata.
„Omnipotens tales vel maxime pasci præcepit.
„Respice cum pascis infirmos, & fœneras Alta.
„In illo vos Dominus voluit probatos adesse.

c. 79. Orandum quomodo.

79. „Orantem si cupias exaudiri de cœlo,
„Rumpe de latibulis nequitiæ vincula:

„Aut

„Aut ſi benefactis ores miſeratus egenis,
„Ne dubites quin quod petieris detur oranti.
„Tu ſane ſi nudus benefactis Deum adores
„In totum ne facias ſic orationes inepte.

80. „Incolæ cœlorum futuri cum Deo Christo, *Concluſi*
„Tenente principium, vidente cuncta de cœlo,
„Simplicitas bonitas habitet in corpore veſtro:
„Iraſci nolite ſine cauſa fratri devoto;
„Recipietis enim, quidquid feceritis ab illo.
„Hoc placuit Chriſto reſurgere mortuos imo.
„Cum ſuis corporibus, & quos ignis uſſit in ævo,
„Sex millibus annis completis mundo finito,
„Vertitur interea cœlum tenore mutato:
„Comburuntur enim impii tunc igne divino;
„Ira Dei ſummi ardet creatura gemendo.
„Digniores, ſtemmate & generati præclaro,
„Nobileſque viri ſub Antichriſto devicto,
„Ex præcepto Dei rurſum viventes in ævo,
„Mille quidem annis, ut ſerviant ſanctis & Alto,
„Sub jugo ſervili, ut portent victualia collo,
„Ut iterum autem judicentur regno finito,
„Nullificantes Deum completo milleſimo anno
„Ab igne peribunt cum montibus ipſi loquendo.
„In buſtis & tumulis omnis caro redditur acto,
„Demerguntur inferno, trahunt pœnas in ævo,
„Oſtenduntur illis, & legunt geſta de cœlo,
„Memoria priſca debito & merito digno,

„Merces in perpetuo secundum facta tyranno,
„Omnia non possum comprehendere parvo libello:
„Curiositas docti inveniet nomen in isto.

* Scilicet ab hoc postremo versu sensum legens per litteras versuum primas inveniet; COMMODIANUS MENDICUS CHRISTI.



THEOGNOSTI ALEXANDRINI FRAGMENTA EX LIBRIS VII. HYPOTYPOSEON.

De Theognosto Alexandrino Eusebius & S. Hieronymus nihil meminerunt, ejus tamen honorificam mentionem facit S. Athanasius, qui eum *virum disertum*, *de Decr. Nic. Syn.* Et *admirandum ac studiosum Ep.* 4. *ad Serap.* appellat. Caro imperante circa annum 282. & Origenis fuisse discipulum, vel saltem ejus operum studiosissimum ex Photio *Biblioth. cod.* 106. & Scholæ Catecheticæ Alexandrinæ præfectum ex Philippo Sidete *Serm.* 24. discimus. Scripsit autem plena dictione, perspicuoque stylo septem libros Theologicarum Institutionum jam diu deperditos, quorum titulum Photius ita refert: *Beati Theognosti Alexandrini sacrorum librorum interpretis hypotyposes.* Horum librorum argumenta teste eodem Photio sunt sequentia: Primo libro egit de Deo Patre, eumque rerum omnium opi-

opificem, & materiam non esse illi coaeternam demonstravit. Secundo necessitatem existentiae Filii Dei ostendit. Tertio Spiritum S. esse probavit. Quarto de Angelis & daemonibus tractavit. Quinto & sexto de Incarnatione Dei, & ejus possibilitate. Ultimam de Dei creatione inscripsit. Plura in his libris Photius reprehendit, maxime quod ex libris Periarchon Origenis multa erronea hauserit. Verum ab hac censura Theognostum vindicat Georgius Bullus *Defens. fid. Nic. sect.* 2. *c.* 10. & Prudentius Maran. *Divin. J. C. l.* 4. *c.* 24. Sancto etiam Gregorio in Theognosto displicuit, quod Filium Deo, cum hoc universum constituere vellet, primum, veluti quamdam opificii normam, praesuppositum fuisse diceret. Verum hanc censuram refutat Maranus *l. c.* tum quia Theognostus a S. Athanasio tamquam Consubstantialitatis testis & defensor allegatur, tum quia ipse hic locus a S. Gregorio taxatus verbum describit ut regulam illam & ideam, ad cujus exemplar omnia creavit.



FRAGMENTUM EX LIBRO II. HYPOTYPOSEON APUD S. ATHANASIUM DE DECRETIS NICEN. SYN. §. 25.

„Non extrinsecus adinventa est Filii substantia, neque ex nihilo educta, sed ex Patris substantia nata est, ut lucis splendor & aquae vapor, neque enim splendor aut vapor *Consubstantialitas Filii.*

„ipsa aqua, vel ipse sol est, neque rursus ali„quid emanans ex Patris substantia, ita tamen, „ut nullam divisionem eadem Patris substantia „sit perpessa. Ut enim sol idem manens radiis „ab ipso profluentibus non minuitur, ita neque „Patris substantia mutationem ullam patitur, „cum Filium suum ipsius imaginem habet.

APUD S. ATHANASIUM Ep. 4.
AD SERAP. §. 11.

„*Theognostus autem haec adjecit.* Qui primum „& secundum terminum transgressus est, mi„nori supplicio dignus videri possit: qui autem „tertium contemserit non ultro veniam conse„quetur. *Primum autem terminum & secundum „ait doctrinam de Patre & Filio acceptam, tertium „vero in initiatione & participatione Spiritus ver„bum traditum: quod confirmare volens adducit „illud discipulis a Salvatore dictum.* Adhuc mul„ta habeo vobis dicere, sed non potestis porta„re modo: Cum autem venerit Spiritus S. do„cebit vos.

IBIDEM.

„*Deinde ait:* Sicut eos, qui perfecta needum „capere possunt, alloquitur Salvator, ad eorum „sese parvitatem demittens, cum perfectis au„tem Spiritus S. versatur, neque tamen quis „ideo dixerit, Spiritus S. doctrinam, Filii do„ctrinam superare, sed quod Filius quidem sese „demittat ad imperfectos, Spiritus vero san„ctus sigillum sit perfectorum: sic non propter „excellentiam Spiritus sancti prae Filio inexpia„bilis & citra veniam est blasphemia in Spiri„tum,

tum, sed quia imperfectis (*id est non baptizatis*) datur venia: iis vero qui donum cœleste gustaverunt & initiati sunt, nulla veniæ relinquitur excusatio vel deprecatio. (*scilicet per iteratum Baptismum.*)



S. METHODII

EPISCOPI ET MARTYRIS

OPERA.

§. I.

De gestis & scriptis S. Methodii.

Methodius a S. Epiphanio Eubulius dictus primum Olympi simul & Pataræ in Ly-a Episcopus. Deinde Tyri in Phœnicia Ca-ıedram Episcopalem conscendens Chalcide ræciæ vel juxta Tillemontium *tom.* 5. Chalci-ene in Cælesyria sub finem persecutionis Dio-etianæ circa annum 302. Martyrio coronatus t. Vir fuit, teste S. Epiphanio *hær.* 64. *ap-rime doctus acerrimusque veritatis patronus,* uin & judice S. Hieronymo *Comment. in Daniel.* 13. *qui nitidi compositique sermonis libros confe-t.* Scripsit quippe stylo perspicuo & elabo-ıto magnum opus adversus Porphyrium Phi-ısophum: Item tractatum de resurrectione ad-ersus Origenem: Commentaria quædam in Ge-esin & Canticum Canticorum, quæ ut pluri-ıum perierunt. Quæ restant sunt sequentia: ;onvivium decem Virginum: Liber de libero

 arbi-

arbitrio: Excerpta ex libro de resurrectione: Excerpta ex libro de creatis: Sermo de Simeone & Anna: Oratio in ramos Palmarum: Excerpta ex homilia de cruce & passione Christi: Fragmenta de diversis. Opera omnia Methodii Parisiis an. 1644. edidit Combefisius, quæ etiam in nova Bibliotheca Patrum a Gallandio in lucem data reperiuntur, ex qua sequens Analysis adornata est.

S. METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS
CONVIVIUM DECEM VIRGINUM SIVE DE CASTIMONIA.

PERSONÆ COLLOQUENTES

EUBULIUM, GREGORIUM, ARETE, MARCELLA, THEOPHILA, THALIA, THEOPATRA, THALUSSA, AGATHA, PROCILLA, THECLA, THUSIANA, DOMNINA.

§. II.
Argumentum.

Convivium decem Virginum verum & genuinum S. Methodii opus esse ambigi non potest, cum omnes antiquitatis notas præ se ferat, omniaque loca, quæ ex eo Photius excerpserat, ibidem ad verbum reperiantur. Dialogus est, in quo introducitur mulier quædam nomine Gregorium, quæ Eubulio refert sermones, qui habiti fuerunt in colloquio decem Virginum,

inum, quosque habere se a Theopatra dice-
nt. Hunc Librum Methodius composuit,
xemplum Platonis secutus, qui librum huic
milem sub titulo convivii Socratis edidit. Leo
llatius hunc librum ex Græco versum anno
656. Romæ edidit, quem deinde Petrus Pos-
nus cum nova translatione anno 1657. Pari-
is evulgavit, & denique Combefisius cum ver-
one sua & notis anno 1672. Auctario suo no-
issimo Bibliothecæ Patrum inseruit.

§. III.

Analysis.

ORATIO PRIMA.

MARCELLA.

Post consueta urbanitatis officia, quibus se invicem prosequuntur Gregorium & Eu-
ulium, Gregorium describit locum conven-
us illarum Virginum, fingit Aretem, in cu-
us horto conventus erat, singulas adhortatam
sse, ut quæcunque earum vellet, orationem
e virginitate haberet, ac deinde orationes il-
as suo ordine digestas refert, quarum prima
st, quam Marcella peroravit, uti sequitur.
„Magna supra modum atque miranda glorio-
„saque res est virginitas, ac si palam loquen-
„dum ex sacrarum Scripturarum nutu sensu-
„que, incorruptionis uber, ejusque flos ac pri-
„mitiæ est. Una hæc optima honestissimaque
„professio. Unde & Dominus eos potissimum
„in regnum cœlorum ingressuros pollicetur,
„qui ipsi seipsos castraverunt, ubi in Evange-
„lio Eunuchorum differentias tradit. Rara
„quip-

Virginitas rara virtus.

„quippe admodum arduaque hominibus c
„tas, ac quanto principalior, magnificent
„que, tanto etiam majoribus obsepta per
„lis est.

Virginitas de cælo venit.

2. „Ergo indoles requirit fortes & gene
„sas, quæ acri impetu atque volatu volupt
„fluxu superato sublime sursus mentis vehi
„lum dirigant, a proposito suo numquam
„scedentes, in cœlesti vere constitutæ culm
„ipsam pure contemplentur incorruptionem
„omnipotentis impolluto sinu exilientem. I
„nectar gignere non valet terra, uni cœlo
„tum est, illud ex se profundere. Itaque v
„ginitatem ambulare quidem super terr
„contingere vero vertice cœlos existimand
„est, cujus desiderio quidam tacti illotis pe
„bus ex mentis sorditate imperfecti animo
„cedentes vix mediam ingressi viam pedem
„tulerunt: non enim sola incorrupta serva
„sunt corpora, sed animabus omnis adhibe
„diligentia: adhibetur autem, cum firmo c
„stantique proposito divinos sermones auc
„integre certaverint, donec ipsum verum a
„cutæ fuerint. Ut enim carnium tabes ac
„tredines sale absumuntur, sic in Virgine a
„tione procul abhorrentes corporeæ omnes
„bidines, doctrinarum austero adstringunt
„neque enim fiat, ut qui ritu salis, Christi
„cibus animus non conspergitur, non fœt
„atque verminet, uti sane David rex, q
„veluti sale sobriis meditationibus, sed ipi
„non defricuerat, sed segnias agens in œstr
„abreptus adulterii quoque sordibus com

„tr

„truerat. Hinc omnis oblatio in Levitico nisi „prius sale condita fuerit, in holocaustum ce„dere prohibetur Domino Deo. Sal vero no„bis quod mordeat, & ad utilitatem adstrin„gat, spiritalis omnis Scripturarum data me„ditatio est, sine qua animus per rationem „omnium auctori Deo grata hostia offerri non „potest.

3. „Oportet ergo Virginem honestarum „semper rerum studio flagrare, & inter emi„nentes sapientiæ laude honoratum locum te„nere; nihil pigrum aut molle habere, sed ex„cellere, & heroico virginitatis proposito dig„nos sensus alere, quæ semper defluentis vo„luptatis saniem doctrinæ meditatione deter„gat, necubi forte latens vel minima putredo „incontinentiæ vermem progignat, *innupta „enim cogitat quæ Domini sunt.* 1. *Cor.* 7. *v.* 34. „Multæ vero discendi curam ceu rem in se„cundis habendam existimantes multum sibi „deberi putant, si vel modicum tempus do„ctrinæ aures adhibeant, quas a sacris dispu„tationibus excludere deceat, animæ enim sa„pientiæ inanem quandam jactanti speciem, „haud impartiendæ sunt divinæ disciplinæ. *Virgo cogitet quæ Domini sunt.*

4. „Magno enim revera excessu a sum„mis cœlorum demissa venit virginitatis plan„ta, quamobrem etiam primis hominum æta„tibus haud fuit detecta, nondum quippe nu„merosum erat genus humanum, decebatque „ipsum prius multitudine augeri atque perfici. „Quare ne proprias quidem sorores cum anti- *Virginitas in V. T. in usu non fuit communiter.*

„qui

„qui uxores acciperent turpe aliquid ac in
„cens erat, donec lex peccatum esse denunt
„vit, *maledictum* eum vocans, *qui turpitudin*
„*sororis suæ revelaverit. Lev.* 18. *v.* 9. Sim
„quippe modo se gessit erga majores nostr
„Deus, uti parentes erga liberos infantes: du
„siquidem mundus necdum hominum conf
„tus frequentia velut infans erat, decebat a
„geri prius in multitudinem, ex qua in viru
„quasi adolesceret: at ubi jam coloniis freque
„tatus est, a fratrum sororumque mixtis co
„jugiis primum progredientes ut externas d
„cerent uxores: deinde multis non congred
„rentur, inde ut adulteri non essent factum e
„atque hinc rursum castitatem, eaque perfe
„cti, virginitatem colerent, ubi se in carn
„contemtu exercentes in tranquillum inco
„ruptionis locum velut tutissimo portu appel
„rent. Sane Abraham accepto circumcisio
„fœdere nihil aliud videtur innuere propri
„carnis suæ membrum putando, quam ha
„amplius licere cum ea, quæ iisdem orta p
„rentibus sit, rem maritalem habere. Itac
„ab Abrahami ætate morem illum, quo so
„res fratribus nuptiarum fœdere jungebant
„sublatum videmus. Multas autem simul
„uno haberi uxores a propheticis temporib
„perinde abolitum est. *Prov.* 5. *v.* 15. enim
„citur: *fons tuus aquæ sit tibi proprius, & juc*
„*dare cum uxore, quæ tibi adhæsit a juventute* t
„Jeremias vero equos amatores & emisso
„eos manifeste vocat, qui se in diversar
„mulierum amores effundunt. *Jerem.* 5. *v*
„Sed astruamus nunc, quomodo voluntaria

„sti

stitas legitimo etiam usui singularis cum una conjugii successerit, tantisper scilicet subtrahens carnis libidines, dum perfecte proclivem in copulam impetum represserit. Statim sane manifeste inducitur, qui hanc deinceps occupationem a se amoliatur, dum ait: *Domine Pater, & dominator vitæ meæ. . . Cordis concupiscentia, & concubitus non apprehendant me. Eccli.* 25. In libro autem Sapientiæ, quo omnis virtutis traduntur documenta, palam jam & sine ambage auditores ad continentiam & castitatem attrahens Spiritus S. talia modulatur: *Melior est liberorum orbitas cum virtute: immortalis enim est in memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Cum præsens est, colunt illam & desiderant eam cum se abduxerit: & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certamine superato. Sap.* 4. *v.* 1. *seq.*

5. „Verum id etiam disquiramus necesse est, quid tandem causæ sit, cum multi prophetæ & justi multa & præclara tum docuerint, tum ipsi præstiterint, nullus tamen virginatem aut laudibus celebrarit, aut propositum ejus assumserit. Soli nimirum Domino disciplina hæc facienda servabatur, qui & solum in mundum adveniens homines docuit in Deum transire. Decebat enim, qui princeps Sacerdotum esset, princepsque Prophetarum & Angelorum, eumdem etiam principem Virginum audire. Antiquus autem necdum homo perfectus erat, ac ideo virginitatem rem utique perfectam capere necdum poterat. *Virginitatem Christus docuit.*

„Ad-

„Adhuc enim, qui ad Dei imaginem formatus „erat, id quoque quod est ad similitudinem „recipere debebat. Quod ut perficeret, ver„bum in mundum missum nostram prius for„mam multis peccatorum maculis compun„ctam suscepit, ut nos scilicet, propter quos „gestavit, divinam rursus capere valeremus. „Ad Dei enim similitudinem accurate effingi „id demum est, ejus characteres & lineamen„ta in vitæ humanæ consuetudinem imitando „transferre, quod assequemur, dum ostensam „ab eo viam ac disciplinam condiscamus & se„quamur.

Virginum eminens locus in cœlo. 6. „Quid igitur Dominus ipse veritas & „lumen molitus est in mundum veniens? nem„pe homo factus incorruptam carnem in vir„ginitate servavit. Et nos itaque si ad Dei „nostri Christi similitudinem enitimur, virgini„tatem colere magnifice studeamus: Dei enim „simulacrum corruptionis fuga. Quod autem „etiam principem virginum haud secus ac prin„cipem Pastorum ac Prophetarum Ecclesiæ, „Verbum homo factum prætulerit, ipse nobis „Christi numine afflatus Joannes in libro Apo„calypsis ostendit. *Apoc.* 14. *v.* 1. *seqq.* ubi „etiam animadverte, quam vere maxima sit „virginitatis dignitas apud Deum: *Hi empti* „*sunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno, & in* „*ore ipsorum non est inventum mendacium, sine ma*„*cula enim sunt, & sequuntur agnum,* inquit, „*quocunque ierit. Apoc.* 14. *v.* 4. Clare nos & „hinc docere vult, tantulo numero nimirum „quadraginta quatuor millium definitam a

„prin-

„principio fuisse multitudinem Virginum, cum „infinita multitudo sit aliorum Sanctorum *quam* „*dinumerare nemo poterat. Apoc.* 7. *v.* 9. Con„stat igitur Virginum exiguum plane nume„rum, si ejus cum aliorum innumera multi„tudine ratio habeatur. Hæc mea o Arete de „Virginitate oratio est, in qua siquid omisi sup„pleat cui lampadem dicturæ trado Theophila.

ORATIO SECUNDA.

THEOPHILA.

1. Cum Marcellæ oratio de Virginitatis dignitate, sanctitatem Matrimonii videretur lædere, Theophila in hac secunda oratione probat, „noluisse Dei verbum, postquam „virginitatem mundo intulit, omnino abro„gare conjugium. Profecto enim Dei senten„tia & præceptum illud propagandi *Gen.* 1. „*v.* 28. etiam hodie viget & servatur, Deo „etiamnum hominis formandi opifice; verum „ubi expletus erit præfinitus hominum nume„rus, tunc sane a generando abstinendum „erit. Nunc enim in edenda Dei imagine „suam hominem conferre operam necesse est, „dum adhuc stat mundus novisque quotidie „motibus ejus fabrica adimpletur: *Crescite* „enim inquit *& multiplicamini*: nec fas est „Creatoris præceptum abominari, ex quo no„bis est, quod existimus. Principium enim „generationis hominum seminis in genitale „arvum demissio est, ut ex ossibus os, & ex „carne caro arcana vi desumpta in alterum „rursus hominem ejusdem artificis opera con„dan-

Matrimonium est licitum.

„dantur, sic enim impleri putandum illam „sententiam: *hoc nunc os ex ossibus meis, & caro „de carne mea.* Gen. 2. v. 23.

Deus hominum conditor in consueta generatione.

2. „Id enim forsitan innuebat illa per somnium primo homini injecta ecstasis viri inter „muliebres amplexus mulcedinem illam praefigurans, cum liberorum sitiens a se quasi „excedit, genitalibus per somnum effoeminatus delitiis, ut rursus ab ejus ossibus & carne „decerptus alius homo impleatur. Quamobrem Deo etiamnum quotidie per nuptialem „ejusmodi congressum hominem formante, „quomodo non temerarium fuerit, abominari „liberorum procreationem, cui suas immaculatas immiscere manus omnipotens Creator „haud indecorum ducat? *Priusquam enim*, inquit, *formarem te in utero, novi te;* Jeremiam „alloquens *Jer.* 1. *v.* 5. Et Jobo ait: *Numquid „tu accepto limo effinxisti animal?* *Job.* 38. „*v.* 14. Jobus autem econtra Deo supplex accedit, dicens: *Manus tuae fecerunt me, & „plasmaverunt me.* *Job.* 10. *v.* 8. Quomodo vero non absurdum fuerit, prohibere congressus nuptiales, cum expectentur etiam post „nos futuri Martyres, & qui nequissimo restituri sunt, ob quos etiam breviandos dies illos pollicitus est divinus sermo.

Filii spurii etiam boni esse possunt.

3. „Hic Marcella interpellans inquit: de „iis qui ex adulterio illegitime generantur; „heus tu quid dicis? concessisti enim nulla „ratione posse fieri, ut quis veniat in mundum, quin divinae ei Majestatis nutus ductor

„ex-

„extiterit, parato ei, qui sit nasciturus, a „Deo corpusculo. Et ne confugias velut in „arcem securam prolato testimonio Scripturae „dicentis: *Filii autem adulterorum maturitatem* „*non consequentur*. *Sap*. 3. *v*. 16. refellet te le„niter dicens: Atqui videmus haud raro ille„gitimis conceptos copulis maturescere in par„tus vitales, valentesque adolescere. Si au„tem argute iterum distinguens dicas: Ego „vero maturitatis nomine, quam non conse„quuntur, justitiam Christianam intelligo, cu„jus illi compotes non sunt: reponet statim: „Atqui multi ex iniquo sati semine nihilo se„cius non solum gregi fidelium adunati, verum „etiam ut illis praeessent haud raro sortiti sunt. „Quare cum communi omnium sensu & ex„perientia notissimum sit, ortos ex adulterio „utrovis modo quod perfectum est adipisci, non „est putandum de conceptibus aut partubus „Propheticum illud Spiritus sancti oraculum „esse intelligendum, sed forte potius de illis, qui „adulterant veritatem, qui nimirum Sophisti„cis decretis corrumpentes Scripturas imma„turam gignunt sapientiam, quod pietatem er„rori commisceant. Itaque hoc tibi effugio „praeclufo modo & ex adulterio quoque con„ceptos foetus responde, Deo bene volente ge„nerari.

Dei opus in hominis generatione declaratur.

4. „Rem, inquit Theophila, quaeris, ad sui „plenam declarationem exemplo quodam indi„gentem, cujus beneficio melius intelligas, Dei „vim creatricem per omnia quidem pertingen„tem, praecipue tamen ipsam a se humanam

 „pro-

„prostare generationem, augendo quæ in geni-
„talem sunt seminata terram: neque enim id
„quod seminatur culpandum est, sed in eo
„omnis culpa residet, qui in alienum agrum
„furtivis cubilibus veluti mercede brevis vo-
„luptatis propriam impudenter sementem ven-
„dit. Informa enim animo talem quamdam
„imaginem nostri in vitam ortus ac generatio-
„nis: Cogita domum, quæ a summo capite ab
„ingressu multa foramina habeat; & imagina-
„re intus sedentem operari plasten statuas plu-
„rimas ex limo, quem ei per ea quæ dixi fo-
„ramina multi assidue homines congerant, ne-
„mine ipsum artificem vidente. Fac etiam oc-
„cultari domum nebulis ac caligine, nihilque
„illis, qui materiam exterius ministrant præ-
„ter sola foramina conspicuum esse. Detur
„& hoc habere unumquemque collaborantium
„in luti comportationem assignatum sibi fora-
„men unum, per quod solum oportet eum ma-
„teriam propriam deponere, nulla ratione tan-
„gendo aliud quodcunque, proposita etiam pœ-
„na ignis & verberum ei, qui curiosius tenta-
„verit aperire foramen alteri assignatum. Tum
„jam mihi figulum interius foramina circum-
„euntem considera, & quamcunque sub uno-
„quoque materiam offenderit hanc fingentem
„certisque mensium periodis efformatam sta-
„tuam per idem rursus foramen emittere, quip-
„pe cui hæc posita lex sit, ut nullo discrimine
„aptam operi oblatam sibi argillam fingat ac
„figuret etiamsi perverse per alienum a quo-
„piam demissa foramen fuerit. Nihil enim
„peccasse materiam, ac propterea tamquam
„inno-

„innoxiam fingi eam oportere atque formari; „eum vero, qui contra interdictum in alienum „ipsam foramen deposuit, ut sceleratum & „transgressorem merito pœna mulctandum es„se: non enim in lutum culpa referenda, sed „in illum, qui rem prœter fas gessit; impudi„citiæ enim actus stimulis in alienam vi fur„tim destinatam rimam intulit ac deposuit.

5. „Ergo his hactenus ita præparatis do„mum illam inaspectabilem generationis no„stræ naturam esse intelligas, aditum autem „adjacentem montibus descensum e cœlis ani„marum in corpora: foramina vero fœmineum „sexum, plasten quoque creatricem Dei poten„tiam, quæ pro generationis velo nostra utens „natura inaspectabili ratione intus nos huma„na forma effingit, animarum indumenta con„cinnans. Qui denique lutum argillamque „comportant, mares exprimere cogitandi sunt, „qui liberorum siti in naturales fœminæ meatus „semen injiciunt, haud secus ac illi argillam „in foramen: Semini enim quadam divinæ „creatricis potentiæ participatione asperso, „haud imputandi impuræ libidinis ardores. „Ars porro in subjecta sibi materia quod suum „est agit: nullam vero rem ex se ac per se„ipsam malam esse existimandum est, sed talem „fieri per abutentium operationem; honeste „scilicet, & caste exhibita, honesta evadit, tur„piter vero & indecenter administrata, turpis „fit. Sic lanam elaborare ac concinnare nihil „prohibet, qui vero furto eam abstulit, is pœ„na afficiendus est. Eodem modo corruptores *Idem ostenditur.*

„nuptiarum effrœnes inflammatæ cupiditatis „æstus in adulteria laxantes ipsi quidem pu„niendi sunt, nocent enim graviter ex alienis „hortis inconcessos furando concubitus, semen „vero ipsum formandum est, animaque do„nandum.

Adulterini etiam angelos custodes habent.

6. „Et quid opus est tanta exemplorum in „frustra sermonem producere, cum satis li„queat, Dei opus esse corporum structuram, „quando enim natura brevi adeo tempore, nisi „Deo adjutorium subministrante, tantum opus „perficeret? Ad cujus curam spectat, ne tum „humido tumque vasculorum angustiis suffo„cetur intus innatans utero gestatus imperfe„ctus fœtus? quis a partu jam editum sic im„becillem exiguumque in molem & formam ac „robur idoneum provehit, nisi supremus arti„fex Deus creatrice vi quasi Christo exempla„ri figuras ducens, atque ad vivum species „depingens? Unde & tutelaribus Angelis „etiam ex adulterio susceptas proles commen„dari ex divinis litteris accepimus. Si enim „invita Dei voluntate, præterque ejus consi„lium ac legem existerent, quomodo Angelis „traderentur blande admodum ac indulgenter „educandæ? quomodo etiam suos genitores „accusaturæ libere ad Christi tribunal cita„rent? Tu quidem Domine, inquiunt, non in„vidisti nobis commune hoc lumen, hi autem „nos in mortem exposuerunt contemto tuo „mandato: *Ex illegitimis* enim *somnis filii, qui „nascuntur testes sunt nequitiæ adversus parentes in „interrogatione persuasibilium sermonum.* Sap. 4. v. 6.

7. „Et

7. „Et adhuc aliquis locum habebit pro„babiliter disputandi, tunicam hanc animæ „carneam casu formari præter Dei sententiam, „immortalem tamen animi substantiam cum „mortali corpore seminari qui doceat, fidem „non merebitur: quod enim mortis seniique „expers est, solus utique nobis inspirat omni„potens, solus invisibilium incorruptibilium„que creator est: *Inspiravit enim in faciem ejus „spiraculum vitæ, & factus est homo in animam „viventem. Gen.* 2. *v.* 7. Igitur ubi quis eorum, „quæ ex humana ratione homini accidunt, „considerationem natura duce diligenter didi„cerit, sane noverit, haud abominandam li„berorum procreationem, cum tamen Casti„monia majori laude atque honore coronanda „sit: neque enim eoquod mel cæteris dulcius „est ac suavius, continuo reliqua amara repu„tare convenit, quæcunque in fructibus jucun„di saporis partem aliquam a natura sortita „sunt; & horum quidem idoneum testem pro„ducemus Paulum, cujus illa sunt: *Qui matri„monio jungit virginem suam, bene facit, & qui „non jungit, melius facit:* 1. *Cor.* 7. *v.* 38. Non „enim id proponendo quod melius est, aliud „omnino scriptura sublatum voluit, sed unicui„que quod proprium est ac utile tribuendum „decernit. Sunt quibus nondum concessit po„tiri virginitate, sunt quos non amplius titil„lationibus erubescentes inquinari permittit, „sed jam inde meditari cogitareque vult an„gelicæ puritatis æmulam corporum transfor„mationem, ubi juxta verax Domini oracu„lum *non nubunt, neque nubuntur. Matth.* 22.

Anima immortalis. Castimonia melior conjugio.

„v. 30. Quando quidem non omnibus incon-„taminatus ille, & quo regnum cœlorum præ-„beatur Euchnuchismus creditur, sed illis dun-„taxat, qui & semper virentem & incontami-„natum virginitatis florem valent servare: flo-„rentissimo enim & maxime variegato prato „comparari Ecclesiam habet propheticus ser-„mo, non modo virginitatis distinctam & co-„ronatam floribus, sed & conjugii & continen-„tiæ: *In fimbriis* enim *aureis variegata adstat* „*regina a dextris* sponsi. *Ps.* 44. v. 10.

ORATIO TERTIA.
THALIA.

Locus Gen. 2. cum illo Eph. 5. confertur.

1. Post Theophilæ sermonem cum plausu ex-ceptum assurrexit Thalia, & ita exorsa est. „Mihi videris o Theophila & actione & „eruditione cunctis præcedere, non enim est, „qui reprehendere possit orationem tuam, unum „tamen in ea me videtur turbare, ac quasi in-„jecto scrupulo moleste habere, dum mecum „reputo, haud frustra S. Paulum in Christum „& Ecclesiam relaturum conjunctionem primi „hominis ac mulieris, si nihil sublimius Scri-„ptura innueret, quam quod ex nudis ipsis ver-„bis ac historia pervio sensu haberi potest. „Apostolus enim eam sententiam: *Propter hoc* „*relinquet homo patrem suum & matrem suam &* „*adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* „*Gen.* 2. v. 32. Spiritualiter ad Christum refe-„rens in hunc nos modum edocet: *Sacramen-*„*tum hoc magnum est. Ego autem dico in Chri-*„*stum & in Ecclesiam. Ephes.* 5.

2. „Nec

2. „Nec vero te moveat, quod aliis de re- *Nihil in Paulo sibi contrarium.*
„bus instituto sermone ad alia transilit, ac ipso
„quidem exordio rem levius attingens, mox
„in altiora sese diffundens, tum rursus in pro-
„funditatem sese demittens, interdum in sim-
„plex aliquid & facile, interdum in difficilius
„aliquid & subtilius desinit, nec quidquam ta-
„men per istas alternationes alienum a scopo
„inducit, sed cuncta mirabili quadam necessi-
„tudine ac nexu complexus institutæ a se con-
„siderationis unum argumentum absolvit. Ope-
„ræ igitur pretium factura videas, si Aposto-
„licarum sententiarum sensum paulo accura-
„tius explicavero, ita tamen, ut earum, quæ
„in superioribus dicta sunt, nihil rejiciam, nam
„neque periculo vacat, subjecti textus verba,
„omnino spernere, præsertim Geneseos, ubi
„condenda rerum hujus universitatis mole im-
„mobilia Dei feruntur oracula ac decreta, qui-
„bus in hunc usque diem aptatus mundus suis
„sensim partibus perfecte dirigitur, donec rur-
„sus ipse qui concinnavit legislator opus suum
„reformare volens primas naturæ leges alia
„constitutione antiquaverit. Sed quoniam non
„decet inexploratam ac veluti dimidia sui par-
„te claudicantem explicationem doctrinæ re-
„linquere, age anagogicum quoque litterali
„sensum reddamus, non enim is est, qui con-
„temni possit Paulus, quem modo vidimus
„transcenso dicti hujus vulgari sensu ad Christi
„illud mysterium Ecclesiæque traduxisse.

3. „Atque hic primo disquirendum, an *Primi & secundi Adam*
„Adam comparari possit Filio Dei, ille inquam

 „Adam

comparatio. „Adam in lapsu prævaricationis, qui audivit:
„*Terra es, & in terram reverteris. Gen.* 3. *v.* 19.
„Quomodo vero etiam *primogenitus omnis crea-*
„*turæ* putabitur. *Coloss.* 1. *v.* 15. Rursus qua
„ratione *lignum vitæ* eum esse concedetur.
„*Apoc.* 2. *v.* 7. Qui ejicitur propter prævarica-
„tionem, ne rursus extendat manum, & come-
„dat ex ipso, & vivat in æternum. *Gen.* 2. *v.* 22.
„Quod enim comparatur alteri, illi pluribus
„simile existat necesse est. Jam par & harmo-
„nicum & candore splendidum cunctis pla-
„habeatur, quod a peccato & interitu imm-
„ne existit, nempe sapientia, impar vero & in-
„harmonicum, quod mortale & peccato obno-
„xium, ac quasi reprobum ejectum pœnæque
„addictum est.

Christus secundus Adam. 4. „Hæc fere esse existimo, quæ ab a-
„vulgo objectantur, qui primum hominem a-
„Christum negant referri. Age vero nos qu-
„que consideremus, quam recto sanoque sen-
„su Paulus Adamum ad Christum retulerit non
„hoc solum, quod Adamum Christi figuram
„fuisse censuerit, sed quod etiam hoc ipsum,
„eumdem ipsum Christum esse extitisse existi-
„maverit, idcirco nimirum, quod verbum, quod
„est ante sæcula in illum venit, seque illi con-
„junxit (*non in individuo, sed carnem ex Adam
propagatam assumendo*) „decebat enim primo-
„genitum Dei ac unigenitum germen, id est,
„sapientiam primogenito hominum generis ho-
„mini admixtum hominem fieri: id enim Chri-
„stum esse, hominem pura perfectaque deitate
„plenum, & Deum, qui in homine capiatur:
„sic

ic enim eum, qui a principio erat, renovans, exque virgine ac Spiritu ipsum rursus reformans eumdem fabricatur, quandoquidem similiter a principio terra virgine necdum aratrum passa accepto inde luto, ex illo Deus ratione præditum animal sine semente formaverat.

5. „Adsit mihi hujus rei testis Jeremias: *Et descendi*, inquit, *in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super lapides, & cecidit vas & rursus fecit, vas illud alterum, sicut placuerat in conspectu suo facere. Jer.* 18. *v.* 3. *seq.* Adhuc enim dum ex luto Adamus formaretur, cum mollis & udus esset, ac necdum quasi pro testæ ritu immortalitate excoctus fuisset, peccato dissolutus est, quare eum rursus ab integro madefaciens, exque luto vas in honorem eumdem Deus formans, in virginali primum durans & compingens utero, simulque uniens verbo, solidum infractumque in vitam eduxit, ne rursus contracta tabe decideret: uti etiam in parabolæ inventæ ovis *Luc.* 15. *v.* 4. *seqq.* cernitur Dominus docere. *Jeremiæ locus expensus de figulo.*

6. „Quoniam enim ipse verissime erat atque est, qui a principio erat apud Deum, & Deus erat, ipse Imperator, pastorque cœlestium Angelorum & hominum, quia contigerat, hominem violato Dei mandato gravi lapsu corruere in mortem, propterea dicit Dominus, se in mundum relictis angelicis ordinibus e coelis venisse ad quærendam ovem, quæ perierat. Eo namque consilio susceptus a *Christus ovem perditam redemit.*

„ver-

„verbo homo est, ut devicto serpente hom
„exitio latam condemnationem dilueret. C
„sentaneum quippe fuit, non ab alio vinci
„bolum, quam ab illo ipso, quem a se se
„ductum suæ se tyrannidi subjecisse glori
„tur: nam neque aliter solvi peccatum
„damnationem aboleri possibile erat, nisi
„sus ipse homo reformatus, quæ ejus reat
„omnes pervaserat, sententiam antiquasset
„sicut in Adam omnes moriebantur, sic d
„Christo rursus, qui Adamum assumsisset,
„nes vivificarentur.

Christi opera Dei & hominis propria.

7. „Hactenus satis exposuisse mihi vid
„quemadmodum homo instrumentum fa
„Unigeniti hoc ipse præstiterit, quod & i
„qui in eo habitavit: quod autem nulla
„dissonantia sit, breviter considerandum
„Ipsum enim natura bonum, justum & sanct
„cujus participatione reliqua fiant bona, q
„secundum Deum sapientiam (*seu Verbum*
„*vinum*) esse rectissime dixerit: Contra v
„sceleratum & impium esse peccatum. I
„namque sunt alia aliis opposita, vita & m
„incorruptio & corruptio; homo autem in
„hæc medius ad utrumvis horum depend
„deflexerit, in ejus, quod obtinuerit, dici
„naturam transferri. Quare neque incon
„nitas neque imparitas est homo, neque i
„paritas & concinnitas, sed ubi inconcinn
„tem, prævaricationem scilicet peccatum
„admiserit, inconcinnus deformisque ev
„ubi vero harmoniam & concinnitatem, n
„pe justitiam, concinnum organum esse

t, quo scilicet Dominus, mortis illa victrix corruptio, sonore resurrectionem carni mo- aletur, non sinens eam rursus possideri a orruptione.

8. „Præstruximus ergo, primum hominem ecte in Christum referri posse, & Apostolus ecta ad Christum direxit, quæ de Adamo icta erant: sic enim maxime ex ossibus & x carne ejus Ecclesiam extitisse convenit, ujus scilicet-gratia relicto Patre, qui est in œlis, descendit verbum, ut adhæreret uxo- i, & dormivit ecstasin passionis sponte pro lla moriens, *ut ipse sibi exhiberet Ecclesiam loriosam & immaculatam mundans eam lavacro. Eph.* 5. *v.* 25. ad spirituale semen suscipien- um, quod seminat ipse insusurrans plantans- ue in mentis penetralibus; concipit vero & ormat instar uxoris Ecclesia ad generandam irtutem & enutriendam. Per eum namque odum convenienter impletur, quod ita præ- eptum est. *Crescite & multiplicamini. Gen.* 2. 18. Dum ipsa Ecclesia per verbi copulam : communionem etiam adhuc se nobis incli- antis, & per passionis commemorationem, cstasin facientis in magnitudinem & deco- em ac multitudinem augetur. Non enim liter Ecclesia concipere posset credentes, & er lavacrum regenerationis eos regenerare, isi propter hos quoque Christus seipsum ex- naniens descendendo de cœlis rursum moria- ur, & adhærescens uxori suæ Ecclesiæ, vim uamdam ex suo latere auferendam præbue- it, ut augmentum sumant omnes, qui in

Matrimonium Christi cum Ecclesia explicatur.

„illo

„illo ædificantur, qui nimirum per lavacı
„nascuntur, ex ossibus & ex carne ejus,
„illius nimirum sanctitate & gloria accipi
„tes: ossa enim & carnem sapientiæ, qui d
„prudentiam esse atque virtutem, rectissime
„xerit, costam autem Paracletum Spiritum
„ritatis, ex quo sumentes in incorruptio
„convenienter regenerantur, qui fuerint i
„minati. Fieri vero nequit, ut quisquam Sp
„tus S. particeps fiat, nisi prius in ipso quo
„sese demittens Verbum ecstasi facta ob
„mierit, ut renovationem pariter è somno
„urgens cum eo, qui pro ipso obdormivit,
„formationis Spiritus percipere possit.
„enim proprie Verbi costa dicatur, septifor
„scilicet veritatis Spiritus, de quo accipi
„Deus post Christi ecstasin seu mortem, ¢
„eum sit adjutura fabricatur, scilicet Eccl
„& meliores fideles, qui jam liquidius ver
„tem perceperunt, qui virginis in morem Cl
„sto desponsi, ut puro atque feraci doctri
„suscepto semine cooperentur, propensa ı
„ad reliquorum salutem prædicationi faven
„qui autem imperfecti adhuc & tirones di
„plinis incipiunt imbui, hi a perfectioribus
„a matribus parturiuntur, donec & illi mat
„partu editi in virtutis magnitudinem & de
„regenerentur ac rursus ipsi quoque per i
„neum perfectum Ecclesia facti ad alior
„partum educationemque liberorum oper
„conferant, uteri vice in vase animæ vol
„tatem verbi nulla noxa ad maturitatem p
„ducentes.

9. „C

9. „Considerandum enim, ut & in inclyto Paulo sese res habuerit. Cum enim is nondum in Christo perfectus esset, generatur primum atque lactatur evangelicis documentis imbuente, ac per baptismum ipsum renovante Anania. At ubi factus esset vir, spiritali scilicet perfectione novum formatus, etiam adjutor & sponsa verbi evasisset, qui vitæ semina & suscepisset, & concepisset: tunc qui ipse prius infans exstiterat, Ecclesia parensque efficitur parturiens & ipse eos, qui ejus opera Domino credidissent, donec in illis quoque formatus Christus pareretur. *Gal.* 4. *v.* 19. Hinc igitur apparet ad Christum & Ecclesiam referri, quæ de Eva atque Adamo scripturæ verbis narratio habetur: Hoc enim vere magnum illud Sacramentum est, & mundi usu superius, quod ego ob imbecillitatem pro ejus dignitate enarrare non valeo. *Gratiæ œconomia in S. Paulo.*

10. „Paulus igitur ad sanctimoniam & castitatem cunctos provocans, quæ ad primum hominem & Evam spectant, secunda consideratione sensuque in Christum direxit & Ecclesiam: impudici enim etiam scripturis vim inferre conantur, ac tanquam vallum defendendæ incontinentiæ illas obtendunt, tum quod ita habetur: *Et dixit Deus: crescite & multiplicamini. Gen.* 2. *v.* 18. tum illud aliud: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c. v.* 24. Verum S. Paulus satis acriter dolosa hæc & maligna ipsorum consilia, quæsitosque prætextus excutiens, cum eo processisset, ut præscriberet, qua ratione viros *Pauli doctrina de castimonia.*

„uxo-

„uxoribus uti condeceat, ac pronuntiasset „nimirum, ut & Christus ipse se gessit, q „*ipsum* pro Ecclesia *tradidit, ut eam sancti*„*ret & mundaret lavacro aquæ in verbo. Ep* „*v.* 26. recurrit ad Genesin eorum, quæ „de primo homine dicuntur, mentionem „ducens, exque subjecti argumenti sente „hæc eadem exponens, ne quam sacris „verbis abutendi occasionem iis præbeat, „liberorum procreandorum prætextu hisce „nereis immorari docent.

De eodem argumento. 11. „Considerate enim ô Virgines, ut „nino etiam atque etiam Paulus fideles ad „stitatem inducere satagens, per multa a „menta illis insinuare conetur ejus præst„tiam, ut cum modo ait: *bonum est hom* „*mulierem non tangere.* 1. *Cor.* 7. *v.* 1. Dei „infirmitatis humanæ conscius, suis po „uti uxoribus permisit, quam ut indecore „fornicarios congressus effundantur. Deni „sic facta illa indulgentia mox illud adje „*ne tentet vos Satanas propter incontinentiam* „*stram. v.* 5. ubi addit: *Hoc autem dico se*„*dum indulgentiam, non secundum imperi* „nam imperium ibi potius usurpat, ubi ca „tatem suadet, & tangi mulierem vetat, „dulgentiam vero illis adhibet, qui conc „scentiam cohibere non possunt. Ac de „quidem tam viris quam fœminis, qui sin „lari conjugio vel jam devincti sunt, vel d „de conjungentur, ista constituit.

12. „

12. „De iis vero viris, qui jam uxores amiſerunt, aut mulieribus, qui amiſerunt viros, deinceps diligenter examinanda eſt Apoſtoli ſententia, quid de illis inſinuet. *Dico autem innuptis*, inquit, *& viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego. Quodſi ſe non continent, nubant: melius eſt enim nubere, quam uri.* 1. *Cor.* 7. *v.* 8. Hic quoque conſtanter priores partes continentiæ aſſignat; ſeipſum enim exemplum maximum adhibens ad ejus æmulationem auditores provocavit, præſtare docens, eum qui unius uxoris conjux extiterit, apud ſe deinceps manere, ſicuti & ipſe faciebat; quodſi idipſum nonnulli difficilius fuerit, ad ſecundas nuptias tranſire ſecundum indulgentiam conſentit, non quod ſecundas nuptias bonum quid ac honeſtum decernat, ſed præſtare id judicans, quam ut quis libidinum æſtu ardeat. Velut etiam ſiquis in die Paſchæ ac jejunii graviter ægrotanti cibum offerat, jubeatque guſtare, quæ apponuntur, dicens, bonum quidem erat ac vere decebat, te quoque uti & nos eadem myſteria percipere, nec cibi ullius meminiſſe; quia tamen morbo correptus es, nec ferre inediam potes, idcirco ſecundum indulgentiam conſulimus, ut cibis veſcaris, ne forte non valens ob ægritudinem adverſus cupiditatem cibi reſiſtere, moriaris. Sic quoque Apoſtolus hic ſe gerit. *Paulus nuptis & viduis exemplum.*

13. „De continentia & nuptiis, deque caſtitate & re maritali hactenus a me dictum ſit, ac in utris horum inveniatur utilitas ad *Pauli doctrina de virginitate.*

„justitiæ profectum: jam superest, ut de vir-
„ginitate loquamur; num & de illa aliquid
„sancitum sit. Ait itaque Paulus: *De virgi-*
„*nitate autem præceptum Domini non habeo, con-*
„*silium autem do &c.* 1. *Cor.* 7. *v.* 25. *sqq.* valde
„caute introducto de virginitate sermone, da-
„turusque consilium, ut cui quisque maluerit,
„virginem suam nuptui tradat; quo scilicet
„eorum, quæ ad sanctimoniam ducunt, nihil
„per necessitatem vimque fiat, sed liberæ vo-
„luntatis proposito, non vult hæc abs se dicta
„ex Domini sententia, ut nimirum virgo nup-
„tui tradatur. Nimirum cum dixisset: *Et si*
„*nupserit virgo, non peccavit:* propemodum rur-
„sus quod dixerat veritus, assensum pene du-
„bio turbavit, datum a se consilium indicans
„secundum humanam indulgentiam, non se-
„cundum divinam, ideo statim addidit: *Tri-*
„*bulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.*
„*Ego autem vobis parco;* quasi dicat: Ego vo-
„bis parcens in his assensum dedi, quod sic
„sentire in animum ipsi induxeritis, nec per
„vim ad hoc impellere videar aut necessitatem
„imponere, si tamen ita placet, ut ad nuptias
„potius animum vertatis, vel hoc modo e re
„vestra judico, ut carnis libidines moderemi-
„ni, non abutentes nuptialis licentiæ præ-
„textu in immunditiam vestris ipsorum vasis.
„Subinfert ergo: *hoc itaque dico fratres, tem-*
„*pus breve est, reliquum est, ut & qui habent*
„*uxores; tamquam non habentes sint:* Et deinde
„quasi concludendo exclamat: *volo vos sine sol-*
„*licitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est,*
„*quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino &c.*

„Omni-

Omnibus autem ſine ulla dubitatione manifeſtum eſt, ſollicitum eſſe quæ Domini ſunt, & placere Deo multo melius eſſe, quam ſollicitum eſſe, quæ ſunt mundi, & placere uxori. Quis enim ſic fatuus, ut ſtatim non ſentiat, Pauli adhortationem vehementer ad caſtimoniæ ſuaſionem incumbere? *Porro hoc*, inquit, *ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis injiciam; ſed ad id, quod honeſtum eſt.*

14. „Adverte autem, ut & Dei donum virginitatis inſtitutum Paulus ſtatuat ac admoneat. Idcirco qui inſtigante inani gloria, cum libidinibus deditiores ſint, illud arripiunt, rejicit, nuptias conſulens, ne turpitudinis aliquid admittant. Quid vero tradat examinandum. *Quod ſi quis turpe ſibi ducit in virgine ſua, ſi prætereat nubendi tempus, & ſic oportet fieri, quod vult, faciat, non peccat: jungantur matrimonio.* Appoſite hic nuptias præferens turpitudini, in illis, qui arrepto virginitatis propoſito ægre deinde ferunt, & ſermone quidem præ humano pudore propoſitum ſe tenere gloriantur, re autem ipſa nec longiſſime ſalutare eunuchismum poſſunt. Qui tamen libero ſuique juris propoſito eam ſibi legem indixerit, ut carnem ſuam ſervet virginem, huic Paulus certanti & perſeveranti primas tribuit: qui enim poteſt, inquit, carnem ſuam *ſervare virginem, melius facit*, qui autem non poteſt, legitime autem nuptias init, nec ſe furtivis cubilibus inquinat, bene & ipſe facit. Verum de his hactenus ſatis.

Virginitas Dei donum non cuivis datum.

ORATIO QUARTA.
THEOPATRA.

Virtutis laus prædicanda. 1. In quarta hac oratione Theopatra prol nullum esse medium conducibilius, minem in cœlum & immortalem beato statum introducendi, quam virginitatem, „inprimis observat, „non esse extra cul „eum, quisquis tandem gratia præditus „quæ præclara sunt eucharisticis sermoni „non exornaverit, & quæ mala vitioque l „rentia, non difflaverit.

Virginitas donum divinum contra vitia. 2. „Hoc supposito ad scopum suum Th „patra ita pergit. Ego sane plane compe „se mihi videor, nihil ita efficax extitisse „stituendis in paradisum hominibus, & m „talitati in incorruptionem reparandæ, rec „ciliandisque cum Deo mortalibus ac ca „tatem. Cur ita sentiam, in præsentiar „exponere conabor, ut nimirum vi doni, „quo agimus, clare audita, omnium nobis „norum causam extitisse illud intelligatis. l „dem itaque postquam e paradiso ejectus tra „gressionis suæ reatu homo terræ incol „damnatus est, corruptionis late fluxus e „fus est, & non solum foris quidquid inci „ret transversum agebat, sed & jam intus „rumpens animas obruebat: hæ enim su „ac mutæ peneque attonitæ ac nullo sensu „rebantur neglecta suarum navium regen „rum cura, quod nihil firmum occurreret, „adhærerent, ac applicarentur. Sensus e „animæ postquam irruentibus foris libidini

„V

victi inundantis intus dementiæ fluctus impetum exceperint, statim a recto deflectunt cursu, tenebrisque obsiti omnem ejus tranquillum ex naturæ rationibus incessus obturbant ac impediunt sinum. Quare Deus nostri misertus optimum e cœlis eximieque clarum demisit, castitatem, auxilium, ut ex illa religatis instar navium nostris corporibus tranquillo frueremur, a corruptione immunes in portum subducti, uti etiam Spiritus S. testatur in Psalmo centesimo trigesimo sexto, ibi animæ lætantes gratulatorium hymnum concinunt, quæcunque hinc assumptæ cum Christo jam in cœlo deambulant, quod a terrenis corporeisque vorticibus minime abreptæ sint. Hinc enim etiam Pharaonem Egypti tyrannum figuram diaboli fuisse junt, quando mares quidem immiti sævitia jubebat in profluente abjici, fœminas vero servari: sic enim diabolus mares quidem ac spirituales animæ fætus a fluxis affectibus necari serio procurabat, carnalia vero augeri ac multiplicari gliscit.

Psalmi 136. de virginitate explicatio.

3. „Verum age ipsum prædictum Psalmum exponamus, quem puræ animæ concinunt dicentes: *Super flumina Babylonis illic sedimus & flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra.* Ps. 136. Palam vocantes organa, sua ipsorum corpora, quæ e rudentibus suspenderunt, alligantes castimoniæ ligno, ne rursus abrepta incontinentiæ fluxu trahi in adversum possent. Babylon enim, quam perturbatio-

„nem interpreteris, vitam hanc denotat a
„circumfluam, in cujus medio sedentes
„cumluimur malitiæ fluminibus continuo
„gruentibus: propterea etiam pavidi summ
„ingemiſcimus, atque ad Deum cum lacł
„mis clamamus, ne organa noſtra volupt
„fluctibus ab arbore caſtitatis avulſa lapſu (
„ruant. Ubique enim ſacræ litteræ virgin
„tis typo ſalicem aſſumunt, quod nimii
„flos ejus in aquam intritus ſi bibatur, q
„quid titillationes intus ciet, extinguat, &
„generandum inutiles omnes in venerem i
„tus præſtet. Unde in Eſaia *Juſti quaſi*
„*ces germinare* dicuntur *juxta præterflu*
„*aquas. Iſ.* 44. *v.* 4. ut enim ſalix nonniſi a
„affluentibus viret ac creſcit, ſic beatæ vi
„nitatis ea indoles eſt, ut ſacris eam impin
„ri ſermonibus atque doctrinis ad floren
„& vigendum neceſſe ſit, nec aliter in eam
„mitatem proficiat, ex qua ſuum quisque
„ganum ſuſpendere poſſit.

4. „Utiliſſimam igitur & inprimis efficac
„ad conſequendam incorruptionem don
„Deus virtutem virginitatis, fidam eam ſoci
„mittens, his, qui cupide ad id decus a
„rant, quales Pſalmiſta ſubindicat nomine S
„nis, quæ vox perilluſtrem charitatem, & qu
„de illa mandatum eſt, denotat; etenim vo
„bulum *Sion* ſi interpreteris, *mandatum j*
„*culæ* ſonat. Sed quid eſt, cur abs ſe poſtu
„tum ab iis, qui captivas duxerunt, anii
„fateantur, ut canticum Domini canerent
„terra aliena? nempe hoc dicendo plane (

„ce

„cent, Evangelium sacrum esse ac arcanum „canticum, quod qui peccant & fornicantur, dia„bolo canunt. Insultant enim & tacenda man„data produnt, voluntatem implentes spiri„tuum nequitiæ sanctaque projiciunt canibus, „& margaritas ante porcos mittunt.

5. „Videntur autem etiam, qui insanis „Evangelium accinant, modulari canticum „Domini in terra aliena, cujus Christus non est „cultor: quæ vero animæ purissimum, lætum, „impermixtum, pium, speciosum virginitatis „decus induerunt, ejusque luce splendescunt, „sterilesque & infæcundæ fluxarum libidinum „passionumque inventæ sunt, canticum haud „modulantur in terra aliena, quod nimirum „non eo spes ferunt, nec mortalium corporum „libidinibus intabescunt, nec humilius man„datorum sensum æstimant, sed bene ac for„titer generoso proposito sursum promissiones „contuentur, cœlum intuentes, ut sibi aptum „ac connaturalem locum; unde pluris Deus „earum nobiles sensus ac cogitata faciens jure„jurando pollicetur, eximios se illis honores „cessurum in lætitiæ capite priore illis consti„tuta sede' locoque: sic enim ait: *Si oblitus* „*fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.* „*Adhærat lingua mea faucibus meis, si non memi*„*nero tui; si non proposuero Jerusalem in princi*„*pio lætitiæ meæ. Ps.* 136. *v.* 5. *seqq.* Nomine „Jerusalem incontaminatas istas designans ani„mas, quæ austero virginitatis mero impollu„tis hausto labiis uni viro aptantur virginem „castam in cœlo exhibere Christo, incoinqui- *Virginum dot & ornamenta.*

„natorum certaminum præmio coronatæ. Hæc „porro promissa post resurrectionem implenda „cuivis patet (*scilicet quoad beatitudinem cor*„*poris*).

Virginitas ubique laudanda.

6. „Denique *non oblivisci sponsam ornatus* „*sui*, *& virginem fasciæ pectoralis suæ*, quod „apud Jeremiam *cap.* 2. *v.* 32. dicitur, significat, non remittere nec relaxare vinculum ca„stitatis ullis seductum illecebris aut avocatio„nibus. Pectoris enim mentione mens nostra „& cogitatio merito designari creditur: fascia „vero pectoralis, zona scilicet constringens ani„mi in castimoniam propositum, est charitas in „Deum, quam mihi & vobis Imperator noster „& pastor Jesus, idemque præses & sponsus „præstet ut infractam, velutque inviolabili „sigillo munitum depositum in finem usque „servemus; hoc enim pignore nullum facile „hominibus melius auxilium quispiam usurpa„verit Deo placens ac charum. Quamobrem „ajo ego honori omnibus habendam virginita„tem esse, omnique loco ac tempore tum co„lendam tum laudandam. Hæc tibi & a no„bis primitiæ sermonum o Arete sufficiant.

ORATIO QUINTA.

THALLUSA.

Magnum votum castitatis.

1. In hac oratione Thallusa probat, nihil Deo gratius offerri posse ac dignius virginitate, nonnullasque admonitiones adjungit, quibus mediis virgines virginitatem suam illibatam custodire possint. Ait ergo: „Sacris in„sti-

„stituta libris ac litteris plane mihi persuasi, „maximum ac spectabilissimum, quod divinis „appendi tholis possit, munus esse virginitatis. „Enimvero cum multa in lege memorentur „multorum cum laude vota, soli magno se vo-„to obstrinxisse dicebantur, qui seipsos libera „voluntate offerre in animum induxissent: sic „enim se locus habet: *Vir sive mulier quicunque „magne voverit tum castificandi castimoniam Do-„mino. Num.* 6. *v.* 1. Vovet aliquis aurea ar-„genteaque vasa &c. nec tamen adhuc ullus „bonum consequi potest, ut magnum votum „vovisse dicatur, sed ille duntaxat, qui se in „solidum Deo obtulit.

2. „Quare necesse est, ut qui perfectus esse „velit, cuncta Deo consecret, tum quæ animi „sunt, tum quæ carnis: Idcirco enim Deus „Abraham præcipit dicens: *Summe tibi vac-„cam triennem & capram trimam, & arietem an-„norum trium, turturem quoque & columbam. „Gen.* 15, *v.* 9. Id est: offer mihi & serva, „quæ sub jugum missa non sit primum vaccæ „symbolo animam tuam, tum carnem, postre-„mo mentem, quorum hæc quidem capram „referat, quæ celsa perambulat, illa arietem, „ne quando resiliat, & a veri tramite excidat, „sic perfectus eris, & a culpa immunis, tuis cum „anima, tum sensu & mente mihi pariter con-„secratis, quæ symbolice vaccam, & capram, „& arietem triennem vocavit, tamquam quæ „sanctæ Trinitatis cognitionem rectam præ se „ferrent: nisi forte hic potius vitæ nostræ „ætatisque via occulte innuitur, Deo hoc *Omnia nostra Deo conse-cranda.*

„agente, ut quam maxime licuerit pueril
„virilemque ac senilem ætatem caste tra
„ctas illi offeramus, quemadmodum & D.
„Jesus Christus in Evangelio præcipit, *Luc.*
„*v.* 35. ubi tres noctis designando vigilias,
„spertinam, & secundam, & tertiam, tres
„suos adventus triplicem ætatum nostrar
„vicem innuerit. Vespertina enim cust
„ætatis flos est & juventus, cum mens turl
„incipit vitæ alternationibus pubescente
„carne, ac in libidinem gestiente. Secu
„vero in virum jam perfectum provecta, qua
„mens quietem ac firmitatem adversus per
„bantes motus inanemque jactantiam inc
„assumere. Tertia denique cum magna
„desideriorum ac cogitationum evanescit, n
„cescente jam carne atque in senium
„gente.

A puero virtutem colere optimum.

3. „Quamobrem convenit accensa in
„de, quæ semper ardeat, fidei lampade,
„lumbis balteo castitatis succinctis nos vig
„re, ac Dominum semper expectare, ut
„in prima ætate nostrum aliquos velit assur
„re, sive in secunda, sive in tertia venie
„paratissimosque inveniens, & quæ manda
„exequentes in sinu Abrahæ, Isaac, & Jac
„reclinet. Bonum sane est a prima ætate
„a puero supposita divinæ disciplinæ cerv
„ad senectam usque non excutere sessorem
„ris mentibus insidentem, cum diabolus in
„terius, vitiumque animum trahere numqu
„desinat: quotus enim quisque est, qui n
„per oculos, qui non per aures gustumque

„nar

„nares & tactum voluptates admittat? nostra „vero hæc sententia, hocque dicimus perfecte „Deo offerri ac consecrari, qui & carnem a „puero intaminatam virginitatis cultu servare „contendit.

Consecratio Deo perfecta quænam.

4. „Nunc explicandum, quomodo nostra „Deo consecratio devotioque consistat. Quod „itaque in libro Numerorum sancitur, magne „votum vovere, hoc ostendit, quod ego paulo „amplius explanans magnum votum inter „omnia vota castimoniam esse statuo ac probo, „tunc enim tota Domino consecrata sum, cum „non solum carnem a concubitu, verum etiam „a reliquis vitiorum sordibus omnique turpi„tudine illibatam servare contendo, nam *innu„pta cogitat, quæ Domini sunt, quomodo placeat „Domino.* 1. *Cor.* 7. *v.* 34. Ut utroque *corpore* „scilicet *& Spiritu sancta sit* consecratis mem„bris Domino. Quid enim sit se Deo perfecte „consecrare, id vero dicendum. Scilicet si os „meum aperiam enarrandis scripturis, clau„dam vero ne inania loquatur, os meum ca„stum est ac Deo consecratum: si & oculos „assuefecero, ne corporum formam concu„piscant, nec turpibus spectaculis delectari per„misero, sed cœlestia contueri jussero; casti „erunt oculi & Deo sacri. Si rursus adversus „obtrectationes atque murmura aures sepive„ro, Deique verbo aperuero sapientum fre„quens terens limina, consecravi & aures Do„mino. Si manus a turpi & sordida nundina„tione, cauponariaque ac institoria arte, ab „avaritia, a percussione avertero, castæ sunt

„&

„& manus, ac Deo dicatæ. Si facultatem gra-„diendi cohibuero, ne perversas incedat vias, „pedes etiam consecravi, non ad fora, non „ad convivales cætus aut choreas vadens, ubi „perditi judicii homines versantur, verum „eos adhibens, ut virtutis aliquid impleam, „Dei quidpiam mandatorum præstans. Quid „jam restat, si & corde casta sim, omnes „illius cogitationes Domino consecrans, ni-„hil malum mente versem, nihil ex sæculi „usu animo reputem, si penes me non super-„bia, non iracundia vim ullam obtineat, si le-„gem Domini interdiu ac noctu mediter? hoc „demum est magnam castificare castimoniam „eum, qui magnum votum nuncupaverit.

[...]edia [...]rvandæ [...]rginita-[...]. 5. „Hinc jam consequenter exponere per-„gam a quibus virginem abstinere deceat, & „quæ a se arcere: Sic autem habet Lex *Num.* „6. 1-4. *a sicera & vino temperabit, & acetum ex* „*vino, & acetum ex sicera, & quæcunque ex uva* „*fiunt, non bibet, & uvam recentem, & uvam* „*passam non commedet omnibus diebus voti sui.* „Hoc est, qui se Domino vovit, illique conse-„cravit, non carpit ex illis, quæ ex arbore „nequitiæ nascuntur, quod ea semper ebrieta-„tem, & a sana mente alienationem soleant „inducere. Duo enim vitium genera, quan-„tum ex scripturis intelligimus diversa area „nascuntur, ac dissimiles sunt: Harum una „immortalitatis auctor & justitiæ; altera furo-„ris ac dementiæ causa existit. Nempe vitis „quidem illa prior sobria, ac lætificans cor e „præceptis suis velut ex palmitibus lætas „osten-

„ostentans pendentes charismatum uvas ſtil„lantes charitatem Dominus noſter Jeſus eſt, „eſt, qui palam ait Apoſtolis: *Ego ſum vitis „vera, vos palmites.* Joan. 15. v. 1. Agreſtis ve„ro alia & mortifera vitis diabolus eſt, rabiem „& venenum & iram diſtillans, uti & Moyſes „narrat: *Ex vite Sodomorum vitis eorum, & pal„mes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fel„lis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum „vinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis. „Deut.* 32. *v.* 32. Ex hac vite collecta vinde„mia Sodomorum cives in ſterilem maſculo„rum concupiſcentiam oeſtro furioſæ libidinis „contra naturam verſi ſunt. Item, qui Noe „temporibus crapulæ indulgebant in infidelita„tem prolapſi ſunt, & ſubmerſi diluvio perie„runt: inde hauſto Cain poculo parricidales „manus fraterno ſanguine cruentavit, & ter„ram cognato cruore polluit. Inde ebriæ gen„tes barbaræ mentis furores ſuos in pugnas & „mutuas cædes exacuunt, non ſic enim a vi„no movetur homo a ſede rationis, quemad„modum ab invidia ac ira. Ex hac vite nefas „eſt virginem guſtare, quo ſobria ac vigil ab „hujus ſæculi anxietate ſplendentem juſtitiæ „luce lucernam verbo accendat.

6. „Nec vero ſolum ex illis guſtare inter„dictum virgini, quæ ex hoc vite fluunt, ſed „& ex illis quoque, quæ eam imitantur, ei„que affinia ſunt: Sicera enim vinum omne „factitium dicimus, non ex uvis natura ge„nitum, ſed arte paratum, ſive ex palmis, „ſive ex aliis pomis, aut fructibus expreſſum „ſit: *Virginibus prohibita.*

„sit: quemadmodum enim vini pocula, sic & „hæ potiones rationem vehementer offuscant, „& quidquid post vinum ebrietatem affert & „mente dejicit, siceræ vocabulo a sapientibus „designatur. Ne igitur virgo ab iis solum ca„vens, quæ sua ipsa ratione ac generatim pec„cata nequitiæ sunt, iis polluatur, quæ ho„rum æmula, parisque fere malitiæ sunt, alio„rum victrix, & quæ ab aliis vincatur; hoc „est, ne vestium versicolorum speciosis emol„lita texturis, vel gemmis & auro, & quæ „istis sumtum suggerit, avaritia, similibus„que corporis indumentis capta irretitaque „teneatur, quæ ipsa animam inebriant, pro„pterea hæc præcipit, ne scicilicet excussa in „muliebres effundatur levitates, inque risus „& fallacias & scurrilitates, quæ quasi verti„gine circumagunt turbantque animum: nam „& esse Dei altare incruentum traditione ac„cepimus caste viventium cætum: sic magna „quædam res ac præclara virginitas videtur: „quare immaculatam illam & perfecte puram „omni cura servari oportet, nullum commer„cium habentem cum immunditiis carnis, sed „intus ante faciem testimonii sapientia deau„ratam in Sanctis Sanctorum statuere suffitum „odoris suavissimi charitatis exhalantem Do„mino. *Exod.* 30. *v.* 1. *seqq.*

Ecclesia media inter legales umbras & cœli veritates.

7. „Cum igitur lex spiritualis sit *imaginem* „*continens futurorum bonorum. Heb.* 10. *v.* 1. Ta„bernaculum quod vario cultu affabre ornare „Hebræi jussi sunt, Ecclesiæ quædam expressio „fuit, ut rebus efformatum sensibilbus habe„rent

„rent simulacrum, quo divina olim eventura „mysteria prænuntiarent. Nam quod osten„sum in monte exemplar est, ad quod intuens „Moyses tabernaculum fabricatus est, exacta „quædam idea erat domicilii cœlestis, cui nos „quoque limpidius servimus, quam si adhuc in „figuris versaremur, obscurius tamen, quam si „ipsa veritatis luce potiremur: necdum enim „ipsa pura & sincera veritas ad homines venit, „qui ne ferre quidem valeamus, quamdiu vi„ta hac mortali agimus, ut puram incorru„ptionem intueamur: veritas namque ipsa ex„acte post resurrectionem manifestabitur, quan„do jam facie ad faciem sanctum Tabernacu„lum cœlestem nimirum civitatem, non autem „amplius in ænigmate & ex parte contuebi„mur.

8. „Cum itaque hæc ita se habeant & Ta„bernaculum Ecclesiæ typo assumatur, viden„dum restat, ad quam proprie Ecclesiæ par„tem spectarent duo altaria *Exod.* 30. *v.* 1. *seqq.* „memorata. Ego sane quidem prius ære te„ctum senatui viduarum simile dixerim. Dei „enim spirans ara sunt, ad quam passim offe„runtur vituli, & decimæ, & voluntariæ ob„latæ, quæ in Domini sacrificium cedunt. In„auratum autem Altare intus in Sanctis San„ctorum repositum ante faciem testimonii, in „quo prohibitum est offerri sacrificium & liba„men, ad eas, quæ in statu virginum sunt, „videtur referendum, incorrupto auro, impu„tribilibus ab omni viri congressu illorum pro„tectis corporibus. Aurum enim duabus pas„sim

Duplex altare viduæ & virgines.

„sim commendatur dotibus, tum quod rubi„ginem non admittit, tum quod fulgore in„nato radiorum solis speciem prope referre vi„detur. Aptum in utroque virginitatis symbo„lum nullas admittentis sordes ac maculas, sed „& verbi semper luce resplendentis, intusque „propterea in Sanctis Sanctorum stat, & ante „velum intemeratis manibus incensi instar ac„ceptas Domino preces in odorem suavitatis „submittit, sicut & Joannes significavit, incen„sum, quod in phialis viginti quatuor senio„rum erat, Sanctorum orationes esse dicens. „*Apoc.* 5. *v.* 8. Hæc tibi de castitate prout in „promtu licuit, & ego pro viribus o Arete „confero.

ORATIO SEXTA.
AGATHA.

Anima ad Dei imaginem condita procus diabolus.

1. Agatha in sexta oratione ostendit, virginitatem conjungendam esse cum virtutibus & bonis operibus, & parabolam decem virginum exponit. Ita ergo orditur: „Incom„parabili o virgines cognataque sapientiæ in„signitæ forma in mundum venimus omnes, „exacte enim ejus, qui genuit lineamenta ani„mæ referunt, tum maxime cum similitudinis „intaminato effulgentes decore ita permanent. „Ingenita enim & incorporea pulchritudo ac „quæ nec cœperit, nec ulla unquam labe in„tereat, sed immutabilis sit seniique expers, „ac nullo laborans defectu potestatis affluen„tia omnia continens creansque ad imaginis „suæ imaginem animam fabricatus est; quam „ob-

„obrem etiam ratione prædita eſt & immorta„lis: ad imaginem quippe Unigeniti condita „incomparabili pollet decore. Quare ſpiri„tualia nequitiæ eam perdite amant, nectunt„que inſidias, efflictim connitentes, ut ejus „deiformem ſpeciem deturpent ac polluant, uti „& propheta Hieremias indicat exprobrans „Hieruſalem: *Frons meretricis facta eſt tibi, no„luiſti erubeſcere in conſpectu amatorum tuorum.* „*Jer.* 3. *v.* 3. De ea loquens, quæ ſe proſtituit „adverſariis poteſtatibus in contaminationem.

2. „Si ergo inviolatam cuſtodiat quis pul„chritudinem, talem qualem ipſe, qui condidit, „efformavit, hinc tanslatus in beatorum civi„tatem velut in templo collocabitur. Incon„taminata porro noſtra pulchritudo tunc opti„me ſervatur, cum a virginitate protecta ex„teriori corruptionis æſtu infuſcata non fuerit, „ſed ipſa in ſe permanens ornatu juſtitiæ com„ta in ſponſam Filio Dei acceſſerit, quemad„modum ipſe inſinuat, admonens oportere, in „noſtris corporibus velut in lampadibus lumen „caſtitatis accendi: ſiquidem decem virginum „numerus animas refert credentes in Chriſtum „Jeſum. Verum earum quinque prudentes „utique & ſapientes erant, quinque autem ſa„tuæ & inſipientes, non enim diligentiam ha„buerunt, ut vaſa ſua, oleo plena inſtruerent „juſtitiæ vacuæ remanentes: per has enim il„las deſignat, quæ ad virginitatis fines evade„re contendunt, cunctaque honeſte præſtant „eo conducentia, ut amorem hunc expleant, „quæque hoc ſe ſpectare profiteantur, atque „ut *Parabola decem Virginum.*

„ut hinc glorientur, negligentius tamen agant,
„& mundi viciffitudinibus vincantur.

Virginitatis par conatus dispar exitus.

3. „Quod enim dicitur, *simile factum esse* „*regnum cœlorum decem Virginibus, quæ accipien-* „*tes lampades suas exierunt obviam sponso, Matth.* „25. hoc sibi vult, eamdem professionis ac in„stituti viam omnes elegisse, quod ipsa de„signat elementi I. vis ac denarii nota, nec ta„men pariter etiam omnes in occursum sponsi „exierunt, nam earum quidem aliæ quod & „in futurum sufficeret lampadibus oleo flam„mam alentibus nutrimentum copiose parave„rant, aliæ vero præsenti duntaxat contentæ „cura segniores extiterant: quare etiam pari „quinario divisæ sunt, quæ decem erant, quod „videlicet quinque sensus puros atque virgines „a peccatis hæ quidem servaverunt; illæ vero „contra hos malitia subigentes magno numero „injustorum operum corruperunt, nam sensuum „ea vis est, ut sive recte agimus, sive peccamus „per eos, tum bona opera tum mala robur nan„ciscantur, unde quæ inviolabilem quinque vir„tutis meatuum fidem servavit, visus, gustus, odo„ratus, tactusque ac auditus, una licet, quin„que virgines nuncupatur, quod nempe quin„que sensus cogitationes castas exhibendo Chri„sto ex earum singulis velut lampas sanctitatis „radiis clare effulgeat. Quinque enim lucerna„rum lampas vere caro est, quam velut facem „gestans anima Christo sponso adstabit in die „resurrectionis fulgurantem ex cunctis sensibus „splendidam fidem magnifice ostendens, oleo „autem symbolo sapientiam & justitiam designa-

„ri

„ri intelligendum est, has enim veluti imbres „dum anima large suppeditat ac corpori affun„dit alte sublata flamma inextinguibile assur„git virtutis lumen, quo luceant coram homi„nibus opera bona, ut glorificetur Pater, qui „in cœlis est.

4. „Tale videlicet oleum & illi offerebant „in Levitico, *oleum defæcatum, mundum, ex„pressum ad lumen, ut ardeat lucerna extra velum „ante Dominum. Lev.* 24. *v.* 2. Sed illis qui„dem mandatum erat, ut brevissimum lumen „a vespera usque mane curarent. Quare illo„rum lucerna propheticum sermonem similitu„dine quadam videtur referre profitendæ ca„stitatis fiduciam ostentantem, ex populi actio„nibus & fide alimentum habentem. Tem„plum vero, in quo lucerna ardebat, rite ad „domum Israel refertur. Ante diem igitur „hanc accendi oportebat, hoc est, usque ad „adventum Christi: virginitatis enim & justi„tiæ exorto sole nihil jam lucernæ opus sit. „Quanto igitur tempore populus ille lucernæ „alendæ oleum per bona opera suppeditavit, „lucerna castitatis eis inextincta mansit, oleo „autem deficiente illis a fide ad petulantiam „versis lucerna penitus extincta lucere eis de„siit. Subministrandum igitur nunc quoque „affluenter defæcatum bonorum operum & „prudentiæ oleum, ab omni deorsum gravan„te corruptione depurgatum, ne moram fa„ciente sponso nostræ etiam pariter lampades „extinguantur. Mora videlicet sponsi tempus „est, quod hinc ad Christi ultimum adventum

Quid oleum in lampadibus.

„intercedit. Dormitatio vero & somnus Vir-„ginum excessus e vita: nox autem media „regnum Antichristi, quando exterminator „angelus transibit per domos: Clamor vero: „*Ecce sponsus venit, exite obviam ei:* vox est de „cœlis & tuba, quando sancti cunctis eorum „resuscitatis corporibus in nubibus rapti pro-„cedent in occursum Domini, lampades fe-„rentes ornatas non alieno & mundano orna-„tu, sed quæ prudentiæ & castitatis astrorum „ritu late jubar vibrent æthereo splendore „plenissimum.

Virginitatis præmium.

5. „Hæc nostrorum o pulchræ virgines or-„gia mysteriorum: hæ earum, quæ virginita-„tis ritu initiantur, cæremoniæ sacrorum, ista „præmia immaculatorum castitatis certami-„num verbo desponsa æternam incorruptionis „dotem coronam ac divitias a Patre accipio, & „in sæcula triumpho splendidis, & immarces-„cibilibus sapientiæ floribus coronata: cum „Christo præmia largiente in cœlo choros du-„co, circa principio carentem, & ab omni im-„munem interitu Regem. Numquam occi-„dentium nacta sum facem ferre luminum, „novumque cum sodalium cætu collaudo Ar-„changelorum canticum, novam Ecclesiæ gra-„tiam enuntians, sequi enim Dominum sem-„per multitudinem virginum, & ubicunque „fuerit, beatos suos ab illis frequentari cætus, „scriptura loquitur. Hoc & Joannes innuit, „*Apoc.* 8. *v.* 4. ubi centum quadraginta qua-„draginta quatuor millium meminit. Ite igitur „o novorum sæculorum nova ac florens virgi-„num

„num pubes : ita vasa vestra implete justitia:
„jam enim hora est exurgendi & in sponsi oc-
„cursum eundi. Ite, vitae blanditias & illece-
„bras expedito calle prætergressæ, quæ cir-
„cumtorquent, & quasi maleficiis contaminant
„animam, consequemini enim, quae vobis pro-
„missa sunt.

ORATIO SEPTIMA.

PROCILLA.

1. In hac oratione Procilla excellentiam vir- *Virgini*
ginitatis ex eo potissimum prædicat, quod *Christi*
suis cultoribus titulum sponsæ Christi tribuat, *sponsæ.*
& hoc ita probat. „Qui de Filio Dei jam tunc
„ante sæcula existente plenius Prophetæ Apo-
„stolique disputarunt, ac præ reliquis morta-
„libus ejus assertores atque præcones deitatis
„fuerunt, non utique angelos auctores earum,
„quas illi tribuebant, laudum allegarunt, sed
„illum ipsum, ex quo omnium auctoritas pen-
„det ac robur. Decebat enim, ut aliis omni-
„bus secundum Patrem major eo teste utere-
„tur, qui solus ipso (*secundum humanitatem*)
„major esset. Et ego eorum, quæ in laudem
„castitatis peroratura sum, non homines pro-
„ducam auctores, sed eum, cui curæ sumus,
„& qui cunctis eminet, hunc illius cultorem
„afferam, ipsiusque formæ amatorem, ac pla-
„ne idoneum testem, idque adeo in Cantico
„Canticorum omnibus perspicue intelligere li-
„cet, ubi Christus ipse in virginitatis firmiter
„proposito constantes laudibus coronans ait:
„*sicut lilium in medio spinarum, sic proxima mea*

„in medio filiarum. *Cant.* 2. *v.* 2. lilio compa-„rans propter puritatem, odorisque fragran-„tiam, & suavitatem ac hilaritatem virginita-„tis donum. Unde & se amare formam ju-„ventutis ejus fateri non erubescit, dum ita „in sequentibus ait: *Cor abstulisti nobis soror* „*mea sponsa &c. Cant.* 4. *v.* 9. *sqq.* Nullius enim „eorum, quæ carnis sunt, amore verbum affi-„citur, quod non ejus sit, ut iis delectetur, „quæ corruptibilia sunt, sed ad id, quod in-„corporeum ac spiritale est, respiciens, hoc „jucundatur, ita ut corporis formam non at-„tingat.

Loci Cantic. 4. explicatio. 2. „Cogitate enim o virgines, quod ita „sponsam alloquitur: *Abstulisti nobis cor uno* „*oculorum tuorum*, perspicacem vim mentis „intelligentiæ ostendit: postquam scilicet ho-„mo interior eam deterserit, planeque mun-„daverit, ut liquidius veritatem intueatur: „duplicem enim esse oculum, alterum animi, „atque alterum corporis, cuivis manifestum „est: haud enimvero eum, qui corporis est, „se amare Verbum profitetur, sed duntaxat „eum, qui est mentis, quasi diceret: Tu ni-„mirum amabilissimo prudentiæ tuæ obtutu „in amorem cor nostrum incitasti, ac quasi ad „te avolare fecisti, mundum ab intus castita-„tis evibrans splendidissimum. Duplex enim „in homine mundus cernitur, exterior carnis „cervici ad fraudem contuentibus faciendam „appositus; alter qui interior est ac immorta-„lis, quem Dominus accipit, *cor sibi ablatum*, „dicens, *in uno ornamento colli sponsæ*, quasi

*. „se

„se ad amorem accensum significans splendore „ab interioris hominis vestitu emicante, uti „& Psalmista testatur, dum *omnem gloriam* „*filiæ regis ab intus esse* ait. B. 44. v. 14.

3. „Nolim vero quispiam existimet, im„probari ac rejici aliam multitudinem creden„tium, putans, nos solas virgines introdu„ctum iri, potituras bonis promissis, non in„telligens, tribus quoque & cognationes ordi„nesque & classes futuras pro cujusque illo„rum fidei ratione: id quod & Paulus signifi„cat, dum ait: *alia claritas solis*, *alia claritas* „*lunæ . . . ita & resurrectio mortuorum*. 1. Cor. „15. v. 41. Et Dominus non eosdem omnibus „se honores daturum profitetur, sed alios cœ„lorum regno annumerat, aliis terræ posses„sionem pollicetur, alios promittit visuros Pa„trem: quare & hic primum ordinem & cho„rum consecraturum ipsi virginum in requiem „novorum sæculorum tamquam in thalamum „iri suo comitatu secum introducendum ex „oraculo promit: functæ enim martyrio sunt „non ad breve tempus sustinentes corporum „gravamina, sed quoad vita superstes fuit, „tolerantes laborum, olympiacum fere casti„moniæ agonem fortiter obire non dubitarunt, „sævisque voluptatum tormentis & pavoribus, „ac doloribus, aliisque hominum nequitiæ „malis resistentes primæ ante alios munera in „melioribus promissionis locis collocatæ re„portant. Denique has solum animas verbum „electam sponsam atque sinceram vocat, reli„quas autem concubinas, & adolescentulas,

Virgines ipsæ mar tyres inte Christi s dales pr mæ.

„atque filias sic dicens: *sexaginta sunt reginæ,* „*& octoginta concubinæ, & adolescentulæ, quarum* „*non est numerus, una est columba mea, perfecta* „*mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ, vi-* „*derunt eam filiæ, & beatam prædicabunt eam.* „*Cant.* 6. *v.* 7. Cum enim utique multæ sint „Ecclesiæ filiæ, una sola electa est, & cariffi- „ma in oculis ejus super reliquas: ordo scili- „cet virginum.

Prophetæ concubinis comparantur.

4. „Sin cui vero hic hæret scrupulus, & „velit distinctius exponi, quænam sint Regi- „næ, quæ vero concubinæ, ac quæ adole- „scentulæ, dicemus; Ecclesia sponsa est: re- „ginæ vero regiæ illæ animæ, quæ ante dilu- „vium Deo placuerunt, nempe Abel, Seth, „Enoch. Concubinæ, quæ post diluvium „animæ fuerunt, nempe Prophetarum, qui- „bus antequam Ecclesia Domino aptaretur, „concubinarum more congressus in incorrupta „Philosophia veros subseminavit sermones, ut „inde concepta fide spiritum salutis ei pare- „rent. Tales enim fœtus edunt ejusmodi ani- „mæ, monumenta sui æternum mansura re- „linquentes, quibuscum Christus congressus „fuerit.

Sexaginta reginæ primi ævi sancti.

5. „Quærendum porro præterea videtur, „quid causæ sit, cur reginæ quidem sexaginta „numerentur, concubinæ vero octoginta, „adolescentulæ autem tam multæ inducan- „tur, ut earum numerus propter multitudi- „nem iniri nequeat, sponsa denique ponatur „una. Sexaginta opinor reginas hinc vocavit

„eos,

„eos, qui ab Adamo usque ad Noe continua „successione temporum Deo placuerunt, quo„niam aliis hi præceptis ac legibus ad salutem „consequendam opus non habuerunt, etiamne „recente apud eos memoria creationis mundi „sex diebus conditi. Recordabantur inquam, „sex dierum spatio rerum hanc universitatem „a Deo fuisse fabricatam, eorumque quæ in „paradiso contigerant, infixam sensibus histo„riam habebant, qua nempe ratione homo „accepto mandato non tangendæ arboris „scientiæ impegisset, fraude inductus auctoris „malitiæ. Hinc eas animas, quæ statim a „mundo condito Deum sibi amandum delege„runt, sexaginta reginas symbolice vocat, „quia a senum dierum creatione statim exsti„terunt, magno quippe honore præcellue„runt, familiari angelorum dignatæ collo„quio, ac quæ Deum palam, non per som„nium sæpe sint contuitæ, uti Abel, Seth, „Enos, Enoch, Mathusala, Noe.

Octoginta concubinæ Prophetæ.

6. „De Concubinis restat dicere. Apud „eos, qui post diluvium fuerunt; illa jam Dei „cognitio remotior facta pene exoleverat, „aliaque eis doctrina opus erat, quæ adver„sus enascentem, ac jam serpere incipientem „idololatriam mortalibus auxilio foret. Deus „itaque ne bonorum oblivione humanum ge„nus prorsus everteretur, Filio suo manda„vit, suum per carnem futurum in mundum „interiore auditu prophetis loqui adventum, „qui peccatorum foret remissio & resurrectio„nem esset præstiturus. Prophetarum autem,

 „qui

„qui ab Abrahamo fuerunt propter circumci„sionis octonarium numerum, octoginta con„cubinas appellavit, quod nempe primi, an„tequam Ecclesia Verbo desponsaretur, divi„nis conceptis seminibus spiritalis octonarii „circumcisionem prænuntiarunt.

Adolescentulæ justi veteres. Sponsa Ecclesiæ.

7. „Adolescentulas autem numero supe„riores eam multitudinem vocat, quæ infe„riori & præstantioribus ordine justitiam con„sectata juvenili quasi robore ac strenue ad„versus peccatum decertavit. Ex horum ta„men omni classe, neque reginæ, neque con„cubinæ aut adolescentulæ cum Ecclesia com„parari valent; hæc enim perfecta ac supra „omnes illas perfecta habita ex omnibus con„flata Apostolis, & in unum coagmentata, illa „sponsa est, vividæ ætatis flore ac virginitatis „decore cunctis longe præcellens: quocirca „etiam ab aliis beata prædicatur, ab aliis, „quod ipsa affatim viderit audieritque, quod „illæ vel ad breve momentum videre cupie„runt, & non viderunt. *Matth.* 13. *v.* 16. Ob „hanc igitur causam merito Prophetæ Eccle„siam beatam prædicant, eamque admiran„tur, quod quæ ipsis videre audireque non „obtigit, hæc ipsa Ecclesia percipere, eorum„que gaudere commercio meruit.

Christi natura humana una columba.

8. „Possit vero aliquis alio quoque modo „incontaminatam Domini carnem sponsam in„terpretari, cujus gratia relicto Patre huc de„scendit, eique adhæsit, ac homo factus in „eam invasit, quare etiam figurate columbam

„voci-

'ocitavit, quod hoc animal mansuetum sit, ub tecto degens, peneque nobis contubernale, tque humano convictu gaudens. Una enim rofecto labis expers ac impolluta inventa est, luocirco merito in consortium regni Unigeiti adscita est, illo sibi eam uniente, quam tiam ipse Deus verbum cœlis invectam a extris collocavit auratis vestibus decoram, in tudiis scilicet incorruptionis quæ symbolice ocavit *fimbrias aureas Ps.* 44. *v.* 10. quod nimirum indumentum hoc variis ex virtutibus, uta castitate, prudentia, fide, charitate, atientia bonisque reliquis variegatur, & uasi contexitur, quæ plane operientia carnis turpitudinem aureo hominem ornatu conestiunt.

9. „Restat, ut quid in consequentibus Psalmi tradat Spiritus sanctus consideremus; *Adducentur*, inquit, *reginæ post eam: proximæ ejus afferentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.* Valde manifeste videtur hic Divinus Spiritus virginitatem laudare, ac polliceri virgines secundo post Domini sponsam loco ad omnipotentem accessuras in lætitia & exultatione, ambitioso cultu comitantibus angelis ac deducentibus. Adeo enim amabile & supra modum revera desiderabile virginitatis decus, ut post reginam, quam exaltavit Dominus, atque ab omni peccato immunem perornavit, secundo statim post sponsam honore virginum chorum dignetur. *Virginum eminens locus.*

ORA-

ORATIO OCTAVA.

THECLA.

Virginitatis etymon.

1. Thecla suo ordine verba faciens „ab ipsa orditur nominis appellatione cur scilicet beatum illud institutum παρθενια seu virginitas dicatur, quale id sit, & quos ex se fructus edat. Παρθεια igitur, ac si dicas, Deo „affinis ac pene divina, παρθενια dicitur, elementi duntaxat commutatione, ut quæ solà „illa præditum Deo similem reddat, qua nullum majus bonum occurrerit, a voluptate „æque seu libidine atque dolore semotum; cujus irriguo animæ penna ebria vere crescit, „leviorque effecta ab humanis studiis avolare „quotidie assuescit.

Virginum excelsa mens.

2. „Qui enim defluxum pennarum passi in „voluptates prolapsi sunt, non prius doloribus „ac laboribus conflictari desinunt, quam libidinis concupiscentia expleta profani sacrisque exclusi extiterint, ut non pudore castisque nuptiis liberis procreandis ponant operam, sed sævis amorum voluptatibus furore „insaniant: quæ vero forti levique penna sæculi emergentes cæno in locum mundo superiorem oculos mentemque extulerint, parva „despiciunt, quæ hic pulchra existimantur, „opes, honores, nobilitatem, nuptias, nec „horum quidpiam majoris aliquid pretii arbitrantur: quin & si quis earum corpora feris, „flammisque objicere voluerit, quantamvis „tormentorum acerbitatem contemnere in „promptu habent, ut quamvis in mundo „ver-

„versentur, non in mundo esse videantur, sed „mentis sensu ac desiderii vi in ipsum jam cælitum cætum assumptæ. Reliquis itaque priores hinc emigrantes, quæ fideliter Christo virgines militavere, victoriæ præmia referunt, incorruptionis ab eo floribus sertisque redimitæ: mox enim ac animæ mundum reliquerint, præsto esse angelos ferunt, qui virginibus obviam procedentes ambitioso famulatu, ingentique præconio ad beata prata deducant, quo & ante venire gliscebant.

Virginum in beatas sedes ante alios introductio.

3. „Jam vero illuc perductis miranda quædam & supra quam humano eloquio exprimi facile possit fruenda offerri pulchritudinum spectacula: ipsa quippe illic justitia, ipsa prudentia, ipsa sese palam monstrat cum charitate veritas & castitas, aliique id genus speciosissimi sapientiæ flores ac plantæ, quorum nos hic umbras solas quasi per somnium imaginantes densa caligine sentimus: nec enim nullus umquam ipsius justitiæ aut prudentiæ aut pacis magnitudinem, aut formam, aut decorem oculis usurpavit, illic vero in eo *Quis est*„ uti vere sunt, integra conspiciuntur. Atque hæc Jeremias quodam loco seorsum procul ab orbe nostro sensit existere, sic namque ait, eos deplorans, qui beati illius ævi bonis exciderunt: *Discite, ubi sit prudentia, ubi sit virtus - - - & quis intravit in thesauros eorum? Baruch* 3. *v.* 14. *seqq.* In horum nempe thesauros ingressæ virgines virtutum rationes decerpunt, multis ac bene ordinatis irrigatæ luminibus, affun-

„den-

„dente illis Deo fontis instar, qui sæcu
„illud nullo umquam occasu extinquendis
„minibus splendidius illustret. Hæ porro s
„per choros agunt modulatis vocibus lauc
„tes Deum.

Adhortatio ad virgines.

4. „Eja ergo virgines ineamdem virgin
„tis laudem alacri animo conspirate parum
„rantes hoc sæculum, non parum enim ad
„licitatem vitamque curis liberam incorru
„conducit ac castimonia, quippe quæ carı
„humo levans sublimem ferri faciat. Ne
„vos ullæ audiendi sordes repentes in ter
„deprimant, neque mæror gaudium interpo
„ipsas quæ melioribus nitantur elidens sp
„Vincat potius fides, ejusque lumen quæ
„ca cor volitant mali hostis fæda simula
„depellat. Aderit mox spiritus, qui nequ
„mi difflet nubila, si vos quemadmodum
„ter vestra, quæ in cœlo parit masculum
„ginem, infensi anguis insidias minime tim
„tis: uti habetur *Apoc.* 12. *v.* 1. *seqq.*

Ecclesiæ decor.

5. „Quæ enim apparuit in cœlo amicta
„le mulier, & coronam habens stellarum d
„decim, cui ad pedes luna subsidet, quæ p
„turit, & cruciatur, ut pariat, ipsa pro
„est mater nostra, nempe virtus quædam
„seipsa ac vere existens a filiis distincta, qu
„prophetæ quandoque quidem Hierusalem
„pellant, interdum vero sponsam, aliqua
„Sion montem, nonumquam templum &
„bernaculum Dei, & Ecclesiam, cujus l
„magno undique concursu post resurrectio

„venientes in ejus confluent finum. Hæc nimi„rum fuscepto quod nullum novit occafum lu„mine velut ftola verbi fplendore induta læta„tur. Eja ergo agite ratione comite afcendentes haud fecus ac nuptui tradendæ virgines mulierem magnam confpicite puram undique & illibatam, nec quidquam lucis radiis imparem vibrantem pulchritudinem, & pro ftola quidem ipfa luce veftitam, pro lapidibus autem pretiofis fplendentibus ftellis circum caput ornatam.

6. „Jam lunæ mulier infiftere dicitur. Lunæ fymbolo, illorum defignata fide, qui per lavacrum a corruptione mundantur, propterea quod ejus lumen aquæ tepidæ affine videatur, quodque ex luna humida omnis fubftantia pendeat. Super lunam itaque ftat Ecclefia, quia lavacro adftat, eos generans, qui illo intinguntur. Hoc enim modo & σελήνη, hoc eft, luna vocatur ea, quæ circa lavacrum obtinet vis, quoniam νέον σέλας, novum fcilicet jubar renovati, qui regenerantur, novam lucem fpargunt, unde & νεοφώτιστοι recens fcilicet illuminati vocantur, quia fpiritale illis plenilunium fecundum paffionis periodum ac recordationem femper novum exhibet quoad & perfectum lumen magnæ diei illis oriatur. *Ecclefiæ opera in regeneratione.*

7. „Porro hac de caufa dictum exiftimo figni marem ab Ecclefia, quod nempe ii, qui illuminantur Chrifti effigiem ac virilem vere animum, afpectumque affumunt, verbi for- *Fideles mares in baptismo generantur.*

„ma,

„ma, quæ secundum similitudinem est, illis „impressa, & per certam scientiam fidemque „in eis progenita, ita ut in unoquoque spiri„tualiter nascatur Christus, ac propterea Ec„clesia velut turget ac parturit, donec forme„tur in nobis genitus Christus, quo nimirum „quisque Sanctorum, qua ratione Christi par„ticeps est, Christus nascatur.

Filius Dei æternus gignitur per Baptismum in fidelibus.

8. „Videtur autem quam maxime cum di„ctis congruere quod ex persona Patris Christo „venienti ad Jordanem, ut aqua lustraretur, e „cælo oraculum defertur: *Filius meus es tu, ego „hodie genui te. Ps. 2.* Observandum enim est, „Filium quidem suum esse indefinite pronun„tiasse & sine ulla temporis determinatione, es „enim ait, non autem fuisti, aut factus es, „significans, nec cum recens esset, in adoptio„nem eum Filii venisse, neque rursus cum an„te extitisset, postmodum finem accepisse, sed „sed qui ante genitus sit, eumdem & fore & „esse. Quod vero addit: *Ego hodie genui te,* „hoc sibi vult, qui ante sæcula illisque anti„quior in cœlis eras, volui & mundo gignere, „hoc est, qui ante ignotus eras, in hominum „cognitionem adducere. Denique quibus ho„minibus necdum sensus illatus est multifor„mis sapientiæ Dei, iis necdum Christus na„tus est, nondum scilicet cognitus, nondum „manifestatus: si vero senserint, & ipsi my„sterium gratiæ, tunc & illis, cum fuerint „conversi fidemque susceperint, qua scientia & „intelligentia donantur, nascitur.

9. „Por-

9. „Porro Draco ille magnus, rufus, versutus, multifidus, septiceps, corniger *Apocal.* 12. tertiam trahens stellarum partem in insidiis latitans, ut mulieris parturientis filium devoret, diabolus hic est, in hoc locatus, ut illorum qui illuminati sunt Christo afflatam destruat mentem, verbique in eis enatam effigiem lucidosque ejus, caracteres aboleat, verum prædæ illi conatus in cassum cedunt, quod hi qui regenerantur in sublime rapiuntur ad Dei thronum, ne draconis in terram gravantis fraude decipiantur: non enim fas est illi, ut illos perdat, qui intentis sursum animis ad cœlestia enituntur. Stellæ vero, quas summa cauda draco contingens in terram præcipites detrahit, hæresum perversæ sectæ sunt. Stellas autem tenebrosas conventicula heterodoxorum recte dixerimus, qui detrahuntur draconis excussi flexibus, quod intra triangulares pietatis figuras non se continuerunt, prolabentes ex ipsa, & ex orthodoxo Dei cultu exorbitantes. Unde & tertia pars stellarum vocati sunt veluti circa unum ex Trinitatis numeris deerrantes. Aliquando quidem circa Patris, ut Sabellius qui ipsum omnipotentem passum asseruit; aliquando vero circa Filii, ut Artemas, & qui nudo spectro seu apparentia eum natum esse dixerunt: quandoque circa Spiritus sancti, ut Ebionæi, qui prophetas motu proprio locutos esse contendunt: Marcionis enim & Valentini, Elcesæique & aliorum optimum fuerit ne meminisse quidem.

Diabolus draco, stellæ hæretici.

Mulier pariens Apoc. 12. qua.

10. Quæ autem parit, peperitque in fide„lium cordibus verbum masculum, illæsaque a „bestiæ ira in desertum secedit, mater nostra „est Ecclesia, desertum vero, in quod veniens „pascitur, dies mille ducentos sexaginta, vere „a malis desertum & infæcundum, difficilis „aditu, ceterum frugibus fructibusque felix, „quin & pascuis abundans, & amœne florens, „perviaque sanctis, copia redundans sapien„tiæ, ac germinans vitam: hic ipse est, in „quo sumus, pulcherrimus, speciosissimis sua„vissimisque halans floribus virtutis hortus, „quo in horto jam nos sumus flores legentes, „& ex iis purpuream longeque splendidam „impollutis digitis reginæ texentes virginita„tis coronam. Mille porro ducenti sexaginta „dies, per quos hic versamur, Patris est & „Filii & Spiritus sancti citra omnem ambagem „exacta optimaque intelligentia, qua gaudet „mater nostra per hoc tempus augescens at„que exultans, dum in restitutione novorum „sæculorum, in concionem, quæ in cœlis est „veniens non jam per rationes id *quod est* con„siderabit, sed clare & conspicue una cum „Christo ad interiora admissa inspectabit. Mil„lenarius nempe ex centenario decies multi„plicato constans perfectum numerum & ple„num continet, quod est symbolum Patris, „qui ex seipso rerum hanc universitatem con„didit, & in seipso continet ac conservat. Du„centa vero ex duobus perfectis numeris con„flatus, symbolum est Spiritus sancti, quate„nus is Filii nobis ac Patris notitiæ auctor ex„istit. Denique sexaginta senarium numerum

„in

„in decadibus habet, eoque ſymbolum Chriſti „eſt, iccirco nimirum„ quod ſenarius nume„rus ex unitate progrediens ex propriis com„ponitur partibus, ita ut in eo nihil deficiat „aut redundet, in ſuas enim partes reſolutus „completur: nimirum ſi ſex in alios atque „alios æquales numeros dividantur, neceſſe „eſt, ex iisdem iterum junctis ſegmentis eum„dem numerum reparari: primum quidem ſi „medius dividatur, tria efficit: ſi in tres par„tes dividatur, efficit duo; ſi denique in ſex „partes diſtribuatur, unicuique parti ſolum „unitas competit, idemque rurſus in ſeipſum „colligitur. Aliorum autem numerorum qui„dam plusquam perfecti ſunt, ut duodenarius, „media quippe pars ejus ſenarius eſt, tertia ve„ro quaternarius, quarta ternarius, ſexta bi„narius, duodecima unitas: hæc autem, in „quæ duodenarius poteſt dividi, ſi rurſum in „ſe componantur, excedunt duodenarium: „Alii imperfecti, ut octonarius, hujus enim „dimidium quaternarius, quarta vero pars bi„narius, octava unitas; quæ partes ſi rurſus „ex ſeipſis componantur, nihil niſi ſeptenarium „reddunt. Quapropter ſenarius ad Filium Dei „refertur, qui a plenitudine divinitatis in mun„dum venit: exinanitus enim & forma ſervi „ſuſcepta in ſuam rurſus pefectionem ac digni„tatem pleniſſime reſtitutus eſt. Sed & mun„di creatio & harmonia ex hoc numero tota „conflata videtur, ſex quippe dierum nume„ro Deus cœlum & terram condidit & ea quæ „in eis ſunt, ſenarium in ſe numerum conti„nente creatricis virtutis rationem, in qua ter-

„narius corporum effector censetur, longitudo „quippe & latitudo & profunditas corpus, por„ro senarius ex trigonis est compositus.

Draco a virginibus superatur.

11. „In hanc igitur malorum solitudinem „veniens Ecclesia pascitur, celsaque cœli pe„tentibus grandescit virginitatis alis. Unde „vos o Virgines adhortamur, ut totis viribus „matrem imitemini, nec mundi molestiis men„tis serenum turbetis, ut una cum illa exul„tantes ac lucentes præferentes lampades in „thalamum sponsi subeatis. Ne ergo propter „varias serpentis artes ejusque calumnias „animum despondeatis, sed præparate vos „acriter ad pugnam, galeam salutis & loricam „indutæ, incredibilem enim illi stuporem affe„retis, dum magno in ipsum animo robustaque „constantia irruetis, neque omnino sustinebit „impetum, qui Dei jussu ductuque instructas „adversum se acies procedere videat, sed sta„tim tollere vos certaminum septem opima „spolia præmiaque multiceps bestia volens no„lens feret.

Draconis cornua decem quæ.

12. Quæ enim debellato prius diabolo se„ptem capita necaverit, septem virtutis coro„nas adipiscetur, septem magnis perfuncta ca„stitatis certaminibus: Caput enim draconis „est intemperantia & luxus: qui hoc caput „confregerit castitatis corona ornabitur: Ca„put est ignavia, qui hoc pede premens elise„rit, coronam auferet martyrii: Caput est in„fidelitas & stultitia, & reliqua id genus im„probitatis monstra; qui ea confecerit, opima

„de

„de illis victoriæ præmia reportabit: nam &
„decem cornua, quæ in capitibus ferre draco
„dictus est, contraria decem catalogo argu-
„menta sunt, quibus arietare ac dejicere plu-
„rimorum animos consuevit, nempe huic præ-
„cepto: diliges Dominum Deum tuum ac re-
„liquis deinceps mandatis contraria sapiens
„ipse, aliisque obtrudere satagens. Vide enim
„illius cornu igne accensum & amarulentum
„fornicationem, quo intemperantes ferit, vide
„adulterium, vide mendacium, vide avaritiam,
„vide furtum & reliqua, quæ si vos Christo
adjutore eliseritis, divina capita vestra ejus
victoriæ præmio floridis exornata coronis re-
feretis. Nostrum enim est, ut virtutem po-
iori loco habeamus, qui præ terrigenis men-
em liberam ac arbitrii facultatem nulli ob-
noxiam necessitati a Deo nacti simus, ut pleno
ure ac arbitrio quæ libuerit, hæc eligamus,
nec fato ulli aut fortunæ serviamus: omnium
„namque malorum maximum plerisque insi-
„tum istud est, quod scelerum causas ad stel-
„larum motus referunt, afferuntque vitam no-
„stram fati necessitatibus gubernari, quemad-
„modum isti faciunt arrogantissimi syderum
„observatores.

13. „Qui se gloriose ostentant, tamquam *Divisio orbis mathematica.*
„soli compertum habeant, quibus cœlum figu-
„ris concinnetur juxta Ægyptiacas & Chaldai-
„cas hypotheses. Ajunt enim orbem mundi
„sphæræ more versatilis rapidis conversioni-
„bus circumagi, centri & puncti locum obti-
„nente, circa quam vertitur cœlum, & cum

 „fieri

„fieri non possit, ut siue puncto circulus de-„scribatur, quinam fieri potest, ajunt, ut non „omnibus prior terra extiterit, ejusque ipsius „chaos & profundum. Gyrare igitur circa „signorum duodecim naturam stellas ajunt ra-„pida zodiaci circuli tractas vertigine, atque „ex harum temperatione provideri, quæ vulgo „eventura sunt, pro earum inter se diversa co-„hærentia; alioque & alio influxu ortuque & „occasu. Cum enim cœlum in orbem conglo-„batum sit, centroque terra utatur, meridia-„nus, horizon & æquinoctialis in partes æqua-„les universum secant, quorum hinc inde ad „latera Tropici duo sunt æstivus & hibernus, „hic a septentrione, ille ab austro: ad hos per-„tinet, qui axis dicitur. Jam zodiacum per „omnes se porrigere circulos obliquo late mea-„tu procedentem, esseque in illo animalium „insignes formas, quæ signa duodecim vocan-„tur ab ariete ducto principio in pisces desi-„nentia, quæ in syderum pervenisse censum „narrant fabulosis ex causis, nam arietem „illum ipsum esse ajunt, qui Hellam Atha-„mantis filiam cum Phryxo per Ponti fretum „transvexit ad Scythas. Tauri caput Jovis „gratia cœli statione donatum, quod is illa „forma Europam in Cretam transtulerit; la-„cteum quoque circulum initium ducentem a „nodo piscium, hinc sese adversum arietem „porrigentem a Junonis uberibus candorem „habere memorant, cum hæc Herculem la-„ctare Jovis imperiis adacta esset. Itaque jux-„ta illos ante Europen &c. aliaque postea in „zodiacum ex hominibus aut bestiis constellata

„nulla

„nulla adhuc erat natalis fatalitas, & ſine for-„tuna naſcendi vixerunt primi illi noſtri pro-„genitores.

Fatum futatur.

14. „Si melius erat o miſeri naſci homi-„nes ſubditos natali fatalitati, quam ab illa „liberos, quidni ab ipſo protinus initio, cum „primum homines eſſe cæperunt, natalis jam „fatalitas fuit? Quodſi jam erat, quid illis „opus, quæ nunc recens inter aſtra relata, „leo, cancer & hujusmodi, quorum obſerva-„tionibus eruditos non paucos docetis mathe-„maticam iſtam, imo potius catathematicam „dirisque omnibus devovendam prænotionem „nactos eſſe. Aut igitur primorum etiam na-„talium ævo natalis jam erat fatalitas, proin-„deque inutilis fuit animalium in cœlos eve-„ctio: aut ſane non erat, resque Deus huma-„nas meliori ſtatu mutavit, cum priſci ævi „homines miſerabiliorem vitam duxiſſent. At-„qui felicior illorum fuit, quam noſtra nepo-„tum conditio, unde & aureum genus audie-„runt. Non ergo eſt natalis fatalitas. De-„inde ſi ſol perequitans circulos converſiones „temporum reducit, quomodo ergo qui ante-„quam ſigna in cœlo collocarentur vivere po-„tuerunt? Atqui vixerunt: non igitur cœlum „ejusmodi figuris ac per occaſiones variatum „fuit. Denique ſi ſol, luna ac ſtellæ mortali-„bus cladium malorumque conſiliorum aucto-„res ſunt, vacantque impudicitiis ac vitæ mu-„tationibus, tragicisque caſibus ingerendis, pla-„ne miſerabiliore hominibus ſorte ſunt, quæ „in terram fatales ac nefarios attentant, nec

„quidquam melius nobis vitam regant, quandoquidem ab eorum defluxu ac motu nostra „vita dependet.

Ulterius fatum refutatur. 15. Fatum ulterius refutatur ex sequentibus rationibus. „1. Cum nullus absque praevio cupiditatis affectu actus fiat, neque vero „cupiditas aliunde sit, quam ab indigentia, „Deus autem nullius egeat, nec proinde ullius „pravitatis auctor existat, & cum syderum na„tura divinae affinis sit, nec ipsa mala molien„tur. 2. Nemo eorum quibus ratum est solem „& stellas divinas res esse, eat infitias, pro„cul etiam a malitia haec abhorrere: quid „ergo causae est, cur mortalibus illius aucto„res sint, quae nec illis arrideant. 3. Si syde„rum universum circularem motum Deus ipse „modulate dispensat, astra vero vitii atque vir„tutis qualitates humanae vitae ingerunt, quae „videlicet necessitatis vinculis homines in ea „trahant, utique malorum auctorem Deum „ascribunt: omnium tamen judicio nullius no„xae Deus auctor est: Explodatur ergo fatalis „necessitas. 4. Si hominem interficere natalis „fatalitas adigit, idem autem lex vetat, sica„riis supplicia decernens, contraria ergo fata„lis necessitas & lex, quaecunque enim fatalis „necessitas statuit, lex prohibet, quaecunque „vero lex prohibet, natalis fatalitas facere adi„git, adversaria ergo fatali necessitati lex; si „autem illi adversaria, non ergo per natalem „fatalitatem legum latores agunt, quippe qui „contraria natali fatalitati sanciendo eamdem „destruunt. Aut igitur admittitur natalis fa-

„tali-

„talitas, nullaque legum erat necessitas, aut „leges sunt, nec ex fatali illa necessitate & „quasi illa auctore sunt: atqui fieri non potest, „ut absque illa quis nascatur, aut aliquid ope„retur, nam ne digitum quidem sine fato posse „aliquem movere ajunt. 5. Si ut alios injuria „afficiamus, ac vicissim afficiamur præstat na„talis fatalitas, quid legibus opus? si autem „eo leges spectant, ut delinquentibus pœna „imponatur, sane præstabat fatali necessitate „malos non fieri, quam ubi facti sunt, legibus „emendari: Atqui Deus bonus est & sapiens, „idque faciens quod præstabilius sit: nulla er„go est natalis fatalitas. 6. Aut educationis „genus, aut animi perturbationes, & quæ per „corpus desideria exercentur seu cupiditates „causæ sunt peccatorum: quidquid autem ho„rum causa sit, certe Deus causa minime sit. „7. Si melius est esse justum quam injustum, „quidni talis ab ipso protinus ortu homo crea„tur? sin autem postea ut ad meliorem eva„dat frugem disciplinis cogitur atque legibus, „plane ut arbitrii facultate præditus iis cogi„tur & castigatur, non velut quis malus a na„tura sit: si enim mali natali fatalitate inelu„ctabili providentiæ decreto mali nascuntur, „omni culpa vacant, nec digni sunt, qui le„gum pœnis coerceantur, quippe qui non se „ipsos mutare potuerunt. 8. Si boni eoquod „juxta naturam suam vitæ rationes instituunt „laude digni sunt, cum natalis fatalitas illis „auctor sit, ut boni sint, plane ne mali quidem, „qui ipsi quoque sic vivunt, ut earum natura, „poscit culpandi erunt a justo Judice, qui enim

„ita vivit, ut illi a natura inditum est, nihil ipse „delinquit, & nemo malus est.

16. „Igitur in nostra omnino libera facul„tate situm est, non autem in stellis, bonum „aut malum efficere: duo quippe in nobis mo„tus sunt, uterque concupiscentia vocati, alte„ra carnis, altera spiritus, virtutis atque vitii. „Operæ pretium autem est, ut pulcherrimæ „& aureæ obtemperemus virtutis institutioni, „optima præ malis eligendo.

ORATIO NONA.

THUSIANA.

Veri Tabernaculi ornatus præcipuus.

1. Thusiana in nona oratione locum Levit. 23. v. 39. explicat, „ubi Deus cum cele„brandæ vere festivitatis Tabernaculorum ve„ris Israelitis legitimum ritum præscriberet, „præ reliquis exornandum cuique Tabernacu„lum suum castitate sancit. Apponam ipsa „Scripturæ verba: *Quintodecimo die mensis septi„mi, quando consumaveritis genimina terræ, fe„stum celebrabitis Domino septem diebus* &c. id „est: septimo demum millenario annorum rur„sus immortale corpus resumentes magnam „veræ Scenopegiæ solemnitatem in nova & „insolubili creatione consummatis collectisque „terræ frugibus celebrabimus, nemine homi„num amplius aut gignente, sed Deo jam ple„ne feriante a mundi fabricæ opera, nunc enim „adhuc omnia præpotente nutu illius pro„creantur, terra hucusque fructus producen„te, aquisque intra sua conceptacula & para„tos

Mundi finis.

os alveolos se recipientibus, lucis quoque livisione a tenebris hactenus durante numeroque statuto hominum nondum expleto. Tunc vero cum consummata fuerint statuta tempora, ac creationis hoc opus adornare Deus cessaverit, septimo mense magna resurrectionis die festum Domino celebrandum indicitur nostræ Scenopegiæ.

2. „Cum ergo venerit, quod perfectum est, nimirum regnum cœlorum & resurrectio, tunc firma basi erigenda omnium nostrum tabernacula, quando iterum adglutinatis & compactis cum carne ossibus resurget corpus; tunc festam gaudii lucem sincere Domino celebrabimus, cum æterna tabernacula receperimus non amplius moritura, aut dissolvenda in pulverem tumuli: erat enim nostrum immobili prius statu fixum tabernaculum, sed per transgressionem motum & in terram inclinatum est, Deo per mortem peccatum dissolvente, ne immortalis homo peccator vivens vivente in eo peccato in sempiternum maledicto obnoxius foret: propterea etiam mortem obiit, cum morti obnoxius creatus non fuisset aut corruptioni, sejunctaque est a carne anima, ut interiret per mortem peccatum, non valens amplius in demortuo vivere: unde mortuo peccato & corrupto rursus immortalis resurgo, Deumque laudo, qui per mortem filios a morte liberat, inque ejus honorem legitime diem festum celebro, ornans tabernaculum meum, carnem scilicet, operibus bonis, ut & illic vir- *Resurrectio corporis.*

„gines

„gines quinque luernarum accensis lampa„dibus.

Praeparatio ad gloriam.

3. „Sumo igitur primo die, quae subdu„tur Lev. 23. v. 40. *Fructum ligni speciosum &* „*spatulas palmarum*, nempe divinarum discipli„narum exercitationem, quibus emundatur „& ornatur animus vitiorum victor ejectis pec„catis: mundos enim atque ornatos ad festum „venire necesse est, tamquam mangonio quo„dam, religiosis operibus, virtutisque exer„citiis magnifice expolitos. Laboriosis enim „id genus exercitamentis depurgata mens a di„versarum cogitationem illam obtundentium „offusa nebula acute veritatem cernit.

Virginitas dignum Deo tabernaculum.

4. „Qui igitur ad Tabernaculorum illorum „festum cupit evadere, inque Sanctorum cen„sum referri studet, primum speciosum fru„ctum, id est, fidem sibi comparet: tum spa„tulas, attentam scilicet scripturarum medita„tionem, ac in eis exercitationem: postea la„te frondentes densosque charitatis ramos, „quos post spatulas jubet sumi, ramos den„sos aptissime charitatem vocans, quod enim „dense viret, fere idem copiosum, fructuosum „totumque frugiferum est, nihil exsuccum ha„bens, sed omnia plena & ramos & truncos: „talis quippe est charitas nulla parte vacua „aut infructuosa. Exinde nos vult assumere „ramos salicum isto symbolo justitiam indi„cans. Omnium denique cumulo agni arbo„ris ramos ad Tabernaculum condecoran„dum jubet afferri, quod nempe arbor haec

„ipso

pso nomine castimoniam, id est, ἁγνείαν re-
erat, cujus auctoramentum dictis reliquis
rnamentum ac decus præstat. Eant jam
ascivi, qui suarum libidinum fæda mancipia
astitatem rejiciunt, qui enim fiat, ut cum
Christo ad festum ingrediantur, qui castitatis
amis tabernaculum suum non ornaverint?
qua omnes festinantes ad illam celebritatem,
ac nuptiale convivium succingi oportet; ac
umbos obumbrare. Usurpant quidem, qui
cum suis uxoribus caste vivunt, & veluti cir-
ca truncum humiles ejus castitate nitentes fe-
unt surculos, haud valentes quemadmodum
ad excelsos magnosque illius ramos evadere
c vel eos contingere, tametsi minores & ipsi
fferant surculos. At libidinosi, effuso im-
etu indulgentes lasciviæ, etiamsi non forni-
entur, sed licitis quidem legitimæ uxoris,
ndomitæ tamen concupiscentiæ æstu, am-
lexibus assidui quomodo diem festum agent?
uomodo lætabuntur, qui Tabernaculum suum,
d est carnem, agni ramis, habitu scilicet ca-
titatis non exornaverint, neque audierint
nonentem, *ut qui habent uxores tamquam non
abentes sint.* 1. *Cor.* 8. *v.* 29.

5. „Propterea præ reliquis omnibus his qui ingenti sunt animo citra omnem cuncta-tionem colendam esse castitatem tamquam summe utilem & gloriosam pronuntio; in no-vo enim & indissolubili mundo quisquis ca-stimoniæ ramis ornatus repertus non fuerit, nec requiem consequetur, utpote qui Dei mandatum juxta legem minime impleverit: *Scenopegia Christianorum.*

„ne-

„neque in terram promissam ingredietur, ut-„pote qui festum Tabernaculorum non ante „celebraverit. Quemadmodum enim Israeli-„tæ ex Ægypti finibus egressi suscepto primum „itinere in Tabernacula Soçoth venerunt, hinc-„que rursus profecti venerunt in terram pro-„missionis, ita & nos: nam & ego iter ha-„bens, & mundi hujus Ægypto egressa venio „primum ad resurrectionem, quæ vera Sceno-„pegia est, & ibi fructibus virtutis extructo „speciosеque ornato Tabernaculo meo primo „festi resurrectionis die, quæ dies est judicii, „simul cum Christo millenarium annorum re-„quiei celebro. Inde Jesu comite in terram „promissionis, id est, in cœlos venio, non re-„manens in Tabernaculis, hoc est, non rema-„nente meo corpore, quale prius erat, sed post „mille annorum spatium mutato ex humana „forma corporis & corruptione in angelicam „molem & pulchritudinem (*error hic ab Eccle-sia rejectus est*) „ubi demum nos virgines a loco „tabernaculi admirabilis consummato jam re-„surrectionis festo ad majora & meliora trans-„ibimus, in ipsam domum Dei supercœlestem „ascendentes *in voce exultationis & confessionis* „*soni festivitatem agentes. Ps.* 41. *v.* 5.

ORATIO DECIMA.

DOMNINA.

[Ca]stitas [vi]rtutis [ma]ter.

1. In hac oratione Domnina virginitatis excel-lentiam ostendit, „quia nihil tam prodesse „homini ad honestatem, ac virtutis bonum „poterit, quam castitas, ut enim summa ho-

„nesta-

æstate gubernetur anima, utque a malis & nquinamentis pura mundo solvatur, sola ıæc efficit ac præstat: Ex quo siquidem Chritus eam nos colere docuit, regnum diaboli leftructum est, cum prius universum hominum genus captivum traheret, adeo ut nulus antiquorum Domino placuerit (*id est, pauci, & quidem non ex legis merito, sed gratia Christi*) sed omnes in offensiones (*saltem le-r*) incurrerint, cum lex non ipsa valde ad iberandum genus humanum potis fuerit, doec virginitas legi succedens Christi auspiciis ıomines imperio regendos suscepit. Neue vero primi homines adeo in pugnas & ædes, in amores & libidines & idolorum uperstitiosum cultum præcipites sæpius cuurrissent, si justitia, quæ ex legibus erat afficiens eis fuisset ad salutem: ex quo autem Christus incarnatus est, & virginitate rnatam carnem armavit, crudelis tyrannus ntemperantiæ princeps sublatus est, & pax idesque viget, non jam ut ante in cultum dolorum prono humano genere.

2. „Sed necui videar sophistica grassari are, ejus quam statuo veritatis indubitatum estimonium ex libris Judicum afferam, ubi :lare castitatis regnum olim futurum præıuntiabatur: sic enim legitur: *Eundo iverunt igna, ut ungerent super se regem &c. Jud.* 9. '. 8. *seqq.* Porro hæc de arboribus e terra ıascentibus dicta non esse cuivis manifestum :st. Omnino autem hæc de animabus institua narratio est, quæ ante Christi incarna- *Apologus de lignis eligentibus regem explicatur.*

„tio-

„tionem gravius delictis eluxuriatæ supplices „ad Deum accedunt, misericordiæque ac leni„tatis imperio regi, quam scriptura sub olivæ „figura expressit, efflagitant, idcirco nimirum, „quod oleum multum prosit corporibus, labo„resque ac dolores dissolvat, & ad lumen suffi„ciat. Ac considerate num leges a primo ho„mine condito ad Christum deinceps Scriptura „illis verbis significare voluerit, quibus diabo„lus contrariis figmentis humanum genus se„duxit. Ac ficum quidem præcepto compa„ravit, quod in paradiso datum est homini, „quod is seductus nuditatem ficus foliis conte„xit. Vitem autem ad id retulit, quod dilu„vii tempore Noe datum est, eoquod ille vino „sopitus irrisus est. Oliva Mosaicam legem „significat datam in deserto, quod videlicet „prophetica gratia, sanctum utique oleum im„probis illorum actibus ab hæreditate, id est, „a Judæis defecerit. Denique Rhamnum non „inepte refert ad eam legem, quæ Apostolis da„ta est ad mundi salutem, quia per illorum insti„tutionem virginitatem didicimus, cujus unius „inane ac fallax simulacrum diabolus struere „nequivit: Idcirco etiam quatuor tradita sunt „Evangelia, quod Deus quater humano gene„ri faustas illas annuntiationes miserit, ac qua„ternis promulgatis legibus ipsum instituerit, „quarum tempora ex fructuum diversitate nos„cuntur: nam ficus mite ac dulce formosum„que pomum delitias paradisi repræsentat, in „qua homo ante lapsum fuit: Vitis autem pro„pter vini hilaritatem, eorumque lætitiam qui „a diluvii ira evaserant significat: oliva por-

„ro

ro propter olei naturam, Dei misericordiam designat, qui iterum post diluvium versis in impietatem hominibus patienter tulerit, ut legem daret.

3. „Rhamnus autem idem qui agnus est, „quo utroque promiscuo nomine vocatur. „Forte etiam quod planta hæc virginitati affi„nis sit, ut Rhamnus & agnus nuncuparetur, „obtinuit, Rhamnus quidem propter solidita„tem & adversus voluptates firmitatem; agnus „vero, hoc est, casta, quod talis semper du„ret. Hinc & Eliam a facie Jezabelis mulie„ris fugientem scriptura refert ad Rhamni pri„mum umbram secessisse, ibique exauditum „robur accepisse, ac cibum sumsisse: quod ni„mirum ei, qui libidinis fugit œstrum, seque „a muliere eximit, hoc est, a voluptate, ho„spitio sit ac umbraculo, quæ a Christi virgi„num principis adventu hominum imperio po„tita arbor germinavit. Hæc etiam causa est, „cur ficus arborum regnum, quæ nimirum „spiritali sensu, homines, ficus vero manda„tum intelligatur, non obtinuisse dicatur, „quia prævaricationis reatu e paradiso expul„sus est, ut qui deinceps ab incorruptione „regi non posset, Prima ergo illi post trans„gressionem per Noe prædicatio mittitur, cui „si attenderet animum, posset a peccato ser„vari, haud secus ac vitis edendum abs se „vinum non inani spe pollicetur, siquis eam „labore exerceat. Verum ne hæc quidem lex „super homines regnavit, quod ei homines „obsequi recusarunt, donec aquis diluvii suf„focarentur, & pœnitere inciperent.

Rhamnus castitatis symbolum.

Lex castitatis sub specie rhamni.

4. „Verum rursus postea humano genere „in errores effuso, sub Moyse principe lex a „Deo missa est. Verum hi quoque ea valere „jussa idolorum cultui adhæserunt: Hinc „Deus hos quoque in cædes mutuas tradidit, „fugasque ac captivitates, lege ipsa quasi fatente, se illis salutem præstare non posse, „donec Deus quartum miseratus hominem castitatem regno potituram legavit, quam „Scriptura Rhamnum nuncupavit, hæc absumtis voluptatibus etiam comminatur, nisi „ei indubitanter omnes obediant igni consumturam universos, non enim aliam postea futuram legem aut doctrinam, sed judicium & „ignem. Ea denuntiatione juste deinceps homo agere cæpit, & Deo firmiter credere, „seque a diabolo abjungere.

Diabolus in angelum lucis, se transformat.

5. „Adversaria quidem potestas semper „virtutis speciem æmulatur, non ut exerceat „ad pietatem, sed ut fraudem faciat: atque „hinc est, ut ficus aut vitis videri velit, & „quæ dulcedinis ac lætitiæ secunda parens „existat, transformans se in angelum lucis, „multosque religionis specie illaqueans. Duo „enim esse genera ficuum, vitiumque in sacris „litteris reperimus, *ficus bonas & ficus amaras* „*Jer.* 24. *v.* 3. *vinum lætificans cor hominum Ps.* „104. *v.* 3. *& vinum furorem draconum Deut.* „32. *v.* 33. Verum ex quo jam castitas imperium iniit, deprehensa fraus est atque devicta, evertente illam Virginum principe Christo, veraque ideo ficus & vera vitis fructificant, postquam in omnes evasit castitatis

„do-

ominatus; ut & Joël propheta ominate
nnuntiat: vitis & ficus dederunt virtutem
iam. Quandoque etiam vitis ad Dominum
efertur *Joan.* 15. *v.* 1. ficus vero ad Spiri-
um sanctum, tamquam nimirum Domino
exhilarante corda hominum ac spiritu sanan-
, & propterea jubetur primum Ezechias
corum massa cataplasma facere ac impone-
, fructu scilicet spiritus, ut curetur; *fructus*
em spiritus est charitas, gaudium, pax &c.
uas nimirum dotes ob eximiam dulcedinem
propheta ficus nuncupavit. Michæas quo-
ue *c.* 4. *v.* 4. *Et requiescet unusquisque,* inquit,
b vite sua, & unusquisque sub ficu sua, & non
it, qui exterreat. Certum enim est eos, qui
ib spiritus verbique umbraculum asylumque
onfugerint ac quieverint, nullo consteran-
os pavore, aut illius percellendos horrore,
ui corda conturbat.

6. „Porro & Mosis legem olivæ symbolo designari ostendit Zacharias sic dicens: *Vidi, & ecce duo olivæ, una a dextris lampadis ejus, & una a sinistris. Zach.* 4. *v.* 3. Et paucis interjectis percontanti prophetæ, quid essent hæ duæ olivæ, respondit angelus: *isti sunt duo filii pinguedinis, qui assistunt Domino universæ terræ. v.* 14. duas nempe primigenias virtutes significans. Duo namque rami duarum olivarum Lex sunt & Prophetæ circa funiculum hæreditatis versantes, quorum autor Christus & Spiritus sanctus, cum necdum ipsi fructum integrum, harumque plantarum magnitudinem capere possemus, prius-

Zacharia de olivis visio.

„quam castitas mundi principatum arriperet, „sed ipsarum duntaxat ramos, legem scilicet „& Prophetas, atque id mediocriter, saepius „nimirum prolapsi in antecessum excoluimus. „Quis enim Christum aut Spiritum perfecte „umquam nisi vitae prius munditia fretus ca„pere potuit? ipsa haec est immortalitatem „corporibus nostris tribuens castitas, quam „omnes lubenter homines omnibus anteferre „decet, alios quidem, quod per eam ad ho„norem nuptiarum cum verbo assumti sunt, „colendo virginitatem, alios autem, quod „per illam ab ea liberati sint maledictione: „*terra es, & in terram reverteris.*

ORATIO UNDECIMA.
ARETE.

Castitas sine aliis virtutibus nil prodest.

1. Arete denique in hac oratione probat, non sufficere ad castitatem, „ut quis suam „carnem a venerei congressus voluptate conti„nere studuerit, nisi reliquos affectus coer„ceat, quin potius talis castitatem ignominia „traducit, cum ejus professione suscepta sordi„dis nihilominus indulget cupiditatibus, vo„luptates ac libidines voluptatibus commutans „ac libidinibus. Neque si cupiditatibus qui„dem sensuum fortiter obstiterit, inani autem „gloria efferatur, recte censeatur castitatem „colere, quam superbiae contagie dedecore „verius afficit, nempe quod exterius est lan„cis & paropsidis emundans, carnem videli„cet ac corpus, animum vero ambitionis sor„dibus inquinans: neque enim rectum est,

„hinc

„hinc quidem castitatis usu virginitatem cole-„re, illinc vero pravis facinoribus ac libidine „animum polluere, neque hinc quidem profi-„teri puritatem & continentiam, illinc autem „inquinari atque vitiis indulgere. Neque rur-„sus hinc quidem fateri, haud sibi curae esse „res mundi, illinc autem parandis inhiare ac „in illis versari. Quin membra omnia ab „omni intacta corruptione servanda, non ea „tantum, quae pruritum ad libidinem habent, „remque maritalem exercent, sed ea quoque, „quae hisce sunt ad opus obeundum promtio-„ra. plane siquidem ridiculum fuerit, pro-„creationis filiorum instrumenta integra serva-„re, non item linguam: aut servare quidem „linguam, oculum autem, aut aures, aut ma-„nus nequaquam. Prorsus enim operae pre-„tium est, ut cui constitutum sit, ne colenda „castitate a proposito erret, membra omnia „sensusque suos mundos servet. Multi ita-„que, quibus persuasum esset, hoc potissimum „praestare castitatem, ut effrenes libidinosos „aestus comprimat, reliqua vitae institutione „neglecta, hac quoque exciderunt, suique de-„decoris partem recto ad eam tramite nitenti-„bus asperserunt.

2. „Sequitur modo Psalmus seu oratio ad „Deum fusa pro virginitatis laude & cultu sub „hypacoe post singulos versus repetita: *Tibi „me servo castam, & splendentem tenens lampa-„dem, sponse, tibi occurro.* Depraedicatur in „hoc Psalmo virginitas & castitas ex parabola „decem Virginum, exemplo Abelis, Josephi, *Psalmus de virgi nitate.*

 „Jeph-

Jephte, Judith, Susannæ, S. Joannis Baptistæ, S. Josephi sponsi B. V. Mariæ.

Virginitas tentata præstantior.

3. Denique Gregorium & Methodius sub nomine Eubuli quæstionem ventilant „utros „præstantiores dicamus, eosne, qui cum non „concupiscant, concupiscentiæ imperant, an „eos, qui pulsante eos concupiscentia in vir„ginitate perseverant. Gregorium priores cre„didit, cum nimirum & animum & sensum „immaculatum obtineant, nullique culpæ ob„noxii a corruptione prorsus immunes exi„stant. Methodius vero posteriores præfert „r, quia sicut præstantior est navarchus, qui „in magnis tempestatibus navem servat, quam „qui in serena tranquillitate: ita & animum „sævis perturbationum fluctibus jactatum, nec „propterea conatum remittentem, sed cimbam „carnem utique, invicta generosi propositi con„stantia ad castitatis portum dirigentem præ„stantiorem dicemus, probatæque magis vir„tutis, eo, qui in malacia pacati maris secu„re jucundeque navigat; nam obniti renitenti„bus ventorum flatibus; quos contra immittit „nequam spiritus, nec inflecti tamen umquam „nec vinci, quin potius animo semper in Chri„stum intento fortiter repugnare voluptatibus, „majorem profecto laudem affert, quam in „amœno tranquillæ virginitatis portu deside„re. Unde & Dominus comparans sapientem „cum domo bene fundata inconcussæ eam fir„mitatis decernit, quam imbres irruentes & „flumina ventorumque vis dejicere non po„tuerit. 2. Quid vero & medicum? an non

„eum

„eum vocas habesque optimum, qui in magnis „morbis periculum fecit, & plurimis sanita„tem restituit, eum autem qui nullum sui ex„perimentum dedit, nullisque prorsus ægrotis „consuluit, nonne adhuc minus commendabi„lem dicis? ergo & animum, qui mollius cor„pus sustinet, ejusque libidinum æstu ægritu„dines castitatis medicamentis lenit & sedat, „utique dicemus medicæ facultatis laudem „ferre majorem, quam cui probe sanum cor„pus neque vitiis obnoxium obtigit regere. „3. Quid item in lucta? Uter pugil melior, „qui magnos & fortes æmulos experitur, & „non succumbit umquam, an qui nullis adver„sariis decertat? plane qui experitur. Ne„cesse igitur, ut & quisque strenue moliatur „adversus concupiscentiœ motus, nec se abri„pi patiatur, sed in adversum trahat, ac ob„nitatur, fortior videatur, quam qui ejus nul„lam interpellationem sentiat. 4. Si virtutis „robur tolerantia est, nonne qui molestiis exer„cetur animus, fortiterque tolerans cupidita„tibus atque vitiis obsistit, illi præstare forti„tudinis laude putandus est, qui nullas ejus„modi molestias persentit? melior & præ„stantior est, quando ex modo concessis evi„denter sequitur, qui inter concupiscentiæ „æstus continentiam tenet, quam qui nulla „pulsatus libidine in castitate secure castris „meret.



S. METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS
LIBER
DE LIBERO ARBITRIO.

§. I.
Argumentum.

Tractatus hic de libero arbitrio ad instar Dialogi aut disputationis inter quendam ex Valentiniani secta hæreticum & Catholicum est compositus. Astruebat Valentinianus æternam materiam mali seu peccati causam esse. „Orthodoxus vero ostendit, ut duo sint princi„pia æterna, imo si etiam materia ab æterno „foret, malum tamen æternum non esset: ne„que materiam esse causam mali, neque Deum „auctorem peccati, sed in solo libertatis abusu „illud esse, ex quo res divinæ legi adversas „patrat: Librum hunc Combefisius ex Pho„tii Bibliotheca, Meursii *variis divinis*, & Ma„nuscripto quodam a Sirmondo sibi communi„cato edidit.

§. II.
Analysis.

An materia æterna. 1. VALENTINIANUS. Cum amice heri sero ad maris littus ambularem, statim se „divinæ virtutis præstantia objecit oculis: vi„debam enim fluctus montanis superciliis pro„ximos, nec mihi inde aliud expectandum oc„cur-

rebat, quam ut universam terram submerent. Verum mox mare ut intumuerat, in ısum resolvebatur, non transgrediens lon suum reveritum, divinum mandatum. inde volebam cœlum animo metiri & orn ejus, quali motu cieretur: atque de soquærendum videbatur, quis sit terminus sus ejus: neque de luna quærere cessan, causamque minutionis & accretionis ıtabar, quod ipsa nihilominus circulum dien teneat, indeque mihi quamdam divinam videntiam ac vim meliorem omnia contiıtem, quam & Deum jure dicimus, colligere ebar. Cæterum vero cœpi laudare opifin, qui terram fixam, animaliumque difentias, ac varios plantarum flores adspicen. Enimvero haudquaquam animus in hisce olis constitit, sed de cætero quærere cæunde hæc constituta essent, num ex ali, quad semper coexistat Deo, vel ex ipso que Deo nulla ei re coexistente consistet: nam nihil ex nihilo fecisse ratione non nino improbabili suppetente considerann duxi: habent enim quæ fiunt, ex aliquo i, similiter etiam vere dicendum videbatur, il Deo præter ipsum coexistere, esseque ipso creante, siquidem id suaserat compitus elementorum ordo, naturæque in eis ıcinnitas. Sic vero bene statuisse arbitrans num rediens: ceterum cum hodie exissem, ›s hominus contendentes invicem adspealterum item qui vellet expoliare proxim, alterum eum occidentem. Tantarum o rerum spectator factus cœpi requirere,

„unde hæc essent, quodnam vero ea etiam „principium habuissent. Ac nemo quidem „Deum talium auctorem habuerit dicere, sed „neque ab eo habere, quo sint & consistant: „qui enim talia de Deo cogitare licuerit, qui „sane bonus est, auctorque meliorum, cui nec „quidquam vitii insit? Quare alienum a ra„tione duxi, illa Deo affingere, aut tamquam „ab eo facta accipere, quamquam maxime „concedendum sit, posse aliquid ex nihilo fieri, „siquidem Deus ex illo fecit mala: nam qui „fecit ex nihilo, non jam ultra in nihilum re„digeret. Existimo ergo, quod aliquod sit, „quod ei coexistat, dictum *materia*, ex qua „sapienti arte discernens ac pulchre exornans „res condiderit, ex qua & mala videntur or„ta. Cum enim illa & sine qualitate & infor„mis exifteret, ad hæc vero etiam inordinate „ferretur, Deique arte indigeret, non invidit „ipse, neque ita semper permisit ferri, sed ela„borare cœpit, optimaque ab ejus pessimis se„cernere voluit, atque ita quæcunque Deum „ex illa proceare decebat, procreavit; quæ„cunque vero habuit fæculenta ceu inepta opi„ficio, qualia erant, nihil ipsi utilia dereli„quit: ex quibus modo apud homines mala „influere arbitror.

Materia non est æterna nec increata.

2. Orthodoxus. „Sane quod nullo mo„do fieri possit, ut sint duo simul increata, „ne te quidem ignorare puto: plane enim duo„rum alterum necessum foret dicere, vel quod „Deus separatus sit a materia, vel contra quod „indivisus illi cohæreat. Si quis igitur unita „velit

„velit dicere, unum increatum dixerit, erit „siquidem unumquodque hoc propinqui pars. „Porro quæ sunt invicem partes, non duo in„creata, sed unum diversis consistens increa„tum erunt. Atque adeo necessum est, ut nisi „Deus separatus sit a materia, unum increa„tum esse dicatur. Sin vero divisa ali„quis dixerit, necesse est, intercedere ali„quod medium, quod separata exhibeat, se„cundum quod stat discretorum distantia, ne„que id in uno hoc soloque consistit, sed ex„tenditur ad innumera ejusmodi: quam enim „in duobus increatis rationem diximus, simi„liter oportet procedere, si concessum fuerit, „illa esse tria, nam & de illis quæsierim, sint„ne ab invicem separata, vel unumquodque „propinquo unitum sit? Quod si quis etiam „dicat, neque Deum a materia separatum esse, „ac neque rursum ambo ut partes uniri; sed „esse Deum in materia ut in loco, materiam„que in Deo habere rationem continentis, no„verit ille fore, ut si materiam Dei locum di„xerimus, necessario etiam dicendus sit com„prehensibilis, & qui a materia circumscriba„tur: quin & simili, atque materia, ratione „cumferatur oportet. Præterea fatendum ne„cessario est, fuisse Deum in deterioribus, nam „si materia quandoque ornatu caruit, Deus „vero volens ad statum meliorem reducere, or„natum contulit, fuit aliquando, cum Deus „in inornatis inculpatisque existeret. Sed „& illud jure quæsierim, totamne materiam „Deus occuparet, an solum in parte aliqua exi„steret: sane siquis Deum in parte tantum ma„teriæ

„teriæ affirmare velit, minorem materia dixe-
„rit: sin dixerit esse in tota, quomodo eam
„elaboravit, necesse est enim ut dicamus, fuisse
„Deum aliquo modo in se retractum, ut con-
„tractione facta illam partem componeret, a
„qua se retraxisset, vel etiam una cum mate-
„ria effinxisse non habentem locum, quo se
„interim reciperet. Si vero quis asserat, ma-
„teriam in Deo fuisse, similiter exquirendum
„restat; utrum scilicet velut ipso diviso a se
„ipso sicut animalia in aere existunt; & sic
„Deum divisibilem dicemus: vel eo modo, quo
„aqua in terra est, cum materia esset incom-
„posita, & mala etiam contineret, Deum lo-
„cum dicemus incompositorum, turpium, at-
„que malorum, quod minus decens & pericu-
„losum videtur, nam ideo vis esse materiam,
„ne Deum malorum auctorem affirmaveris,
„cumque hoc velis cavere, malorum conce-
„ptaculum eum dicis. Si autem dicis mate-
„teriam nudam & informem Deo coexistere,
„ex qua mundum creavit, ergo si mundus fa-
„ctus est a Deo, & in mundo sunt qualitates,
„utique qualitatum conditor Deus fuit. Quia
„vero in superioribus dixisti, non posse ali-
„quid ex nihilo fieri, si qualitates mundi ex
„non subjectis qualitatibus factæ sunt, & has
„esse aliquid aliud a substantia existimas ne-
„cesse erit dicere, illas ex nihilo a Deo crea-
„tas esse.

Materia & mala non sunt æterna.

3. „Iterum autem instituta de malis dispu-
„tatio resumatur. Mala utrum substantiæ vi-
„dentur, vel qualitates substantiarum. Dicis
„qua-

„qualitates, & materia erat sine qualitatibus „& informis. Hæc ergo nomina substantiæ „junguntur ex iis, quæ ipsi accidunt: neque „enim homicidium est substantia, neque quid„quam aliorum malorum, sed agnominatur „ab operationibus, nam neque homicidium „est homo, sed is, ob illud perpetratum qua„dam velut nominis deflexione homicida agno„minatur, nec quidquam ex aliis est substan„tia, sed potest dici mala, quod malorum quid„quam egerit. Si ergo ob ea quæ quisque fa„cit malus est, quæ autem facit, principium „habent, consequens fit, ut & ille cæperit „esse malus, cæperintque etiam ista mala: „quod si verum est, nemo igitur ante omnium „principium æternumque malus est, ac neque „mala sunt increata.

4. „Si vero dicis, quod materia suis af„fecta qualitatibus ab æterno fuit, cujus erit „creator Deus? sive enim substantias dixe„rimus, jam ante fuisse affirmamus, sive rur„sus qualitates, & illas extitisse asserimus. „Cum ergo sint sine Deo & substantiæ & qua„litates, supervacaneum videtur, ut Deus dica„tur creator. Dicis ob mutationem qualita„tum in melius Deum dici creatorem, ita qui„dem ut malæ qualitates non sint mutatæ in „melius, unde mala oriuntur, reliquæ vero „quæcunque erant commodæ, ornatus causa „a Deo mutatæ sint. Verum quomodo malas „qualitates, ut a principio fuerint, relictas di„cis? vel ita, ut posset eas Deus tollere, vel „ut voluerit quidem, sed non potuerit? si po„tuisse

„cultate auferente, quod erat melius, non enim „dico fuisse hominem creatum in interitum, „sed propter meliora: nam si factus esset velut „aliquod de elementis, sive aliis sic insensate „servientibus Deo, non jam proposito dignam „mercedem reciperet, sed esset velut auctoris „instrumentum aliene a ratione ob male gesta „reprehensioni obnoxius, causa enim horum „esset utens; imo neque quod est melius ho„mo cognosceret, nisi illius cognovisset aucto„rem, sed illud tantum, ad quod esse natus est. „Quare dico, cum Deus hominem honoraret, „& scire eum meliora vellet, dedit ei potesta„tem, qua posset facere, quæ vellet, ejus„que potestatem ad meliora hortatur, non „quod rursus auferat potestatem liberam, „quam dedit, sed tamquam quod melius est, „declarare velit, ad instar patris hortantis fi„lium ad addiscendas litteras. Quamobrem „Deus non vult dare præceptum, ut auferat „potestatem quam dedit, sed ut melius aliquid „donet tamquam digno, qui meliora adipisca„tur, quia paruit Deo, cum alioqui potestatem „non parendi haberet. Dico autem factum ho„minem liberum, non velut malo aliquo jam „existente, cujus eligendi si vellet potestatem „acceperit, sed propter concessam facultatem, „qua pareret, vel non pareret præcipienti Deo, „est hoc enim, in quo erat posita facultas arbi„trii. Creatus autem homo præceptum a Deo „accipit, jamque inde inchoat malum; nam non „paret divino præcepto, hocque & unum ma„lum erat, inobedientia, quæ tunc incepit: ne„quis enim eam dixerit ingenitam, genito & „creato eo, qui fecit.

S. ME-

S. METHODII
EX LIBRO
DE RESURRECTIONE.

§. I.
Argumentum.

Tractatus de Resurrectione a S. Methodio contra sententiam Origenis conscriptus erat, qui hominem cum sua carne non resurrecturum existimabat. Fuit adinstar dialogi exaratus inter Aglaophonem, qui ex parte Origenis stabat, & Proclum, & Methodium, sive Eubulum, qui ejus sententiam oppugnabant. S. Epiphanius longum hujus tractatus deperditi fragmentum affert in hæresi Origenis, & Photius in Biblioth. *cod.* 234. Addidit & alia fragmenta Combefilius ex manuscripto P. Sirmondi, quæ omnia collegit, & ex codice Cardinalis Rupifucaldii emendavit D. Gallandius *tom.* 3. *nov. Biblioth. Patrum*, ex qua sequens Analysis excerpta est.

§. II.
Analysis.

1. „Malum Deus non fecit, sed quidquid „arbitrii sui potestate præditum ab „eo factum est, ut quam is legem justissime præscripsit, servaverit, ea non servata, malum „appellatur. Est autem gravissimum hoc damnum in primis, Dei mandata negligere, ac *Malum ex abusu liberi arbitrii.*

„justitiæ, quæ adjuncta libertati est, limites „præterire.

Adam cum vera carne creatus est.

2. „Primus autem ipse parens antequam „*pelliceæ tunicæ* consuerentur, ossa se & carnem „habere confitetur, cum nimirum perductam „ad sese mulierem contemplatus, *hoc nunc os* „*ex ossibus meis*, inquit, *& caro de carne mea.* „*Gen.* 2. *v.* 23. *sqq.* neque enim certos homines „ferre possum, qui scripturas impudentissime „detorquent, quo suum illis de resurrectione „sine carne dogma procedat, qui ideo & ossa „quædam intelligibilia & carnes similiter in„telligibiles commenti sunt. Atqui hæc per„inde ac scripta sunt accipienda esse, Christi „confirmat auctoritas, ubi interrogantibus „Pharisæis de uxoris divortio respondet: *Non* „*legistis, quia qui fecit hominem ab initio, ma*„*sculum & fæminam fecit eos. Matth.* 19. *v.* 4.

Corpus non est carcer & vinculum animæ.

3. „Sed & illud perspicue absurdum est, „arbitrari corpus in æterna illa vita minime „cum anima futurum, quod illud tamquam „vinculum & pedica sit, ut ne, juxta quod „opinantur, sempiternis vinculis corruptionis „addicti videamur, qui in lucis illo regno „simus habitaturi: cum enim abunde refutata „sit illa sententia, qua animæ vinculum car„nem esse definiebant, etiam illud solutum est, „fore ut ideo caro non resurgat, ne si eam re„sumserimus vincti propter eam in regno illo „lucis futuri simus.

Corpus ob peccatum moritur.

4. „Igitur ne immortale quoddam ac sem„piternum malum esset homo, in quo pecca-

„tum

„tum dominium obtineret, propterea mortalem illum Deus esse voluit, ac morte damnavit, hoc enim scorteæ illæ tunicæ significabant, ut nimirum corpore resoluto omne ex imo peccatum stirpitus enecaretur. Etenim quamdiu corpus vivit, cum eo vivere peccatum necessum est, quamtumvis quibusdam velut castigationum putationibus coerceatur: alioquin post Baptismum jam nullum scelus perpetramus, si peccatum a nobis funditus esset sublatum: atqui etiam post susceptam fidem ac postquam ad aquam illam sanctificantem accessimus, sæpe peccatis obnoxii invenimur, neque enim adeo se immunem ab omni peccato gloriari quispiam potest, ut ne cogitatione quidem scelus ullum admittat: quare accidit ut modo quidem peccatum fide reprimatur & consopiatur, utne pernitiosos fructus emittat, non tamen ut omnino & radicitus extinguatur; at in futuro illo statu mali omnis vel futura cogitatio tolletur. Cum enim Deus hominem elegantissimum opus suum fraudulentis artibus atque invidia perspiceret male habitum, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne in omnem æternitatem infectum macula immortale illud secum adveheret vituperium, sed in materia denuo resolvit, ut quidquid in eo vitiosum erat, reformatione ipsa velut eliquatum periret, quemadmodum etiam Jeremias Propheta ait: *Figulus intercidit vas, quod ipse faciebat in manibus suis, & rursum finxit ille vas alterum, quemadmodum placuit illi, ut faceret... Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis. Jer. 18. v. 3. seqq.*

Mundus non interibit omnino, sed renovabitur.

5. „Sed nec illud magnopere probo, ut „universum hoc funditus periturum dicamus. „Sane quidem mundus hic totus, ut purgari „possit & instaurari, exundantibus de cœlo „flammis incendio conflagrabit, non tamen in„teribit ac corrumpetur omnino. Etenim si „mundum non esse, quam esse melius est, cur „quod deterius est, mundum fabricando Deus „eligeret? Quamobrem ut essent ac mane„rent, conditas a se res Deus constituit, quem„admodum etiam sapientia astruit his verbis: „*Creavit enim, ut essent omnia, Deus.* Sap. 1. „v. 14. Cui & perspicue Paulus adstipulatur „ita loquens: *Rom.* 8. *Ipsa creatura liberabitur* „*a servitute corruptionis:* quo nomine mundum „hunc significare voluit. Manet igitur crea„tura in statum meliorem renovata exultans „pro resurgentibus Filiis Dei, ut cum fueri„mus excitati a mortuis, ipsa quoque libere„tur a corruptione: sicut enim, inquit Isaias. „*Is.* 66. *v.* 21. *Cælum novum & terra nova, quæ* „*ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Do*„*minus, sic erit semen vestrum, & nomen vestrum.* „Unde & terram necesse est & cœlum post il„lam rerum omnium conflagrationem existere.

Mundus renovandus.

6. „Sin autem adversarii objiciant. Quei „ergo, nisi universum hoc sit periturum, Do„minus quidem *cælum ac terram transitura* ait „*Matth.* 24. *v.* 35. Propheta autem *cælum instar* „*fumi esse periturum, terram autem quasi vestimen*„*tum veteraturam. Is.* 51. *v.* 6. Nos ideo re„sponderimus, quod id moris scripturæ sit, ut „mundi ab statu hoc in melius mutationem in-

„teri-

„teritum appellet, velut nimirum pereunte „priore illa forma conversione in jucundissi„mum statum. Et vero putandum est fore, „ut velut moritura in ea conflagratione crea„tura renovanda prætereat, non tamen ut per„eat, ut renovati ipsi in mundo renovato ha„bitemus doloris expertes, juxta quod dictum „est: *Renovabis faciem terræ. Ps.* 103. *v.* 80. „Nam cum post hujus sæculi exitum terra adhuc „perseveratura sit, omnino necesse est, ut etiam „sint, qui inhabitent, iique qui nec morituri „sint amplius, nec copulandis nuptiis, aut „procreandæ soboli operam daturi, sed ange„lorum more, sine ulla mutatione immortali „statu felicissime victuri.

In resurrectione quomodo Angelis similis erimus.

7. „Ulterius objiciunt: respondit Dominus „Sadducæis tentantibus, fore, ut qui resur„rectionis compotes erunt, sint sicut angeli. „Atqui angeli quia carnis expertes in summa „degunt felicitate & gloria: quare & nos, quos „æquari oportet angelis, necesse est, ad eum„dem modum carne nudatos angelos fieri. Ve„rum respondetur: qui ex nihilo mundum fa„bricavit, non Angelis modo, sed & Princi„patibus & Thronis eamdem immortalem na„turam impertivit, quamobrem etiam homo, „qui ut habitaret mundum, omnibusque in eo „rebus præesset, ex prima dispositione consti„tutus est, velut immortalis, numquam, in „Angelorum aut alterius cujuslibet formam „ex homine convertendus est, quando nec An„geli ab ea quam initio sortiti sunt specie & „natura v. g. Principatus in Potestates trans-

„mutari possunt. Et vero Christus adveniens „non in alteram demutari naturam hominis „oportere prædicavit, sed in id redire, quod „initio fuerat, antequam excideret, tum cum „esset immortalis, siquidem necesse est, ut „unumquodque creatum suæ constitutioni na„turæque congruo loco persistat. Neque „vero quod velut malum hominem fabricave„rit Deus, aut in eo fingendo aberrarit, An„gelum postea illum facere voluit, quia ipsum „vilissimorum opificum instar pœnitentia ce„pisset; neque cum Angelum principio facere „constituisset, neque id esset assecutus, homi„nem procreavit, nimirum istud imbecillum „est. Quamobrem hominem esse hominem „volens initio produxit: quodsi ut volens fe„cit, vult autem, quod bonum est, homo vero „bonum est, idemque ex anima constat & cor„pore; sequitur extra corpus hominem mini„me fore, sed in corpore, ne alius præter ho„minem homo producatur: opus enim est, ut „a Deo immortalia omnia genera conserven„tur. Atqui homo est immortalis, creavit „enim, inquit sapientia, hominem *inextermi„nabilem*, & imaginem æternitatis suæ fecit „illum. *Sap.* 2. *v.* 22. Corpus itaque non pror„sus extinguitur & perit, nam homo ex anima „& corpore consistit.

In resurrectione Angelis sumus proximi.

8. „Ac vide quæso quemadmodum Domi„nus eadem illa tradere Sadducæis resurre„ctionem negantibus voluerit, ait enim: *In „resurrectione neque ducunt uxores neque nubunt, „sed ut angeli in cælo sunt*, non quod carnem

„non

„non habeant, ſed quod mutuas nuptias nul„las contrahant, ſed deinceps ſint corruptionis „expertes. Addit vero, ea nos Angelis pro„ximos, ut quemadmodum Angeli in cœlo, ſic „nos in paradiſo neque nuptiis amplius, neque „conviviis indulgeamus, ſed in contemplando „Deo excolendaque vita ſimus occupati præ„ſide ac moderatore Chriſto: nam non dixit: „*Erunt Angeli*: ſed: *ſicut Angeli*; velut nimi„rum *gloria & honore coronati*, *paululum vero* „*ab Angelis differentes*, atque illorum naturæ „proximi *Pſ.* 5. *v.* 6. Quamobrem ſtultiſſimum „eſt, ita colligere: Quoniam Chriſtus ſanctos „in reſurrectione tamquam Angelos viſum iri „pronuntiavit, idcirco fore, ut corpora hæc „non reſurrexerint, præſertim cum vox ipſa, „velut collatione ejus, quod contingit, ratio„nem perſpicue oſtendat: nam reſurrectio non „de eo dicitur, quod numquam cecidit, ſed „de eo quod cecidit, & iterum aſſurgit: nec „quod non moritur, ſed quod moritur inclina„re dicitur: at moritur caro, anima quippe im„mortalis. Quapropter ſi immortalis eſt ani„ma, corpus vero cadaver eſt, qui ita reſur„rectionem eſſe confitentur, ut eam nihil ad „carnem pertinere putent, reſurrectionem pe„nitus negant.

9. „Reſurrectio hæc carnis ulterius proba„tur, quoniam caro inter confinia corruptionis „& incorruptionis, & nec corruptio nec incor„ruptio creata erat, victa vera eſt a corruptio„ne propter voluptatem, quanquam eſſet in„corruptionis opus & poſſeſſio. Poſtquam ergo *Reſurrectio carnis probatur.*

„victa fuisset a corruptione, mortique propter „prævaricationem tradita, noluit Deus ipsam „ceu hæreditatem corruptioni ad victoriam re„linquere, sed rursum victa per resurrectionem „morte incorruptioni reddidit, utne corruptio „incorruptionem, sed magis incorruptio quod est „corruptibile in hæreditatem acciperet. *Opor„tet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, „& mortale hoc induere immortalitatem.* 1. *Cor.* 15. „*v.* 53. Corruptibile autem & mortale hoc in„duere immortalitatem & incorruptionem quid „aliud sit, quam ut quod *seminatur in corruptione, „surgat in incorruptione. v.* 42. Non enim anima „corruptibilis est aut mortalis, sed caro, ut „*sicut portavimus imaginem terreni, portemus & „imaginem cœlestis, v.* 49. Nam imago terreni „illud est: *Terra es & in terram reverteris. „Gen.* 3. *v.* 19. Imago autem cœlestis est resur„rectio ex mortuis & incorruptio: ut *sicut Chri„stus surrexit per gloriam Patris, ita & nos in no„vitate vitæ ambulemus. Rom.* 6. *v.* 4. Quodsi „quis terrenam imaginem carnem istam dici „existimet, cœlestem vero imaginem corpus „aliud spiritale præter carnem, hic prius co„gitet, quod Christus cœlestis ille homo, eam„dem membrorum formam eamdemque ima„ginem ac carnem nostri similem gestans visus „sit, propter quam etiam ipse non homo homo „factus sit, ut *sicut in Adam omnes moriuntur, „ita & in Christo omnes vivificentur,* 1. *Cor.* 15. „*v.* 22. non enim ideo carnem portavit & in„duit, ut non liberaret & resuscitaret carnem, „sed ut resurrectione donaret. Cum ergo ait „Paulus: *Caro & sanguis regnum Dei non pos„sunt*

„sunt possidere, v. 20. non velut carnis regenera-
„tionem neget ita effert, sed quo doceat, non
„posse regnum Dei, quod sit vita æterna, pos-
„sideri a corpore, sed corpus a vita: si enim
„regnum Dei, cum sit vita, a corpore possi-
„deretur, eveniret vitam absorberi a corruptio-
„ne, nunc vero vita mortuum possidet, ut
„mors in victoriam absorbeatur a vita.

10. „Rursus cum ex modica stillula ac *Probatur ulterius.*
„necdum prorsus existente nequidem in ejus-
„modi humido ac parvitate, denique ex nihilo
„homo fiat, quomodo non potius ex homine
„qui fuit, fuerit rursus resurrectione homo?
„minus quippe videtur difficile, ut quod fuit
„& est dissolutum, denuo componatur, & re-
„paratum fiat, quam ut quod nondum fuit, ex
„nihilo prodeat. Sane, rogo, cujusnam sit
„Scenopegia *Lev.* 23. *v.* 39. *seqq.* præcepta?
„instituta est in signum veri tabernaculi nostri,
„quod incorruptionem prævaricatione prola-
„psum, se Deus denuo compactum excitatu-
„rum promisit, quo ei in veritate magnam Sce-
„nopagiæ solennitatem celebremus in resurre-
„rectione, quando compacta ad immortalitatis
„ornatum nostra tabernacula immunia a cor-
„ruptione de pulvere resurgent, quando audi-
„tura sunt ossa arida suis iterum commissuris
„reddita admovente vivifico plaste Deo, car-
„nem denuo renovante non jam qualibus etiam
„initio continebatur vinculis, sed plane dein-
„ceps immortalibus atque insolubilibus. Nam
„vidi ego in Olympo monte Lyciæ ignem
„sponte sua in montis cacumine ex imo terræ

Arbor in Olympo semper virens in igne.

„erumpentem, juxta quem extat arbor Agnus „nomine adeo florida virens & opaca, ut ju„gibus potius aquis irrigua nasci videatur. „Quam igitur ob causam, cum naturae corru„ptibiles sint, & corpora igni consumantur, „tantum abest, ut haec arbor exuratur, ut „etiam virentior existat, idque cum ad ipsius „ejus radices ignis eructet: sane ego decer„ptos e circumjacente silva arborum ramos in „ignem illum erumpentem conjeci, qui subito „in cineres redacti sunt. Rogo itaque quam„obrem arbor illa non consumitur, quin vivit „& floret? quid sibi ergo vult hoc miracu„lum? Posuit Deus futurae diei illius indi„cium quoddam & initium, ut sciamus, fore „ut igne cœlitus pluente omnibus consumtis „corpora illa quae claruerunt in castitate & ju„stitia per ignem non secus, ac per aquam fri„gidam sine aliquo dolore ab ipso deducantur.

Cultus S. S. imaginum.

11. Sequuntur modo alia fragmenta ex libro de resurrectione S. Methodii allegata: & inprimis a S. Joanne Damasceno *Orat.* 2. *de imag.* ubi Methodius arguit a principum ad sacras imagines ut in utrisque honori vel contumeliae habeatur prototypon & exemplar.

Corpus non est vinculum animae.

12. Rursus ex eodem libro de resurrectione S. Methodii, Photius *Bibl. cod.* 234. allegat sequentia: „Corpus non est vinculum ani„mae, ut Origenes existimavit, neque enim „animae operationes a corpore impediuntur, „imo corpus circumfertur potius, & coopera„tur ad ea, ad quae anima invitat. Male etiam „sen-

„sentit Origenes, quod post prævaricationem „corpus animæ vinculi loco adjunctum dixe„rit, cum prius sine corpore viveret: sed & „hoc adjecerit, corpus quod gestamus, causam „esse peccatorum. Quodsi corpus datum est „animæ ut vinculum post prævaricationem, „vel est datum ut malorum vinculum, vel ut „bonorum; non ut bonorum, nullus enim me„dicus remedium peccanti porrigit, ut plus „peccet, multo minus Deus: superest ergo „ut sit datum tanquam vinculum malorum. „Atqui videmus, utprimum Cain hoc corpore „vestitus homicidium fecerit: Ergo neque cor„pus est vinculum malorum: Ergo neque ullo „modo vinculum, neque illud anima post præ„varicationem primum induit.

13. „Homo si ejus naturam spectes, veris„sime dicitur neque anima sine corpore, neque „corpus sine anima, sed illud quod ex coalitio„ne animæ & corporis in unam pulchri boni„que formam conflatur. Origenes vero ut „Plato solam animam dixit constituere homi„nem. Differentia autem inter hominem & „cætera animalia est, quod his quidem datæ „sint diversæ naturæ, species formæque, quan„tas nimirum terra Deo jubente produxit: ho„mini vero datum est, ut esset Deo similis & „deiformis, utque omnia ad exactam illam „exemplarem Patris unigenitique imaginem „spectantia haberet. Phidias autem statua„rius cum Pisæam statuam ex ebore formasset, „imperavit ante statuam oleum effundi, ut vim „illi immmortalem ea ratione conciliaret. *Homo ex corpore & anima conflat.*

Diaboli & hominis lapsus.

14. „Diabolus est spiritus
„a Deo factus, quemadmodum
„geli ab eodem facti sunt, cu
„formarum in materia adminis
„est. Ea enim productionis a
„fuit, ut in iis, quæ a Deo
„providentiâ moderandis, vica
„ram navarent. At vero caete
„statione perstiterunt, cujus gr
„diti sunt, diabolus vero petul
„in eorum, quæ sibi fuerant
„curatione concepta adversus
„mum se præbuit: queadmodu
„postea corporum concupiscen
„cum filiabus hominum stupri
„habuerunt. Cum vero Deus o
„lum æternum ex insidiis dæm
„deret, fecit Adamo tunicas
„velut mortalitate eum inducer
„corporis dissolutione intermo
„quid in eo mali productum est

Duplex S. Pauli raptus.

15. „Binæ S. Paulo revelat
„runt: neque enim Apostolus pa
„tio cœlo collocat, ait enim pri
„*esse usque ad tertium cœlum*, dei
„*in paradisum*. 2. *Cor*. 12. *v*. 2.
„rium sentientes male paradisum
„talem ponunt ex apostolico dict
„in paradiso vitam sine corpore

Liberum arbitrium.

16. „Malum facere & non fa
„stra potestate, nam alioquin ne
„remus pro male actis, nec pra

mus pro meritis: at cogitare vel non cogitare mala non est in nostra positum potestate: quamobrem divinus Paulus dicit: *Non enim quod volo, hoc ago, sed quod nolo, hoc facio. Rom.* 7. *v.* 15. Hoc est non quod volo cogitare, hoc cogito, sed quod nolo. Porro eradicatum est malæ cogitationis vitium adveniente naturali morte, nam & ideo mors peccatori inflicta est, ut ne malum æternum foret.

17. Denique Photius *loc. cit.* ex eodem libro de resurrectione S. Methodii sequentem compendiosam expositionem quorumdam dictorum Apostolicorum refert. Et primo quidem S. Methodius illud Apostoli dictum: *Ego autem vivebam sine lege aliquando. Rom.* 7. *v.* 9. ita exponit: Quam olim in paradiso in primis parentibus ante præceptum non corporis expertes, sed cum corpore ducebamns vitam significat; tnnc enim immunes agebamus a concupiscentia, ne ullo quidem modo insultus ejus vimque scientes, neque enim habere, ad cujus præscriptum agas, hoc ab omni crimine absolvit: nam nemo concupierit, quod non est vetitum, nec vero etsi concupierit, crimini dabitur, quomodo enim ejus quisquam desiderio (*malo*) exardescat, a quo non arcetur, & quod minime necessarium habeat? Ideo igitur *concupiscentiam nescivissem, nisi lex dixisset: non concupisces* nam cum audivissent: *de ligno autem cognoscendi bonum & malum non edetis de illo. Gen.* 2. *v.* 17. tunc conceperunt concupiscentiam: dato enim *Quomodo lex ansa peccati.*

„man-

„mandato habuit diabolus, quo in me concu-
„piſcentiam operaretur: *ſine lege enim peccatum*
„*mortuum erat. Rom.* 7. *v.* 8. Ego autem ante
„præceptum latum irreprehenſibilem vitam
„agebam, ut qui normam non habebam, ſe-
„cundum quam viverem, *ſed cum veniſſet man-*
„*datum peccatum revixit &c. v.* 9. *ſeqq.* nam poſt
„legem a Deo latam, quid faciendum eſſet,
„quove abſtinendum, operatus eſt in me con-
„cupiſcentiam diabolus: quod enim a Deo ad
„vitam mandatum acceperam, contemnenti
„mihi ceſſit in mortem, neque tamen Dei
„mandatum mihi cauſa fuit, ut corruptionis
„jugo manciparer, ſed diabolus, ut palam
„proderetur, qui per bonum mihi molitus eſ-
„ſet malum. *Scimus enim quia lex ſpiritualis*
„*eſt*, ſpiritualia autem procul a cupiditate alie-
„na, procul a peccato habitant: *Ego autem*
„*carnalis ſum venumdatus ſub peccato*, id eſt, in
„boni malique confinio poſitus velut liberi ar-
„bitrii, ut in mea ſit poteſtate, quid velim eli-
„gere: cum itaque annuiſſem, ut legi qui-
„dem ſpirituali non obſequerer, obſequerer ve-
„ro legi carnis, ſerpentis nimirum conſilio
„propter ejusmodi electionem lapſus in pecca-
„tum, diabolo venumdatus ſum; hinc malum
„in carne mea tamquam in domo habitat, hac
„violati præcepti mulcta impoſita, ut malo
„venderer. Unde & quod dicitur, *non cog-*
„*noſco, quod operor, & quod odi facio*, non
„ſic accipi debet, quaſi de malo opere intelli-
„gatur, ſed duntaxat de cogitatione, non
„enim in noſtra eſt poteſtate, ut cogitemus
„vel non cogitemus abſona, ſed ut utamur vel
„non

utamur cogitatis: ut hæc sit illius loci
ntia, *non enim quod volo, facio bonum*:
enim minime cogitare, quæ mihi no-
t, *quod autem nolo, ago malum*, qui ni-
m nolim cogitare, & cogitem, quæ nolo.

. „Siquis vero objiciat, haberi ex Apo-
, quod non solum cogitando malum
imus, & quod nolumus faciamus, verum
n ipso opere, eoquod dicat: *hoc ago*:
: explicare jubeamus, quodnam esset il-
nalum, quod Apostolus faceret, qui erat
lus imitator Christi. Illud quidem optan-
erat, ut adversarios nullos haberemus,
quoniam fieri istud non potest, hinc quo-
est, ut quod volumus non possimus, quia
tet nos probari. Cum ergo ait Aposto-
scio enim, quod non habitat in me, hoc
in carne mea bonum; peccatum voluit
ficare, quod ex illa divini mandati trans-
ione per cupiditatem in nos invectum
x quo ceu novi quidam surculi voluptua-
nos cogitationes circumstant semper &
lent. Est enim in nobis duplex cogita-
ım genus, aliud quod ex cupiditate illa
ante in corpore excitari solet, quæ a frau-
iaboli procedit: aliud quod ex lege man-
derivatur, lege inquam illa, quam a na-
ingenitam hausimus, in id animum ex-
ıtem, quod est honestum. Eo fit, ut
te quidem condelectemur legi Dei, hoc
ı est homo ille interior, cupiditate au-
quæ habitat in carne, legi diaboli: hæc
ı ea lex est cum divina pugnans eique re-
„sistens,

Cogitationes malæ unde & an noceant.

„sisteas; illi nimirum mentis in bonum impul„sioni, quæ vitiosas cogitationes producit.

Tres leges & earum proprietates.

19. „Porro Apostolus tres omnino leges „distinxit: Una illa est juxta insitam nobis bo„num, quam aperte *legem mentis* appellat: al„tera est, quæ ex nequissimi impressione con„flata in vitiosas sæpius cogitationes & phan„tasias animum conjicit, quam *legi mentis ad„versari* dixit: Tertia demum, quæ per pec„catum ex cupiditate carni occalluit, quam ille „*legem peccati habitantem in membris nostris* vo„cavit, cui etiam improbus ille hostis insidens, „nos ad scelesta facinora compellit, nam quia „nobis ipsis aliud esse videtur quod sit melius, „aliud quod deterius sit, cumque id quod na„tura melius deteriori potentius esse debuerit, „mens tota ipso impetu in bonum fertur, cum „autem id, quod est pejus exuberans suo pon„dere depresserit, tum demum ex adverso in „deteriores cogitationes trahitur, atque ea causa „est cur Apostolus mortem quamdam rem arbi„tratus liberari se optet: dicens: Infelix ego ho„*mo, quis me liberabit de corpore mortis hujus*. Rom. „7. Statim vero infert, quæstionem dissolvens: „*Gratia Deo per Jesum Christum*. Itaqua non „corpus hoc mortem appellat, sed peccatum, „quod per cupiditatem in corpore residet, a „quo Deus Christi adventu ipsum eripuit: *lex „enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me „a lege peccati & mortis*. v. 25. Etenim quod „naturalis lex nobis insita præstare non pote„rat, qua parte imbecilla erat vincente insita „corpori cupiditate, confirmavit Deus misso Fi„lio

„lio suo carne assumpta simili carni peccati, ut „adjudicato neci peccato nullos amplius in carne fructus ederet, & justificatio legis naturæ „impleretur, obedientiæ merito iis exuberans, „qui non ex carnis cupiditate, sed ex spiritus „desiderio præscriptoque incederent. *Lex enim* „*spiritus vitæ*, hoc est Evangelium ad obedien„tiam peccatorumque remissionem posita a le„ge nos peccati & mortis peccato quod in car„ne regnabat prorsus devicto liberos fecit.

20. „Plantæ nec aluntur e terra nec au„gentur, nam quomodo immutata terra in „tantam arborum amplitudinem assumi possit? „oportebat enim locum in quo arbor excre„vit, circum jacente terra exsugentibus ra„dicibus in ligni naturam tota subducta ex„cavari: nam quomodo sese terra per radices „in plantarum trunco insinuans, perque mea„tus in omnes earum distributa ramos in folia „& fructus commutetur? sunt quidem proce„ræ arbores, & multus fructus. Quot annis „ferunt, plane tamen perspicuum est, nihil „eas de subjecta terra in silvescentis substantiæ „molem insumere, oportebat enim alias, ut „omnis circumquaque locus cavaretur, quod „nequeat corpus aridum instar substantiæ hu„midæ, ad quod cedit loco continuo velut af„fluxu contendere. Jam vero etiam ficus vi„demus extructis monumentis adnascentes, ut „nihil omnino ædificii in se convertant. Si„quis sane editos multis annis fructus folia„que colligere statuerit, multis partibus au„ctiorem molem terra monumenta aggesta *Plantæ e terra non aluntur.*

„perspexerit. Absurdissimum ergo est, existi„mare, terram in fructuum ubertatem foliaque „consumi, quanquam per hanc fiant omnia se„dem ipsam ac locum præstante: nam neque „panis sine mola fit, sine loco, sine tempore „& igni, nec tamen horum aliquid est aut fit „panis. (*Hæc sententia modernis Philosophis non „probabitur.*)

Vita nostra domus terrestris.

21. „Hoc Pauli: *Scimus enim quoniam si „terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur &c.* „2. *Cor.* 5. *v.* 1. Origenistæ ad tollendam corpo„rum resurrectionem proferunt, dicentes, ta„bernaculum esse corpus, domum autem non „manufactam in cœlis, quæ illi comminiscun„tur, spiritualia indumenta. Verum per ter„restrem domum brevis hæc vita abusive in„telligenda est, Si ergo hæc corporis vita in„star domus dissolvatur, habituri sumus do„mum illam non manufactam in cœlis: vo„cat autem *non manufactam* differentiæ causa, „quod vita hæc ideo manufacta dicatur, quod „omnis ejus cultus & studia hominum mani„bus administrentur, nam corpus cum sit Dei „opificium non dicitur manufactum, quod non „sit arte humana manibus efformatum. Hac „ergo brevi vita manibus veluti humanis susten„tata dissoluta immortalem illam vitam non „manufactam occupamus, id est, habitationem „apud Deum, quæ est ante resurrectionem, su„mus habituri, donec nobis instauratam do„mum nostram nunquam casuram recipiamus. „*Unde & ingemiscimus eo quod nolumus expoliari* „corpus, sed retento illo vitam reliquam su-

„per-

„pervestiri. Illud enim de cœlo domicilium, „quod superindui cupimus, immortalitatis est, „quam cum fuerimus *superinduti, absorbebitur* „penitus, quidquid in ea infirmum est & *mor-„tale* ab æterna vita consumtum, quia *caro & „sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque „corruptio incorruptionem possidebit.* 1. *Cor.* 15. „*v.* 50. Ubi carnis nomine Apostolus non ipsam „carnem significavit, sed brutum appetitum in „lascivas animæ voluptates. Sane corruptio „non res ipsa est, quæ corrumpitur, sed quod „corrumpit. Prævalente quidem morte ver-„git corpus in corruptionem, contra vero per-„manente in ea vita stat illabefactatum. Post-„quam ergo caro victa esset a corruptione, vi-„cta rursum morte per resurrectionem incor-„ruptioni redditur, ut *quod seminatur in cor-„ruptione surgat in incorruptione.*

22. „Justinus vero Neapolitanus vir haud „longe ab Apostolorum temporibus & virtuti-„bus remotus quod quidem mortale est, possi-„deri dicit, vitam autem possidere: & carnem „quidem mori, cœlorum autem regnum vive-„re. Cum itaque ait Paulus, non posse carnem „& sanguinem regnum Dei possidere, non eo, „inquit, dicit, ut carnis regenerationem vi-„deatur negare, sed ut doceat, non possideri „regnum Dei, quod est vita æterna, a corpo-„re, sed corpus a vita, si enim regnum Dei „seu vita a corpore possideretur, eveniret, ut „vita a corruptione absorberetur, cum contra „mors in victoria absorbeatur a vita.

Quomodo caro regnum Dei non possideat.

Quomodo cum Christo rapiemur in aere.

23. „Illud: *Et mortui qui in Christo sunt resurgent primum, deinde nos qui vivimus.* 1. *Thessal.* 4. *v.* 16. Sic edisserit S. Methodius, hoc „est, ipsa nostra hæc corpora, nos enim qui „vivimus, animæ sumus, qui resumimus excitata a terra corpora mortua, ut in occursum Domini una cum illis rapti gloriose ipsi „celebremus festum resurrectionis, eoquod „æterna tabernacula numquam amplius dissolvenda acceperimus.

Origenis error de resurrectione refutatur.

24. „Existimat Origenes non eamdem animæ carnem instauratum iri, sed fore, ut qualis est singulorum forma in specie, quæ & „modo carnem ceu obsignat distinguitque, spiritali alii corpori impressa, resurgat, ut iterum idem quisque secundum speciem formamque appareat; atque hanc esse promissam nobis resurrectionem: cum enim, inquit, corpus materiale fluxum sit, neque „in seipso unquam consistat, sed decedat, accedatque circa speciem distinguentem formam, qua etiam figura continetur, plane necessarium conficitur, ut resurrectio in sola specie & forma fiat. Verum o Origenes si resurrectionem in sola specie & forma in spiritale corpus mutata expectandam contendis, „& visionem Eliæ & Moysis pro certissima nobis demonstratione exhibes, & quemadmodum illi, inquis, post mortem non alia quam „viventes olim habebant, specie formaque apparuerunt, ita & nos omnes resurgemus. „Sed Moyses, Eliasque jam ante Christi passionem ac resurrectionem formam hanc quam

„ais

„ais habentes resurrexerunt, & apparuerunt, „quomodo ergo Christus *primogenitus mortuo-„rum* celebratur. *Apoc.* 1. *v.* 5. Si Moyses jam „ante Christi passionem ea forma Apostolis vi-„sus est, in qua resurrectionem implendam di-„cis? nam vel resurrectio solius formæ est, eó-„que jam Christus nequit esse Primogenitus „mortuorum, quod ea forma ante ipsum ap-„paruerint defunctorum animæ: aut revera „primogenitus est, tuncque nullo prorsus mo-„do, ut aliqui ante ipsum eam consecuti sint „resurrectionem, qua non amplius morerentur, „fieri potest. Certe absurdissimum est, ut in „sola forma resurrectio definiatur, cum palam „sit, animas, postquam etiam sunt carne egres-„sæ, speciem illam formamque, quam ais re-„surrecturam, numquam deponere.

Solvitur objectio. 25. „Quodsi quis dicat: si nemo, prius-„quam Christus ad inferos descenderet, resur-„rexit, quomodo referuntur aliqui ante ipsum „surrexisse, inter quos filius viduæ sareptanæ. „3. *Reg.* 17. Respondendum, ita resurrexisse, ut „iterum essent morituri; nos autem de iis pro-„nuntiamus, qui post resurrectionem numquam „sunt morituri. Quodsi etiam de anima Eliæ „dubius dixerit, quasi Scripturis affirmanti-„bus illum in carne assumptum esse, nos au-„tem doceamus, illum Apostolis absque car-„ne apparuisse, respondendum, hoc magis sen-„tentiæ nostræ favere: Res enim corpus quo-„que nostrum capax esse immortalitatis probat, „& fuit probatum in Enoch translato, si enim „incorruptionis capax non esset, haudqua-

„quam tanto tempore immune a corruptionis „labe mansisset. Siquidem ergo apparuit cum „corpore, eratque mortuus, at non velut mor„tuus Elias jam ex mortuis resurrexisset. Et „hæc, ut demus aliquid Origeni, qui ipsam „per se formam post mortem a corpore sejun„ctam animæ reddi dicit, quæ præ omnibus „minus videtur possibile, eoquod in alteratio„nibus prior forma quam carnes corrumpatur, „ut & figura fusæ statuæ prius quam totum „dissolutione intereat, non enim potest quali„tas a materia separari, ita ut per se existat. „Dicitur enim unum ab alio separari vel actu „& subsistentia, uti siquis triticum & hordeum „a se secernat: vel cogitatione, uti si materiam „a qualitatibus separemus, ac qualitates a ma„teria: vel actu non item subsistentia, cum se„paratum aliquid ab alio non amplius fuerit, „non habens quo subsistat. Itaque absurdum „est, ut quis formam, quæ nihil fuit extin„ctam resurrecturam dicat, corpusque cui illa „fuit impressa, corruptum iri contendat.

26. „Dicis corpus transferri in corpus spi„ritale. Ergo necesse est fateri, eamdam pro„prie formam primam non resurgere, eoquod „mutata sit & corrupta una cum carne: etsi „enim in spiritale corpus translata sit, ipsa ta„men eadem non erit primum proprie subje„ctum, sed quædam illius in subtili corpore „transformata similitudo: si autem non ea„dem forma, nec idem corpus resurgit, sed „aliud pro alio; nam simile cum sit aliud ab „eo, quod ipsi simile est, illud ipsum primum, „ad

ad quod fuit factum, & quod imitatur, esse non potest.

27. „Samuel, dives epulo, & Lazarus ante resurrectionem apparentes ostendunt, animam statim a migratione uti corpore. Respondetur, habere animam postquam a corpore migravit, formam huicce sensibili specie & habitu similem. (*Sed hæc sententia de animabus subtilia corpora habentibus, quam hic probare videtur S. Methodius deserenda est. Vid. Comp. Th. t.* 1. §. 178.)

S. METHODII
EX LIBRO DE CREATIS EXCERPTA.

§. I.

Argumentum.

Sanct. Methodium librum de creatis litteris mandasse veteres non produnt. Meminit tamen S. Hieronymus ejus commentariorum in Genesin, quorum nonnulla fragmenta in catenis manuscriptis adhuc supersunt, unde nonnullis visum, excerpta hæc a Photio *Bibl. cod.* 235. ex iisdem commentariis desumpta fuisse. Ut ut sit, S. Martyr disputat hic adversus Origenem, quem *Centaurum* appellat, & sanctioni Ecclesia Christi dogmata ethnicis eum intexuisse queritur.

§. II.

Analysis.

Illud: nolite projicere margaritas exponitur. 1. Sanctus Methodius in primo excerpto haec Christi verba: *Nolite projicere sanctum canibus neque magaritas vestras ante porcos. Matth. 7. v. 6.* Considerat & ita exponit „si „margaritas oportet intelligi divinas praeclarasque praeceptiones, uti vult Origenes, porcos autem homines impietati ac voluptatibus „deditos, quibus apostolicae praedicationis doctrina ad pietatem fidemque in Christum excitans non sit proponenda, sed celanda, vide sis, ut ne quemquam dicas, apostolicis „praedicationibus a prioris vitae conversatione „esse conversum, quod est blasphemum dicere. Ergo margaritae hoc loco non sunt accipiendae sanctiores disciplinae, porcique impii, „neque illud: *nolite projicere margaritas &c.* „ita explicandum est, ut prohibeat proponi „impiis infidelibusque sacra illa & consummativa fidei in Christum documenta; sed margaritae fuerint virtutes, quibus velut margaritis pretiosis ornatur animus: non objiciendas autem eas porcis: hoc est, non projiciendas virtutes, puta castitatem, temperantiam „&c. impuris voluptatibus, hae enim assimilantur porcis, ne has conculcantes in vitam „porcorum similem omnique vitiorum genere „plenam, animam cogant.

Mundus non est ab aeterno. 2. „Centaurus, id est, Origenes universum hoc soli sapienti, nulliusque egenti Deo „coaeternum asseruit, nam ait: cum non sit „opi-

„opifex sine opificio, nec creator sine creatu-
„ra; neque universalis Dominus sine subjecta
„universitate, a quo opifex, creator & Domi-
„nus nominatur, sequitur necessario, ut hæc
„Deus a principio creaverit, nec sit ullum tem-
„pus, in quo illa non fuerint. Quin & alte-
„rari mutarique continget immutabilem Deum
„& invariabilem: si enim tandem aliquando
„creavit universum, haud dubie an non crean-
„do mutatus transsivit ad creandum. Hoc au-
„tem absurdum est: non ergo dici potest, non
„esse ab æterno rerum universitatem, ac Deo
„coæternam. Respondetur: nonne Deum prin-
„cipium existimas fontemque sapientiæ ac glo-
„riæ, verbo, virtutis universæ substantialiter
„& non adscititie? sane inquis. Quid vero
„præterea? nonne omnino a se perfectus est,
„ac nullius indigens? ita est, impossibile enim
„est, ut quod nullius indiget, ab aliquo alio
„non indigentiam illam habeat, nam quidquid
„ab alio plenum est & perfectum, ipsum quo-
„que imperfectum dici necesse est, solum si-
„quidem, quod ipsum a se sui ipsius plenitu-
„do est manetque in seipso, perfectum censen-
„dum est. Deus ergo a se, non ab alio per-
„fectus judicabitur. Cum ergo aliud sit Deus
„a mundo, aliudque mundus a Deo, non igitur
„Deus propter mundum Deus, & perfectus,
„& opifex, & universalis Dominus dicendus
„est, utne propter mundum præsertim muta-
„bilem non ipse a se perfectus inveniatur: nam
„si a mundo non ipse a se, qui sit alius a mun-
„do intelligeretur Dominus universorum, ipse
„per se imperfectus esset, iisque indigeret, a

„quibus Dominus universalis auctorque mira„bili ratione esset. Deinde nonne requievit „Deus die septimo a mundi creatione: si er„go creatio a non creatione Deo alterationem „affert, nonne etiam creatio a non creatione; „sed non mutatur ex eo, quod non creet ho„die, cum aliquando crearet: neque ergo ex „necessitate mutatus creando mundum, quod „fuerit, quando non crearet: atque adeo non „necessum habebimus fateri Deo universum „coexistere. Denique non datur creatum, quod „non habet creationis principium, alias enim „necessario foret increatum. Cum ergo mun„dus & quæcunque sunt in illo non ab alio „quam a Deo creata sint, fieri nequit, ut inter„minabili seu æterno sit cointerminale seu co„æternum, quod creationis principio defini„tum est.

Ecclesiæ etymon. 3. Ecclesiam ab appellandis & ad certamen vocandis voluptatibus dictam S. Methodius censet, quod etymon Hœschelius ita exponit, ut dictam voluerit ἐκκλησίαν quasi ἐκκλισίαν a fuga voluptatis.

Patris & Filii in creatione virtus. 4. „Duæ sunt virtutes effectrices, altera „quidem, quæ ex nihilo nuda voluntate, nulla „mora simul atque vult, omnia faciat, quæ „velit: est autem virtus illa Pater: altera ve„ro, quæ ad prioris imitationem perficiat, quod „jam factum est: Et hic Filius est, omnipo„tens illa, firmaque Patris manus, qua ma„teriam ex nihilo prius creatam postmodum „exornat.

Nota.

Nota. S. Methodius per duas virtutes effectrices duas hypostases in una natura divina, una indivisa actione & creantes materiam & distinctione ornantes intelligit, sola appropriatione Patre creationem, utpote in qua maxime elucet Divina potentia; Filio ornatum, ut proprium artis & rationis Divinæ sibi vendicante.

5. Præterea S. Methodius librum Job a Moyse conscriptum asserit. Ait insuper super illis verbis; *in principio creavit cœlum & terram, Gen.* 1. *v.* 1. „Non erraverit, qui Principium „sapientiam esse dixerit: sic enim apud quem„dam e sacro cœtu fertur ipsa de se loqui: *Do„minus creavit me initium viarum suarum in opera „sua; ante sæculum fundavit me. Prov.* 8. *v.* 22. „Par enim erat, ut creata omnia quippe facta „per illam essent ea posteriora: nam inde, „num illud Evangelicum: *In principio erat Ver„bum* &c. istis consentanea habeat: Principium „enim fuerit Pater ille & creator universorum, „ex quo germinavit quod erat in ipso Verbum rectissimum. Illud autem: *Hoc erat in principio apud Deum,* Verbi principatum illum, quem apud Patrem, priusquam mundus crearetur, liberum habuit, significare videtur, velut *Principium* dicat auctoritatem ac liberum principatum. Post ergo singulare illud principium absque principio, qui est Pater, fit ipsum aliorum principium, per quod omnia creantur.

Liber Job a Mose scriptus.

Æternitas & consubstantialitas filii.

6. „Origenes postquam multa commentus „esset de mundi æternitate, etiam hoc addit: „Neque ergo ab Adam, ut quidam affirmant,

De mundi initio & fine.

„cum

„cùm prius non esset homo, tunc omnium pri-
„mum formatus in mundum processit, neque
„mundus rursus ante sex dies, quam crearetur
„tur Adam, cæpit fieri. Quodsi quis in hac
„parte ambigat, num ita accipientibus facile
„ad Mosaici libri rationem numeretur annus,
„audiat Prophetam: *Mille anni ante oculos tuos*
„*tanquam dies hesterna, quæ præteriit. Ps.* 89.
„cum ergo mille anni in diem unum condo-
„dantur in oculis Dei, a mundi ortu usque ad
„requiem sunt sex dies, atque ab illa ad nos
„iterum sex prætererunt dies, ut optimi affir-
„mant calculatores. Annum ergo sexies mil-
„lesimum ab Adamo ad nos usque ajunt ex-
„tendi, nam die septima, septimo mundi mil-
„lenario judicium futurum dicunt.. Ergo a no-
„bis usque ad principium, in quo Deus crea-
„vit cœlum & terram dies omnes tredecim
„numerantur, ante quos cum Deus nihil omni-
„no operatus sit & creaverit, Patris nomine
„& universalis conservatoris ac Domini caruit.
„Enimvero si tredecim dies sunt in oculis Do-
„mini a mundo condito, quomodo Sapientia in
„Jesu Sirach dicit: *Arenam maris, & pluviæ*
„*guttas, & dies sæculi quis dinumerabit? Eccli.* 1.
„*v.* 2. Hæc Origenes serio disputans vide ro-
„go quam nugetur.

ri sen-
tia
tima.

7. Sequuntur modo nonnulla alia frag-
menta ex operibus S. Methodii a veteribus
citata. Et primo quidem S. Damascenus in
suis Parallel. ex libris adversus Porphyrium
S. Methodii citat hæc: „Plane omnium opti-
„mum fuerit appellandum, quod esse Deus
„ipse

bonum putaverit, tametsi omnes illud
'nant, subsannentque: non enim sic ha-
, ut homines autumant. Secundo, idem
.mascenus hæc affert: „Tunc pœnitentia
ıe peccatum delet, cum peccante anima
tionem non acceperit, sic enim nequive-
nalum relinquere in nobis vestigium, vel-
statim ac cæpit invadere instar novellæ
.tationis avulsum. Tertio. Idem affe t
ntia „hominis revera malum, ejus ad
m dissimilitudo & ignorantia: cont a
.de bonum assimilatio. Sane videri de-
vere proprium ejus bonum conversio
que in id, quod corruptione vacat &
m; malum autem, quæ circa eum igno-
ac desidia est, quando in nobis & ex
s ortum habentia, quibus est malitia om-
nostra censeri debent. Quarto. Theo-
ıs *dialog.* 1. ex sermone de Martyribus
thodii sequentia citat „adeo admiran-
& magnopere expetendum est Marty-
, ut Dominus ipse Jesus Christus filius
ipsum honorans passus sit, non rapinam
ratus esse se æqualem Deo, ut hoc dono
ı hominem ad quem descenderat hono-

Pœnitentia non differenda.

Maximum malum ignorantia Dei.

Dignitas Martyrii.



S. ME-

S. METHODII
DE SIMEONE ET ANNA QUO DIE DOMINO IN TEMPLO OCCURRERUNT.
AC DE SANCTA DEIPARA.

§. I.
Argumentum.

Sermo in Nativitatem Christi, ipsiusque oblationem in Templo, qui de sancto Simeone & Anna titulum præfert, quique datus est a Plantino anno 1598. & postea cura P. Combefisii typis mandatus, cum aliis S. Methodii operibus neque a veteribus citatur, neque a Photio refertur, stylum tamen Methodii sapit, qui in hoc sermone Origenianos refellere contendit, asseritque se auctorem convivii decem virginum, quod probat, S. Methodium illius esse auctorem. Fatendum tamen est, eum adeo enucleate loqui de Mysteriis S. S. Trinitatis, Incarnationis, & Verbi divinitate, consubstantialitate, Trisagio, B. V. Mariæ Virginitate post partum, & peccato originali, ut nonnulli dubitare videantur, annon forte aliquid huic sermoni posterioribus temporibus adjectum fuerit.

§. II.
Analysis.

Festivitas præsentationis Christi. 1. „Cum olim de virginitate in Symbociacis de castitate ceu jactis fundamentis „abunde explicuerimus, hodierna die totam „ipsam

ipsam & a radice virginitatis gloriam coronamque immarcescibilem alumnis Ecclesiæ oblectandis tempus ecce in medium produxit. Hodie siquidem divinorum oraculorum concilium palam aperitur, gloriosaque hujus diei signa præfigurata eorumque exitus a sacris prædicatoribus ecclesiastico cœtui releguntur. Hodie finis antiquo illi veroque consilio impositus præclare rerum ipsa exhibitione mundo manifestatur. Hodie citra tegumentum aliquod *Domini gloriam*, divinæque ipsius arcæ majestatem ceu in speculo revelata facie contemplamur. Hodie cœlestem illam gentibusque anxie expectatam lætitiam humeris suis sanctissima celebritas bajulans mortalium generi impertitur. *Præterierunt vetera, effloruerunt nova, & quæ non veterascunt.* 2. *Cor.* 5. *v.* 18. Non jam amplius austerum legis decretum præsidet, sed Domini gratia omnes ad se salubri longanimitate convertens regnum tenet. Haudquaquam iterum Ozan aliquis intrectabilia ausus contingere invisibili ratione flagellatur; Deus enim ipse invitat, & quis præ timore adhuc cunctabitur? Clamat: *Venite ad me omnes, qui laboratis. Matth.* 11. & quis non accurret? Nequis vero Judæus contradixerit in præcedentem domus Abedatæ typum respiciens 2. *Reg.* 6. *v.* 10. in propria Dominus manifeste venit, vivæque & animatæ Arcæ ceu propitiatorio insidens pompa in terra processit: Hanc publicanus contingens justus evadit: huic se meretrix applicans velut nova fictione casta redditur, hanc Leprosus contrectans

„sine

„sine dolore sanus velut recuditur. Nemine[m]
„repellit, neminem abominatur. Propensiss[i]
„mus enim erga homines Dominus in ea r[e]
„quiescit. Sunt hæc novæ gratiæ muner[a]
„Quod pro sua Deus in nos misericordia pr[æ]
„finiverat, venit. Quid vero mente conc[i]
„piam, quidve loquar hac dignum die enite[r]
„ad inconcessa? vincit enim ac longe super[at]
„omnem sermonem sanctæ hujus Virginis me[-]
„moria: quocirca deterrente virium nostrarum
„imbecillitatem laudum ipsius magnitudin[e]
„ad hymnum eidem pro ingenii nostri facult[a-]
„te decantandum confugiamus, nosque ips[i]
„immobiliter victos gloriantes, una cum fe[sto]
„studioso Christi grege tripudio saliamus. T[u]
„vero mihi inprimis divinissima sacratissimaq[ue]
„concio silentium colito, ut per aurium sinus
„velut intelligentiæ portum veritatis merces
„placide subintret. Festum agimus non ex
„Græcorum vanis fabulis ridiculum deorum
„convivium secum adducens, sed quod im-
„portabiles gloriæ ejus, qui est super omnia
„Deus humilem ad nos demissionem edoceat.

[N]ativitas [Ch]risti [Pr]opheta- 2. „Age ergo inter præcones gravissime
„ac maxime Prophetarum Isaia gloriosæ cele-
„britatis Sacramenta sapienter edissere. *Fa-*
„*ctum est*, inquit, *in anno quo mortuus est Ozias*
„*rex, vidi Dominum sedentem super thronum ex-*
„*celsum & elevatum &c. Is.* 6. *v.* 1. *sqq.* Tu vero
„mihi charissime vim dictorum considera, ut
„Sacramentorum eventum assequaris; cumque
„Propheta olim miraculum sit vaticinatus,
„age tu, summo ardore animique lætitia per-

„spi-

„ſpicari intelligentiæ tuæ oculo Bethlehem „illam perquam inclytam adi, prophetiam „cum ipſo rerum eventu componens. Ecce „enim ceu thronus ſublimis & elevatus ob „ejus gloriam, qui eſt fabricatus, virgo ma„ter regi Domino Sabaoth ſpectatiſſima illic „ſtatuitur. Super illo nunc ad te venientem „in carne Dominum perſpice. Super illo vir„ginali inquam throno eum venerare, qui no„vam hanc ad te profectionem adornavit. Cir„cumſpice vero fidei oculis, regiumque etiam „illud Seraphicorum Spirituum, ceu Sacerdo„tii lege, ei comes obſequium occurret: unde „& eo loco nonſolum dicuntur laudaſſe trinam „illam divinæ unitatis ſubſtantiam, verum „etiam quæ nunc Deo apparente in terra oc„currit, unius illius de ſancta Trinitate omni„bus adorandam gloriam, in eo, quod dicant: „*Plena omnis terra gloria ejus*. Credimus enim „Filio propter nos ſecundum propoſitum facto „homini una adeſſe Patrem divinitate inſepa„rabili, cum ejusdem ipſi eſſentiæ Spiritu, nam „Paulus ait: *Erat Deus in Chriſto mundum re„conciliens ſibi.* 2. *Cor.* 5. *v.* 19. Patrem in Filio propter unam eamdemque voluntatem eſſe oſtendens.

Quare præſentatur in templo Chriſtus.

3. „Tu vero qui ſic Bethlehemitica quæ tui cauſa conſummantur perſpicis, cæleſtibus turmis ſalutem tuam magnifice celebrantibus tete lubens alacrisque adjunge, Dominum ubique & ſemper præſentem qui humano generi ſecundum carnem voluit apparere, fauſtis ominibus excipe: dic ut Moyſes: *Iſte*

„*Deus meus, & glorificabo eum: Deus Patris mei,* „*& exaltabo eum. Exod.* 15. *v.* 2. Porro post „gratiarum deinceps actionem utilissime scru„temur, quid causæ Regem gloriæ in Bethle„hem suscitaverit. Et quidem ut in Bethle„hem corporatus nasceretur, coegit nostri mi„seratio alioqui cogi nescium. Verum ut in„fans lactens ille in tempore expers temporis, „quique fasciis detentus non detineretur pul„sus patria ac profugus fieret (*in Jerusalem*) „quænam demum necessitas compulit? sane si „& hæc vobis cognoscendi est animus, audite „Moysen dicentem: *Omne masculinum adape„riens vulvam sanctum Domino vocabitur. Exod.* „34. *v.* 19. O res miranda! decebat videli„cet Dominum legis & Prophetarum, ut jux„ta propriam ipse legem omnia conficeret, ne„que faceret irritam, sed potius impleret, ac „dehinc legis termino gratiæ suæ principium „adjungeret. Quamobrem legi superior Ma„ter se legi submittit, sanctaque illa munda„que tempus quadraginta dierum in pollutis „constitutum observat, ac qui absolvit a lege, „legi subjectus efficitur, offerturque pro eo, „qui nos sanctificavit, par avium mundarum in „eorum testimonium, qui mundi inculpatique „accedebant. Quod vero impollutus fuerit „ille partus, nec piacularibus hostiis obnoxius, „testis est Isaias, *antequam*, inquit, *aut partu„riens pariat, . . . effugit, & peperit masculum.* „*Quis tale quid audivit? Is.* 66. *v.* 7. Effugit „ergo quæ sunt muliebria sanctissima virgo „mater, antequam etiam pareret, ut nimirum „Spiritu S. eam sibi jam ante desponsante & „san-

B. V. Maria virgo in partu.

ctificante absque virili congressione conci-
et. Peperit illa primogenitum, & Patris
igenitum Filium, eum inquam qui in su-
is unigene absque matre ex paterna sub-
ntia eluxit, quique in terris matris purita-
n indivulsam incorruptamque servavit:
m qui in supernis nulla corruptione geni-
, ineffabili in hisce inferioribus ratione
us est.

.. „Itaque eduxit Propheta Virginem ex
zareth, ut in Bethlehem foetum illum fa-
arem eniteretur, eamdemque iterum Pro-
eta reduxit, ut spem illam vitae mundo
nifestaret. Solvens itaque arca ex Beth-
emitico diversorio, illic enim solvit legi
adraginta dierum non justitiae, sed gratiae
itum, requievit in montibus Sion, acci-
nsque castissimo sinu tamquam sublimi
dam & humanam omnem naturam supe-
te throno Regem illum omnium illum in-
m eodem Deo & Patri throno sublimem
ium, nec ipso excedentem, una illic cum
mta ex ipsa intemerata carne eidem prae-
tavit. Ascendit in templum sacra Mater,
rum legi exhibitura miraculum, prolem-
diu quaesitam, quae nimirum virginalem
vam aperuit, nec tamen virginitatis clau-
disrupit; prolem lege superiorem, quae
en legem impleverit; prolem ortu prio-
posterioremque; prolem denique ex ipsa
arnatam supra legem naturae: nam alio-
n omnis vulva ex viri prius conjunctione
rta & semine conspersa principium pa-

B.V. Maria Jesum offert.

„riendi accipit, doloribusque finem partui im-
„ponentibus ratione tandem præditum naturæ
„fructum Dei creatoris sapientia in lucem edit.
„Hujus autem uterus neque prius apertus, ne-
„que semine consperfus fructum illum supra
„naturam naturæ tamen cognatum germinavit,
„salva semper pristinæ virginitatis prærogati-
„va. Ascendit igitur in templum illa tem-
„plo celsior, duplicem induta gloriam, inte-
„meratæ inquam virginitatis, & ineffacilis
„fœcunditatis; legis benedictionem, & gra-
„tiæ sanctificationem. Quamobrem ait ille
„videns: *Et plena domus gloria ejus & Sera-*
„*phim stabant in circuitu ejus, & clamabant al-*
„*ter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Domi-*
„*nus Deus Sabaoth, plena omnis terra gloria ejus.*
„*Is.* 6. *v.* 1. *seqq.* quod & ipsum beatus Prophe-
„ta Habacuc lepide modulatus ait: *In medio*
„*duorum animalium nosceris, dum appropinquave-*
„*rint anni, agnosceris, dum tempus aderit, osten-*
„*deris. Hab.* 3. *v.* 2. Notionem dixit agnitionem
„& ostensionem, quorum singula hæc declarant:
„illud quidem, *in medio duorum animalium nosce-*
„*ris*: inprimis divinæ ipsius juxta legem in ady-
„tis super arcæ propitiatorium in medio typico-
„rum Cherubim gloriæ velut obumbrationem,
„nam ait ad Moysen: *Inde tibi innotescam.*
„*Exod.* 25. *v.* 22. præterea etiam nunc nobis
„per Salvatoris ipsius secundum carnem divi-
„nam apparitionem factum obvium Angelo-
„rum concursum invisibilis alioqui Dei Salva-
„toris nostri agnitionem significat. Quod au-
„tem subjungitur, dum *tempus aderit, ostende-*
„*ris*, nulla utique expositione indiget, siquis

„soler-

„solerter ad festum, quod nunc celebramus, „oculos mentis intenderit. Ostenderis enim, „inquit, tamquam in disco quopiam seu ferculo regio ab intemerata matre tua in templo, idque in carnis abs te assumptæ forma: „quæ summatim colligens Propheta amplioris „claritatis gratia in hæc exclamavit verba: „*Dominus in templo sancto suo: revereatur a facie „ejus universa terra. Ps.* 10. & 95.

Encomium B. V. Mariæ.

5. „Tremendum enim revera o Mater virgo sedes spiritalis, glorificata Deoque digna „tuum illud Sacramentum. Produxisti enim „cælestibus terrestribusque stupendum miraculum; cujus rei indicium est firmumque argumentum, quod in terra ad novum illud „augusti tui puerperii modum Angeli concinunt: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax: „hominibus bona voluntas. Luc.* 2. *v.* 24. triplici „nimirum cantico trinam inducentes sanctitatem. Beata tu in mulierum generationibus „a Deo beatissima, nam per te impleta est terra Divina illa Dei gloria, sicuti etiam canitur in Psalmis: *Benedictus Dominus Deus Israel, „& replebitur majestate ejus omnis terra, fiat, fiat, „Ps.* 71. *v.* 18. Et *elevatum est*, inquit Propheta *superliminare a voce, qua clamabant. Is.* 6. „*v.* 4. quo significatur, templum veli inumbrans „coram arca testamenti, quæ te præsignabat, „ut mihi veritas panderetur, simulque docerer per typos & figuras, quæ præcessissent, „ut cum reverentia & tremore ad Sacramentum, quod in te exhibetur, adorandum accederem, atque legali hac priore delineatio-

„ne ab eo, qui incomprehensibilis super om„nia locatus est, impudentius fixa oculorum „acie contemplando refrænarer: Si enim ar„cæ tantæ illius sanctitatis imagini typoque „tantus a Deo honor habitus est, ut nemini „nisi tantum ordini sacerdotali ad eam pateret „accessus, autve facilis esset ad cognoscendum „ingressus, distinquente velo, & ad januam „vestibula servante, quis tandem qualisve ve„nerationis cultus a nobis minimis tibi veræ „Reginæ fuerit exhibendus? vere inquam Dei „legislatoris animatæ arcæ, cœlo vere Dei ca„paci, qui nusquam capi potest. Te enim „Sanctissima Virgo tamquam die clarissima „mundo affulgente, solemque illum justitiæ „producente odiosus tenebrarum horror depul„sus est, tyranni potentia facta irrita, mors „destructa, infernus absorptus, inimicitia om„nis ante pacis conspectum dissoluta, morbi „noxii sanctitatis beneficio erumpente procul „omnes facessere jussi, universusque terrarum „orbis veritatis clarissimæ luce perfusus est. „Ad quæ Salomon in canticis alludens ita or„ditur: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascit „in liliis, donec respiret dies & dimoveantur um„bræ.* *Cant.* 2. *v.* 16. Quia ergo visus est Deus „deorum in Sion. *Ps.* 83. *v.* 8. Et magnificen„tia decoris ejus in Jerusalem apparuit; Lux„que est orta justo & rectis corde lætitia, san„ctificandorum sanctificator ille & Dominus, „legis doctorem atque ministrum in partem „muneris & testimonium illorum, quæ ageban„tur, per Spiritum sanctum convocavit.

6. „Ita-

6. „Itaque senex Simeon imbecillitatem „carnis exuens, speique indutus robur ante le„gis faciem subministratorem legis festinus ex„cepit, doctorem illum ex potestate, & Deum „Abraham, Protectorem Isaac, sanctum Israel, „Moysis mystagogum; eum inquam, qui di„vinam suam incarnationem tamquam poste„riora eidem se promiserat ostensurum *Exod.* 3. „*v.* 23. divitem illum in mendicitate, in infan„tia sæculis anteriorem, in visione invisibilem, „in comprehensione incomprehensibilem, in „parvitate magnitudinem omnem superantem, „in templo simul & in altissimis, in throno regio „& curru Cherubico, supernis inferioribusque „continenter præsentem, in forma servi & for„ma Dei Patris, subjectum, & Regem univer„sorum. Erat senex totus in desiderio, totus „in spe, totus in gaudio: non jam suus ipse erat, „sed ejus, cujus spe defixus erat. Spiritus san„ctus faustum annuntiaverat, velut jam natura „extinctum suscitaverat, ac priusquam templum „attigisset, subvectus intelligentiæ oculis, ve„lut jam desideratum haberet, gaudio gestie„bat. Sic porro actus, & per gradus celerri„me conscendens sacrum hactenus penetrale „occupat, temploque omisso ipsius templi præ„sidi sacras ulnas expandit, ejusmodi quasdam „jucundæ celebritati congruos sermones can„tico depromens: Te desidero Domine Deus „patrum & Domine misericordiæ, qui tua ipse „sententia & virtute, qua provides omnibus, „dignatione illa, qua te nobis inclinas, cæ„lestes inter terrigenasque amicitiam concor„dem sancire voluisti. Te quæro ipsum au-

Affectus S. Simeonis ad Jesum, & hujus cum substantialitas.

„ctorem universorum. Tota te cupiditate e
„pecto, qui sermone contines omnia. Te pr
„stolor vitæ mortisque dominatorem: Te s
„stineo datorem Legis, ejusdemque succes
„rem. Te esurio, qui vivificas mortuos:
„tio te defatigatorum refrigerium: Te conc
„pisco mundi creatorem redemptoremque: '
„Deus noster, teque adoramus: Tu sanctu
„Templum nostrum, votaque in te faciemu
„Tu legum lator, tibique obtemperabimus. '
„Deus primus, ante te non est natus Deus ali
„ex Deo Patre, nec post te futurus est aliu
„Filius Patri consubstantialis, & ejusdem cu
„ipso gloriæ: atque *nosse te solida justitia e*
„*tuamque scire potentiam radix immortalitat*
„*Sap.* 15. *v.* 3. Tu nostra salutis causa, *lap*
„*ille angularis exquisitus & pretiosus*, Sion ant
„prædictus *Ps.* 117. *v.* 21. Tibi enim substr
„ta sunt omnia ut causæ & auctori, ut ei, qu
„universa ex nihilo ad esse deduxit, rebusqu
„instabilibus firmam constitutionem tribuit, ve
„lut ei, qui manu prorsus fortissima sapientis
„simaque moderatur universa, *in te enim vivi*
„*mus, & movemur & sumus. Act.* 17. *v.* 28. Pro
„pterea Domine Deus glorificabo te: *Laudab*
„*nomen tuum quoniam fecisti res admirandas, con*
„*silium antiquum verum, confessionem & decorem*
„*indutus.* Quid enim clementissimo Deo cle
„menti hac hominis assumtione clarissimis sui
„radiis illuminante *sedentes in tenebris & umbra*
„*mortis Luc.* 1. *v.* 79. magnificentius? Apposi
„te sane Regem te sæculorum temporaneu
„ille Rex ac famulus tuus faustis olim con
„gratulationibus omnibusque prosecutus es

„di

„dicens: *Speciosus forma præ filiis hominum.* „*Ps.* 44. *v.* 3. qui in hominibus Deus ipse sis & „homo: accinxisti enim divina incarnatione „lumbos quidem justitiæ, inunxisti vero & „veritate latera, qui ipse, ipsa revera justi„tia sis & veritas, universorumque exulta„tio. Lætetur igitur mecum hodie cœlum, „quoniam miseratus est Dominus populum „suum: rorent vero nubes mundo justitiam; „sed & fundamenta terræ positis in inferno ve„lut clangente tuba pacem ingerant, adest „enim resurrectio dormientium. Terra etiam „incolis suis misericordiam producat: imple„tus enim sum consolatione, superabundo „gaudio, quod te hominum Salvatorem vi„deam.

Allocutio B. V. Mariæ ad Simeonem.

7. „Sic vero saliente Sene, divinoque gaudio „impensius exultante, quod antea per figuram „Propheta Isaias fuerat vaticinatus, sacra Dei „mater perspicue reipsa fecit. Accipiens enim „enim ex puro immaculatoque altari suo car„bonem illum vivificum & ineffabilem carne „indutum sanctarum suarum manuum com„plexu tamquam forcipe justo illi porrexit, ut „mihi quidem videtur, ejusmodi sermonibus „affata pariter & hortata. Sume senex ho„norate, Sacerdotumque optime, sume Do„minum, tuaque illa non vidua spe & de„solata fruere. Suscipe thesaurum indefecti„bilem, divitiasque inauferibiles vir genero„sissime: Amplexare potentiam inenarrabilem, „vimque incomprehensibilem, quæ te fulciat, „vir sapientissime: circumplectere infinitam

„magnitudinem, fortitudinemque incompa
„bilem, sacrorum æditue: Circumplicare i
„per se vitæ & vive vir venerabilissime: A
„ctius incorruptionem constringe & renov
„vir justissime. Nihil audax facinus, ne de
„ceris animo, vir sanctissime. Satiare il
„quem desideraveras, planeque delectare ti
„dato, seu magis dante se tibi, vir divini
„me: lætius illustrare sole justitiæ de mund
„simo carnis speculo circumfulgente, vir re
„giosissime: ne tibi tranquillum timorem i
„cutiat, neve mansuetudo perterreat, vir be
„tissime. Ne inhorreas lenitatem, neve c
„mentia terrearis, vir modestissime. Alac
„adglutinare, nec moreris obsequi: non l
„bet audaciam quod dicitur quodve porrigit
„Ne ergo lucteris vir urbanissime. Non co
„burit ignis gratiæ Domini mei, sed illumin
„vir justissime. Rubus ille mei figura doc
„te vir legis peritissime. Caminus ille ve
„ventus roris susurrans œconomiæ tibi Sacr
„mentum persuadeat, magister optime: me
„denique uterus tibi documento sit, in q
„fuit, qui nusquam alioqui potest contine
„ex quo etiam sermo ille carnis expers assu
„psit carnem. Non jam tubæ territant acc
„dentes, non iterum mons fumigans appr
„pinquantibus injicit metum *Exod.* 19. ac n
„que lex audacius contingentem severius pu
„nit. 2. *Reg.* 6. *v.* 6. Præsentia enim propen
„sioris sunt in homines studii. Excipe gr
„tanti animo ad te venientem Deum, ipse enii
„auferet iniquitates tuas, & expiabit pecca
„tua. In te primum informetur mundi m

„ve

rsi lustratio, in te & per te gentibus præ-
intiata innotescat, quæ secundum gratiam
: justificatio: dignus es vivificis primitiis:
us es lege? utere & gratia. Fatigatus es
tera? renovare spiritu: exue vetustatem,
novitatem induere, non enim puto te hæc
scire.

8. „Ab his omnibus sumta justus fiducia, *S. Simeo-*
:iparæque Deo ancillantis in iis, quæ spe- *nis canti-*
int ad homines, exhortationi ac monitis *cum.*
dens *antiquum* illum *dierum* infantem senili-
s ulnis suscepit, Deumque dilaudans ait:
unc dimittis servum tuum Domine, secundum
rbum tuum in pace &c. Luc. 2. *v.* 29. Accepi
s te inoffensam & vacuam doloris lætitiam;
me Domine lætantem tuasque deprædi-
ntem misericordias accipe: tu gaudium
ic animo indidisti, gaudens ego animo gra-
irum tibi munus rependo. Cognovi vim
vinæ dilectionis, propter me enim Deus
e ineffabili ratione ac sine corruptione ex
genitus factus est homo. Cognovi tuam
am inexplicabilem nostri curam studium-
e, qui tua ipse viscera emiseris in nostrum
xilium. Nunc demum intelligo, quod a
ılomone didiceram: *Fortis ut mors dilectio.*
int. 8. *v.* 6. per eam conteretur mortis sti-
ulus, per eam mortui videbunt vitam, per
m mors mortem experietur, imperio quod
nos exercebat abolito; per eam & serpens
alorum auctor capietur & submergetur.
otum nobis Domine fecisti salutare tuum Ps. 97.
bis exsuscitans pacis propaginem, nec am-
„plius

„plius erraverimus: palam Domine fecisti, ut „non in finem despexeris servos tuos, neque „opera manuum tuarum oblitus sis. Misera„tus enim miserabilem sortem nostram cogni„tam tibi inexhaustamque illam bonitatem in „nos effudisti redemptis nobis per Unigenitum „incommutabiliter similem & ejusdem tecum „substantiæ Filium, tua ipsius majestate & bo„nitate indignum ratus, ut illam servorum „tuorum salutem eadem conditione servo con„cederes, utve eos, qui offendissent ministris „reconciliandos committeres. Enimvero per „lumen illud ejusdem tecum substantiæ lumen „donasti iis, qui in tenebris & in umbra mor„tis sedebant, ut in lumine tuo scientiæ lu„men videant, placuitque ut per Dominum & „creatorem reformares nos in immortalitatem, „nobisque per ipsum, qui paradiso deliciarum „eliminaveras, reditum elargireris in paradi„sum. Ad hæc per eum, qui habet potesta„tem dimittendi peccata, quod erat adversus „nos delesti chirographum. Denique per eum, „qui eodem tecum throno sublimis sedet, qui„que a divina tua natura haudquaquam ex„cedere potest, firmam nobis reconciliationis „accessusque donasti fiduciam, ut per Domi„num nullius agnoscentis imperium tot tanto„rumque bonorum velut subscripta sanctio cer„ta & indubitata jura misericordiam consecu„tis constituat. Quod & ipsum olim prænun„tiaverat Propheta dicens: *Non legatus, non* „*Angelus, sed ipse Dominus salvabit eos, pro*„*pterea quod amaret eos. Is.* 63. *v.* 9. Atque „hæc omnia *non ex operibus, quæ fecerimus ipsi*

„*in*

justitia. *Tit.* 3. *v.* 5. Sed ipse propter te-
etipsum inenarrabilique illa tua erga fig-
entum dilectione misericordiam in nos
am Domine corroborasti, nostramque abs
separationem dolens etiam ipse te super
stra corruptione, ut *dares in misericordias*
flexisti. Hinc nos deinceps Adæ soboles
sta plausu agimus, quod primus ille Adæ
ctor sua ipse sponte novus Adam effectus
, splendorque Domini Dei nobiscum ver-
tus est, ut Deum facie ad faciem videri-
us, & salvi facti simus. Quamobrem Do-
ine a te dimitti quæro. Vidi salutare
um, absolvar ego curvo litteræ jugo. Vi-
Regem sempiternum, & cui alius non suc-
dat: absolvar servili collari hoc & ponde-
so. Vidi naturæ Dominum & liberatorem,
nsequar ergo liberationis meæ ab ipso de-
etum. Solve me Domine jugo condemna-
onis, & me subde jugo justificationis. Sol-
e me jugo maledictionis ac occidentis litte-
e, eorumque benedictioni insere, qui tui
ijus veri ejusdemque tecum gloriæ & po-
ntiæ Filii gratia in jus filiorum sunt ad-
ripti.

9. „Ad te nunc quid dicam o Mater Virgo *Præconium B. V. Mariæ.*
Virgo Mater? cujus namque opus non
umanum est, ejus & laudatio excedit ho-
inem. Quamobrem paupertatis hic meæ
bscuritatem tuis a spiritu honoribus donis-
ue illustrabo, tuaque tibi offerens e pratis
nmortalibus tuum sacrum, & a Deo coro-
atum caput dilaudabo. Patriis te canticis,
„Filia

„Filia David, Materque te Domini & Dei Da-
„vid salutabo. Turpe enim fuerit, ut alienis
„orneris, quae propria gloria praecellas. Ac-
„cipe igitur benignissima dona pretiosa, tibi-
„que uni convenientia o cunctis celsior genera-
„tionibus. Felix radix Jesse, & ter beata
„domus David, in qua germinasti. *Deus in*
„*medio tui, & non commoveberis, sanctificavit*
„*enim in te tabernaculum suum Altissimus*. *Ps.* 45.
„In te enim Dei ad Patres testamenta jura-
„mentaque finem gloriosissimum acceperunt,
„quia per te Dominus factus est, Deus virtu-
„tum nobiscum. Rubus ille intactus divina
„quadam majestate plenam jam tum infor-
„mans tuam figuram, Deum prophetae appa-
„rentem, juxta quod ei conspicuus fieri vo-
„luit, incombustus ferebat. *Exod.* 3. *v.* 2. Du-
„ra autem rursus ac praerupta petra, quod ex
„te in universum orbem gratiae munus pro-
„manavit, & ipsa quondam praefigurans defi-
„cienti in deserto populo copiosum auxilium
„ex hiatibus siccis produxit. *Exod.* 17. *v.* 6.
„Sed & Sacerdotis virga in fructum sine cul-
„tura spontaneumque Sacerdotii perennis ar-
„rhabonem efflorens nihil reprobum eximii tui
„partus symbolum praebuit. *Num.* 17. *v.* 8.
„Magnus ille Moyses diutius in monte com-
„moratus est, ut ignota tua Sacramenta o
„casta edisceret: in rei enim hujus signum
„jussus fabricare arcam quinque cubitorum &
„dimidii confectam illam Legis susceptricem
„Cherubicis alis cooperuit, te Deiparam aper-
„tissime praesignantem, quae sine corruptione
„eum concepisti, inenarrabilique ratione pe-
„peri-

risti, qui ipse incorruptionis velut concre- est & consistentia, idque in fine quinque dimidii circulorum mundi. Propter te, intemeratam Dei verbi ex te assumtam rnem, immutabiliter, indivisequé in ipso perpetuum manentem: Urna illa aurea nquam certissimus typus, manna, quod oqui per diem invertebatur, in se ipsa, nime mutatum, sed totis saeculis perma- ns conservabat. Tuae etiam castitatis aescius atque imitator in spiritu Elias pro- eta vitae illius igniferae sibi redimivit co- nam, hactenus divino suffragio declaratus orte superior: Te nihilominus ejus succes- r Elisaeus docente sapiente magistro ceu aesens adesses, quae necdum eras, praefi- irans, certis rerum, quae vere essent futu- indicibus signis auxilium medicinamque digentibus majori supra naturam virtute lhibebat, nunc quidem, per novam hydriam, lque salutare in se continentem aquas itiales sanans, ad ostendendum, esse re- eandum mundum per Sacramentum in te chibitum: 4. *Reg.* 2. modo autem farina zyma partus tui fatu immunis typo re- ondente mortis acerbitatem a cibis profli- ans. 4. *Reg.* 4. *v.* 41. Nonnumque denique bus supra naturam, quae naturae consenta- ea essent in Jordane eximie superans, eoque omini in infernum descensum, mirabilem- ae eorum, qui corruptione detinerentur li- erationem praesignans. 4. *Reg.* 5. Nam cesf- runt omnia, tuaeque illi divinae imagini ex- rimendae imparia succubuerant.

Conti-
nuatio.

10. „Sed Sanctorum omnium per omnes „generationes spiritualibus narrationibus fa„ctisque prodigiosis valere jussis, ad te festi „hujus convivii velut clavum a florenti semper „memoria habenda dirigo. Benedicta tu prorsus „benedicta omnibusque desiderabilis. In bene„dictionibus Domini nomen tuum divina gratia „plenissimum ac summe Deo gratiosum, Dei „Mater, quæque ipsa tuo splendore lumen præ„feras fidelibus. Tu circumscriptio, ut ita di„cam, ejus qui est incircumscriptibilis; radix „floris speciosissimi, Mater Plasmatoris, alto„ris nutrix, ejus complexio, qui omnia com„plecti habens, portans eum, qui verbo por„tat omnia, porta per quam Deus in carne „oritur, oritur, forceps carbonis illius purga„torii *Is.* 6. sinus exiguus immensi omnium si„nus, vellus roris illius incomprehensibilis. „*Jud.* 6. Lacus ille Bethlehem desiderii Da„vid 4. *Reg.* 23. vitæ susceptor, ex quo pocu„lum immortalitatis scaturivit, Propitiatorium „ex quo Deus forma humana generi humano „innotuit *Exod.* 35. vestis sine macula ejus, qui „*induit lumen sicut vestimentum.* *Ps.* 103. Tu „nullius indigenti Deo carnem, quam non ha„bebat fænerata es, qua tandem omnipotens „ille, quod decreverat fieri, homo esset. Quid „hoc splendidius? Quid hoc sublimius? Qui „cœlum & terram implet, cujus ditionis sunt „res omnes, tui indigus efficitur, quippe Deo „fœnerata es carnem, quam non habebat. Tu „potentem illum decora corporis armatura in„duisti, qua & is mihi redditus est oculis ad„spectabilis, qua etiam omnia mali illius ignita

„tela

„tela extingui habent. Euge! Euge Dei ma„ter ancillaque Euge! Euge! cui illi omnium „creditor debitor sit. Deo debemus omnes; „tibi ipse obstrictus est: nam qui dixit: hono„ra patrem tuum & matrem, longe potius ta„libus ipse accenseri volens propriam legem in „eam servaverit, quae ultro assumptam ipsi „nativitatem ministravit, quamque sine patre „velut sine viro Matrem inscripsit, & divino „quodam decore supra hominem glorificavit. „Ita vero haec habebunt, habebunt ita: ne„que enim quae offerimus cantica inutilem tan„tum verborum ornatum o sacratissimum ad„mirabilissimumque Dei habitaculum habent, „neque rursus saecularem quandam nugacita„tem falsaque assentationis velut crocitamen„ta spiritalis tua habet laudatio o Deo lauda„ta, quae Deum ipsum lactentem habeas, eum „inquam, qui primum esse mortalibus na„tivitate tribuit, sed veritatem prorsus per„spicuam: deficiet enim nos tempus, si te Ma„trem regis saeculorum dignis elogiis volueri„mus beatam praedicare, uti Baruch. *c.* 3. *v.* 24. „ait: *Quam magna domus Dei, & ingens locus* „*possessionis ejus: magnus & non habet finem.* Pla„ne propheticum hoc oraculum de magnificen„tia illa tua procedit, nam & sola eorum, quae „sunt Dei, partem cum Deo habere meruisti, „quae sola Deum ex Deo Patre unigene ac sem„piterne genitum carne genueris. Ita veraci„ter sentiunt, qui sinceram fidem ample„ctuntur.

11. „Cum vero ad hæc festa Sacerdotium, „Prophetiaque pariter vocata essent, gloriosæ „Virginis throno biga hæc a Deo electorum „justorum, Simeonis inquam & Annæ aptis„tiſſimas utriusque populi imagines in ſe præ„ferentium aſtitiſſet; nam ſenex quidem Iſraeli„ticum populum, jamque ſeneſcentem & ef„fœtam legem exhibebat, vidua autem Eccle„ſiam gentium eadem viduam. Senex quidem „ceu in legis perſona dimiſſionem quære„bat; vidua autem ceu Eccleſiæ perſonam „gerens confeſſionem contra afferebat, expe„ctantibusque redemptionem in Jeruſalem, „quæ de ipſo erant, edicebat. Oportebat enim, „ac plene neceſſum erat, ut ſenex quidem qui „legis illud ſcitum perſpicue noſſet, quo dici„tur: *Ipſum audite.* *Deut.* 18. *v.* 15. Et: *Omnis* „*anima, quæ ipſum non audierit, exterminabitur* „*de populo ſuo:* pacificam a legali poſtmodum „inſtitutione dimiſſionem quæreret. Revera „enim injuria eſt & temeritas, ut Rege præ„ſente ac verba publice faciente ſatellitum ali„quis ex adverſo loquatur, utque ſubditi ei „interim aures accommodent. Sed & vi„duam, quæ donis ſuperantibus rationem au„cta eſſet, feſtis canticis Deo gratias agere par „erat, adeoque illic geſta legi conſona erant. „Cæterum operæ pretium fuerit, inquiramus, „cum propheticæ informationes & figuræ ad „eximias haſce feſtivitates congruam quan„dam relationem habeant, quomodo domus „fumo repleta fuiſſe referatur, nec id inciden„ter, ſed ſignanter inquit doctor Prophetaque „a voce ter ſanctus, qua cœleſtium illi my„ſte-

„ſtæ clamabant. Sane hujusce rei cauſam „ſtudioſe auditor inveneris, modo ea, quæ „conſequenter habet narratio perceperis: *Au„ditu enim*, inquit, *audietis*, & *non intelligetis*: & *videntes videbitis*, & *non perſpicietis*. „*Iſ.* 6. *v.* 9. Poſtquam enim veſani Judæi *pro„digia glorioſa, quæ Dominus ponebat ſuper ter„ram*, ſicut cecinerat David *Pſ.* 45. *v.* 9. con„ſpexiſſent vidiſſentque ſignum ex profundo „& de excelſo inconfuſum concurrens indivi„ſumque, quemadmodum etiam Iſaias prædi„xerat *c.* 7. *v.* 11. nempe matrem ſupra natu„ram, fœtumque ſupra rationem, matrem ter„reſtrem, & Filium cœleſtem, novam inquam „Dei viri naturam puerperiumque nuptiarum „expers, quibus quid umquam glorioſius cir„ca naturam quid vero celebrius poſſit fieri? „hæc inquam illi cum vidiſſent, claudentes „oculos perinde affecti ſunt, ac ſi non vidiſ„ſent: propterea repleta eſt domus gloriatio„nis eorum fumo.

Obduratio Judæorum.

12. „Ad hæc vero cum præter ſpectacu„lum ſenem juſtiſſimum audiviſſent, virum „fide digniſſimum, afflatum ſpiritu; legis do„ctorem, ſacerdotio honoratum, prophetia il„luſtrem, ſpe de Chriſto concepta vitæ limi„tes extendentem, mortiſque debitum diffe„rentem, talem inquam cum vidiſſent, exi„lientem, bene ominantem, præ lætitia ani„mi in formam aliam mutatum, qui præ gau„dii immenſitate Euchariſticos modos decan„taret, ac *lumen ad revelationem gentium*, & „*gloriam plebis tuæ Iſrael*, palam renuntiaret:

„nec sic tamen sub auditum posita audire vo-„luerunt: quamobrem domus gloriationis eo-„rum fumo repleta est. Est vero fumus „signum irae sicut scriptum est: *Ascendit fu-„mus in ira ejus. Ps.* 17. *v.* 9. Atque ejusmo-„di quidem sunt Judaicae infidelitatis, qua glo-„riam Trinitati debitam referre recusant, ad-„versissima praemia. Postquam enim repleta „est gloria Domini maxima domus Ecclesia ab „hymni ter sancti praedicatione evenerunt qui-„dem ipsis, quae antea fuerant praenuntiata, „prophetiae autem initium etiam fine confir-„matum est, significante per spiritum praeco-„ne veritatis teterrimam eorum subversionem „futuram dicendo: *In anno, quo mortuus est* „*Ozias rex, vidi Dominum. Is.* 6. *v.* 3. nimi-„rum assumpto Ozia apostata velut in exem-„plar totius apostatici corporis, ut cujus ca-„put ageret: qui etiam poenam debitam te-„meritatis luens in fronte tamquam aenea „quadam statua insculptam reportavit divinae „ultionis potentiam, leprae faeditate foedissimae „impietatis retributionem omnibus exhibens. „Quapropter divine sapienti consilio, qui re-„rum praescius erat, ejiciendae ingratae Sy-„nagogae gratae illius viduae Annae inductio-„nem opposuit, cujus vel nomen Ecclesiam „Christi Dei gratia in Baptismo justificatam „praesignat, nam Anna gratiam sonat.

Encomium Ecclesiae Christi.

13. „Salvesis ergo Ecclesia Christi, civi-„tas Regis magni, in qua salutis nostrae Sa-„cramenta consummata sunt. Salve terrestre „coelum, Sion urbs deinceps Domino fidelis. „Sal-

„Salve & illuminare Jerusalem, nam venit lu-„men tuum, lumen sempiternum, lumen su-„premum, lumen materiæ expers, lumen „ejusdem cum Deo & Patre essentiæ, lumen „quod est in spiritu, & in quo est Pater: lu-„men illuminans sæcula, lumen tum super-„mundana tum mundana illuminans, Chri-„stus verus ille Deus noster. Salvesis civitas „sancta atque electa Domino. Age in læti-„tia dies festos tuos, nec enim adjicient, ut „veterascant. Salve civitas felicissima, glo-„riosa enim dicta sunt de te, nam Sacerdotes „tui induentur justitiam, & sancti tui exulta-„tione exultabunt, mendicique tui saturabun-„tur panibus. Salve & lætare Jerusalem, „quoniam regnavit Dominus in medio tui; „Dominus inquam ille, qui nuda atque im-„materiali deitate nostram naturam ingres-„sus est, deque virginali utero ineffabili ratio-„ne carnem induit; Dominus ille, qui nullius „præterea quam Adæ illius supplantati a ser-„pente consperfionis participium iniit: non „apprehensis enim angelis, iis inquam, qui „præclarum illum ordinem & statum a princi-„cipio assignatum non deseruissent, ad nos us-„que Dominus se inclinavit, ille semper in „Deo Patre existens Deus verbum. At ne-„que rursus eos, qui decidissent a luce scele-„ratos dæmones restaurare, in mundum ve-„nit, aut etiam aliquando restauraturus, uti „impiissimis teterrimi diaboli patronis visum „fuit, sed cum semen Abrahæ, eoque univer-„sum genus humanum, universorum ille Crea-„tor apprehendisset, citra mutationem factus

Consubstantialitas verbi.

„est homo, ut ex ipsius nobiscum communio-
„ne, nostraque vicissim ad ipsum accessione
„peccati in nos ingressio sisteretur, ejus paula-
„tim fractis viribus, ipsoque ceræ instar ab-
„sumto illo igne, *quem veniens Dominus misit*
„*in terram*. *Luc.* 12. *v.* 49. Salve igitur & tu
„toto orbe posita Ecclesia Catholica, unaque
„nobiscum exulta: ne pusillus grex magnas
„inimici tempestates timeas, qui complacuit
„Patri dare tibi regnum, & ut hostium tuo-
„rum calces colla. Salve & lætare quondam
„sterilis, & sine liberis ad pietatem, nunc au-
„tem multos habens fidei liberos. Salve tu
„quoque Dei popule, *popule accepte*, *regale sa-*
„*cerdotium*, *gens sancta*, *popule in acquisitionem*,
„*enuntia virtutes ejus*, *qui te vocavit de tenebris*
„*in admirabile lumen suum*. 1. *Petr.* 2. *v.* 9. su-
„per misericordia autem sua glorifica eum.

Allocutio ad B. V. Mariam. 14. „Salve in æternum indesinens nostra
„lætitia Dei genitrix Virgo, ad te enim rursus
„accurro: Tu nobis festæ lucis initium, tu
„medium, tu finis, pretiosissima regni marga-
„rita, vere totius victimæ adeps, animatum
„panis illius vitæ altare. Salve dilectionis
„Dei thesaure, salve filii in genus humanum
„propensionis illius ac ejus humanitatis fons.
„Salve Spiritus sancti mons inumbrate. Ful-
„gurasti dulcidoria mater solaris luminis, im-
„portabilibus caritatis præferventis ignibus, eo
„in fine partu edito, quod ante principium
„conceptum erat, palam exhibito, quod erat
„absconditum & inenarrabile Sacramentum,
„invisibili illo Patris Filio, sequestro pacis,
„qui-

„quique admirabili quadam ratione omni ſe „parvitate minorem exhibuit. Propterea te „deprecamur omnium præſtantiſſimam, ma„ternisque honoribus fiducia gloriantem, ut „indeſinentem noſtri memoriam Dei Mater „ſanctiſſima habeas: noſtri inquam, qui in te „gloriamur, auguſtioribusque canticis perpe„tuo victuram, & nullis deſituram tempori„bus tui memoriam celebramus. Ipſe enim „honorate ſenex piæ religionis noſtræ prime „ſuſceptor, doctorque reſurrectionis fidelium, „una pro nobis ad Deum Salvatorem, quem „meruiſti in ulnas ſuſcipere, patronus acce„de: nam & ipſi una tecum Chriſto vitæ ac „mortis poteſtatem habenti canimus. Tu lu„men es verum ex vero lumine, Deus verus „ex Deo vero, unus Dominus ante aſſumtam „humanam naturam, unus nihilominus poſt „ejusmodi aſſumtionem omni plane prædica„tione proſequendam, a te ipſo, non per gra„tiam Deus, noſtri vero cauſa etiam homo „perfectus, ex te ipſe natura omnium Rex, „nullius ſubjectus imperio; propter nos vero „& propter noſtram ſalutem etiam in forma „ſervi immaculate tamen atque impollute exi„ſtens: qui enim ipſa es incorruptio, veniſti „ſolvere corruptionem, ut incorrupta omnia „redderes: quoniam tua eſt gloria & poteſtas, „& magnificentia & Majeſtas cum Patre & „Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen.



S. METHODII
ORATIO IN RAMOS PALMARUM.

§. I.
Argumentum.

Pater Combefiſius auctoritate Manuſcripti Bibliothecæ Regiæ S. Methodio vindicat orationem in ramos Palmarum, quæ ſub nomine S. Chryſoſtomi a Savilio juxta aliud quoddam Manuſcriptum impreſſa fuerat. Indubitatum ſane eſt, eam potius S. Methodii, quam S. Chryſoſtomi ſtilum ſapere. Cum vero adeo clare & perſpicue Myſterium S. S. Trinitatis exponat, & in hæreticos Verbi divinitatem oppugnantes invehatur, D. Dupin putat, aliqua forte poſterioribus ſæculis adjecta fuiſſe.

§. II.
Analyſis.

Chriſti triumphalis ingreſſus in Jeruſalem.

1. „Benedictus Deus: procedamus fratres ex „miraculis ad Domini miracula, ac veluti a virtute veniamus ad virtutem. Quemadmodum in aurea catena ſic invicem commiſſi ſunt nexique circuli, ut ſinguli alter alterum teneat ac conſequatur, ita & ſacris „Evangeliis tradita miracula feſtorum amantem Eccleſiam Dei ex aliis ad alia deducunt „recreantque. Age igitur, & nos dilecti pa„rato corde, auribusque intentis audiamus „quid

iid nobis tum in Prophetis, tum in Evan-
liis de diviniſſimo hoc feſto ſit locuturus
ominus Deus; plane vero *loquetur pacem in
pulum ſuum, & in ſanctos ſuos, & in eos, qui
nvertunt cor ad ipſum. Pſ.* 84. hodie prophe-
les tubæ orbem excitarunt, ac Dei Ec-
eſias ubique gentium exhilararunt, & vo-
ptate repleverunt, aſſumtosque fideles ab
crorum jejuniorum ſcammate, & vitiorum
ilæſtra victoriæ canticum, novæque pacis
ctori Chriſto canticum canere docuerunt.
enite ergo univerſi, exultemus Domino:
enite omnes gentes, plaudamus manibus,
; exultemus Salvatori noſtro in voce exul-
itionis. Nemo ſit exſors gratiæ, nemo vo-
itione deſtituatur, eoquod incredulorum ſe-
ien factum ſit in perditionem. , Nemo Regis
ccurſum indigne habuerit, ut ne thalamo
xcludatur. Nemo in nobis inventus fuerit
iſtis ad ſuſceptionem, utne eamdem cum
ialis civibus damnationem incurrerit: Ci-
es autem dico, qui Dominum ſuum Regem
iper ipſos recipere noluerunt. Omnes læti
ccurramus, ſuſcipiamus omnes alacri ani-
io totaque honeſtate celebremus: veſtimen-
orum loco corda effundamus coram illo, in-
ue pſalmis & canticis gratiarum ei actiones
rætendamus, ac illud: Benedictus qui ve-
it in nomine Domini nulla requie clame-
ius: Qui enim ipſi benedicunt, benedicti
int, & qui maledicunt, maledicti. Di-
am iterum, nec ad bonum hortari deſi-
am; venite dilecti, benedicamus eum, qui
ſt benedictus, ut benedicamur ab ipſo.

„Ætatem omnem & conditionem in unum pa„riter sermo adscivit ad Domini laudem: re„ges terræ & omnes populos, principes & „omnes judices terræ, juvenes & virgines, „quodque in miraculo decenter novum vide„tur, primas juvenis atque innocens infan„tium & lactentium ætas obtinuit partes, a„spicandi Domino in confessione divinitus in„spiratum canticum, qua olim ratione Moyses „præcinuit egredienti populo de Ægypto, il„lud nimirum: Benedictus qui venit in nomi„ne Domini.

Canticum puerorum. 2. „Hodie gaudet beatus David infanti„bus spoliantibus cithara, quibuscum etiam „choreas ducens, unaque delectatus, sicut „olim coram Dei arca musicos concentus mis„cet, ac suaviter adbalbutit: Benedictus qui „venit in nomine Domini. Quem percuncta„bimur? cedo nobis Propheta, quis iste est? „qui venit in nomine Domini? At ille: non „meæ hodie sunt docendi partes, infanti„bus enim consecravit scholam, qui *perfecit „laudem ex ore infantium & lactentium*, *ut de„struat inimicum & ultorem. Ps.* 8. quo etiam „istorum miraculo corda patrum convertantur „ad filios, & increduli ad prudentiam justo„rum. Nobis pueri edicite, unde vobis pul„chrum hoc gratiosumque certamen & car„men? Quis docuit? Quis erudivit? Quis „congregavit? Quæ tabulæ? qui ludimagi„stri? Vos, inquiunt, voluptati nostræ can„ticoque una accedite socii, eaque discetis, „quæ Moysi ac Prophetis reliquis fuerunt in

„desi-

fiderio. Quia nos ergo pueri invitarunt ac xteras dederunt societatis, adeste dilecti, nulemur & ipsi augustum illud tripudium, cum Apostolis iter ei faciamus, qui ascent super cœlum cœli, ad orientem, quique o bona sua voluntate subjugali in terra vetur. Tollamus ramos cum pueris, plaumusque ramis olivarum, ut & nos Spiris sanctus, divinitusque inspiratum cantim composite modulemur: *Benedictus qui nit in nomine Domini, Hosanna in altissimis,* ed & Patriarcha Jacob hodie in spiritu feum agit, qui prophetiam suam in opus dectam videat, *Gen.*49. *v.*10. eumque qui pulm suum alligat ad vitem, novo impositam llo, ac fidelium socius Patrem adorat. odie aptatur pullus gentium quondam irranalium irrationale exemplar, ad populi exntibus significandam subjectionem, declantque pueri primam illorum, quod ad Dei titiam spectat pueritiam, secutamque postodum in Dei cultu a vera religione absolunem. Hodie juxta Prophetam *Ps.* 148. 9. gloriæ Rex laudatur in terra, cælestise epuli & lætitiæ una socios terrigenas fa-, quo se utrorumque Dominum probet, veti qui communibus utrinque vocibus dentetur: Idcirco superni illi terrestrium facem annuntiantes psallebant: *Sanctus, sans, sanctus Dominus Sabaoth, plena omnis ter- gloria ejus. Is.* 6. *v.* 3. Inferno autem poi communi & ipsi conventu cælestium læiam celebrantes, clamabant: *Hosanna in tissimis, Hosanna Filio David.* Atque prio-

„res

„res quidem in hæ verba laudabant: *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Ezech. 3. v. 12. „Isti autem Deum celebrantes dicebant: *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Judæorum obduratio.

3. „Cum autem hæc peragerentur, discipulique gaudentes laudarent super omnibus, „quas viderant, virtutibus, ac dicerent: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, „pax in cœlo & gloria in excelsis: cæpit civitas interrogare, dicens: *Quis est hic?* „*Matth.* 21. *v.* 10. induratum veterem adversus Domini gloriam excitans. Tu autem „cum audis civitatem, veterem Synagogam „incompositam multitudinem agnosce. Interrogant ingrati malignique: *Quis est hic?* „quasi necdum beneficum vidissent, eumque „quem homine majora divina miracula celebratissimum fecissent, non enim tenebræ „comprehenderunt, quod luxit in ipsis lumen „occasus nescium: quamobrem apposite ad illos clamavit Isaias: *Surdi audite, & cæci suspicite ut videatis. Et quis est cæcus, nisi pueri „mei, & surdi, nisi qui dominantur eorum? & „servi Dei obcæcati sunt. Vidistis sæpe, & non „custodistis: apertæ sunt aures, & non audistis.* „*Is.* 42. *v.* 18. Videtis dilecti, quam sit accuratus sermo, ut divinus Spiritus, quæ sua „est futurorum inspectio, per Sanctos suos, „velut præsentia essent, futura prædicaverit. „Viderunt siquidem ingrati, palparuntque ex „miraculis miraculorum patratorem Deum, „ac nihilominus in infidelitate manserunt. „Viderunt cæcum a nativitate Deum prædi-

„can-

antem, qui visum restituisset: Viderunt paalyticum coæva infirmitate, arctiusque implicata mala valetudine jubente ipso absolurum. *Joan.* 5. *v.* 5. Lazarum conspexerunt nortis factum profugam. *Joan.* 11. *v.* 44. auierunt eum ambulasse in mari. *Matth.* 14. *v.* 26. Vinum sine cultura subministratum. *Joan.* 2. *v.* 7. comestos panes convivio ultro nstructo: *Joan.* 6. *v.* 11. fugatos dæmones, infirmos sanitati restitutos, *Luc.* 8. *v.* 29. plateæ ipsorum prædicabant virtutes, viæ igentibus iter sanationes annuntiabant: Juæa tota beneficiis cumulata erat; audienesque modo divinas laudes interrogant: *Quis est hic?* o dementiam falsi nominis maistrorum! o incredulos patres! o insipientes eniores! o Chanaan impudentis semen, non everentis & timorati Juda. Agnoverunt ueri Creatorem, parentes vero increduli diebant: *Quis est hic?* nova & rudis ætas Deo ecinit laudem, inveteratique malorum dieum percontabantur: *Quis est hic?* lactentes ivinitatem laudant, senioresque blasphemiis ppetunt, pueri pie sacrificant laudem, proanique sacerdotes impie indignantur.

4. „Increduli ad prudentiam justorum cora vestra convertite ad filios vestros; discite acramenta Dei: testis est res ipsa, quæ agiur, Deum esse, qui sic ab indoctis linguis ecantetur. *Scrutamini scripturas*, quemadnodum audistis a Domino. *Joan.* 5. *v.* 39. *uoniam illæ sunt, quæ testimonium perhibent de pso*, nec miraculum ignorate. Audite sine *Judæis conversio suadetur.*

„gra-

„gratia homines ingratique, quid vobis fadi
„nuntii Zacharias afferat: ait enim: *Gau-*
„*vehementer filia Sion: Ecce Rex tuus venit ti-*
„*justus & salvans, ipse mansuetus, & sedens sup*
„*pullum asinæ. Zach.* 9. *v.* 9. Ut quid gaudium
„repellitis? ut quid lucente sole tenebras dili-
„gitis? ut quid adversus inexpugnabilem pa-
„cem meditamini bellum? Si igitur estis fili
„Sion, una cum filiis vestris choreas ducite:
„sit vobis gaudii ratio filiorum religio: ab ipsis
„discite, quis fuerit doctor? quis convoca-
„rit? unde doctrina? quæ nova Theologia, no-
„tusque Prophetia? quodsi nequis hominum
„quidquam illos docuit, ultro autem modu-
„lantur laudem, Dei opus cognoscite, sicut
„scriptum est in lege: *Ex ore infantium & la-*
„*ctentium perfecisti laudem. Ps.* 8. *v.* 3. Agite
„ergo duplex gaudium, quod talium puero-
„rum facti estis patres, qui etiam senioribus
„ignorata Deo docente laudibus celebrarunt.
„Convertimini corda vestra ad filios vestros,
„nec clauseritis oculos ad veritatem: quodsi
„iidem perseveratis, & audientes non auditis,
„videntes non videtis, atque incassum ab in-
„fantibus diffidetis, *erunt ipsi vestri judices*, ju-
„ta Salvatoris verbum: *Matth.* 12. *v.* 27. Be-
„ne igitur etiam istud cum aliis prælocutus est
„vobis Isaias Propheta dicens: *Non confunde-*
„*tur modo Jacob, neque nunc faciem mutabit;*
„*sed cum viderint filios suos facientes opera mea,*
„*propter me sanctificabunt sanctum Jacob & Deum*
„*Israel timebunt: & scient, qui errant spiritu,*
„*intelligentiam, & mussitatores discent obedire, &*
„*linguæ balbutientes discent loqui pacem. Is.* 29.
„*v.* 22.

v. 22. vides Judaee insipiens, ut a sermonis exordio confusionem vobis ob incredulitatem vestram Propheta praenuntiet. Vel ab ipso noveritis, ut vestrorum filiorum laudationem divinitus inspiratam praedicet, quemadmodum etiam praelocutus erat beatus David dicens: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Vel igitur filiorum vobis sanctitatem, ut par est, vendicate, vel nobis filios cum religione concedite. Nos cum illis ducemus choreas, novaeque gloriae divinitus inspiratum canticum pariter psallemus.

5. „Sane quidem cum olim Simeon senex occurrit Salvatori, ulnisque velut infantem suscepit saeculorum auctorem, & Dominum & Deum praedicavit: nunc autem seniorum improborum loco, ut olim Simeon, pueri occurrunt Salvatori, ramosque arborum pro ulnis substernentes, super pullum tamquam super Cherubim sedentem Dominum Deum benedicunt: *Hosanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Cum quibus clamemus & nos: Benedictus qui venit Deus Rex gloriae, qui propter nos factus est pauper ipse in propriis suis paupertatem nesciens, ut sua nos bonitate ditaret: Benedictus qui venit in humilitate iterum venturus in gloria, primum super pullum mansuetus faustisque omnibus prosequentibus infantibus, ut impleretur, quod est scriptum: *Visi sunt ingressus tui Deus ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto. Ps. 67. v. 25.* postmodum terribilis super nubes Angelis stipantibus atque virtutibus.

Christo laetanter occurrendum.

„O pue-

„O puerorum mellifluam linguam! O since-
„ram Deo placitorum doctrinam! Prophetia
„David edita sensum sub littera occultavit,
„pueri aperto thesauro divitias protulerunt in
„lingua, plenoque gratia sermone clare omnes
„ad eas fruendas vocarunt. Hauriamus itaque
„& nos cum ipsis divitias non auferibiles: in-
„explebilibus sinibus penubusque reponemus
„divina charismata: clamemus sine termino:
„Benedictus qui venit in nomine, Deus verus
„in nomine Dei veri; omnipotens ex omnipo-
„tente, Filius in nomine Patris, Rex verus
„ex vero Rege, cujus, uti ejus qui genuit,
„coæternum est regnum & prææternum: Est
„enim illud commune, nec ejus honorem ve-
„lut aliunde adveniat scriptura Filio tribuit,
„vel quasi inceperit accedatve aut minuatur:
„absit hoc, sed velut quod a natura, vereque
„propria possessione juris ipsius sit. Unum
„quippe regnum est Patris, & Filii, & Spiri-
„tus sancti, quemadmodum est etiam una sub-
„stantia, unaque dominatio: unde & una ado-
„ratione unam trine subsistentem deitatem co-
„limus, principii expertem, increatam, inter-
„minabilem, & cui successor minime sit; nam
„neque Pater desierit umquam esse Pater; ne-
„que Filius esse Filius & Rex, neque Spiritus
„sanctus esse, quod sua subsistentia & sua ipse
„Persona est: nihil enim Trinitatis aut æterni-
„nitate aut communione & regno minuendum
„est: non enim ideo Dei Filius dictus fuit rex,
„quia propter nos factus homo adversantem
„nobis tyrannum in carne prostravit, parta
„per eam contra ipsum crudelem hostem victo-
„ria;

Consubstantialitas verbi.

„ria; sed quia est semper Dominus Deusque; „ideo & modo & post carnem assumptam at„que in perpetuum Rex manet, quemadmo„dum is, qui genuit. Noli hæretice regnum „Christi blasphemare, utne eum qui genuit, „ignominia afficias. Si es fidelis, fide ad Chri„stum verum Deum nostrum accede, & non „tamquam velamen malitiæ habens liberta„tem: si es servus, cum tremore subjicere Do„mino; qui enim verbum bello impetit, is non „servus benevolus, sed manifestus est hostis, „nam scriptum est: *Qui non honorat Filium, non „honorat Patrem, qui misit illum. Joan.* 5. *v.* 23.

6. „Nos autem dilecti eo revertamur ser„mone unde discessimus, clamantes: Bene„dictus qui venit in nomine Domini: pastor il„le honestus & bonus ad ponendam sponte ani„mam pro suis ovibus, ut quemadmodum ve„natores, ovium voraces lupos, ove capiunt; „ita pastorum princeps seipsum ut hominem „spiritualibus ac animorum pernitiem inferen„tibus lupis objiciens eos faciat venationem, „capto pridem venatu Adamo, qui Adamum „venationem fecerant. Benedictus, qui venit „in nomine Domini, Deus adversus diabolum „non manifeste per virtutem inadspectabilem, „sed per carnis infirmitatem alligaturus ad„versarium nobis fortem. Benedictus qui ve„nit in nomine Domini: Rex adversus tyran„num, non per omnipotentem virtutem & sa„pientem, sed per crucis existimatam stulti„tiam, quæ prudentis in malitia serpentis di„ripuit spolia. Benedictus qui venit in nomi- *Christi victoria de diabolo.*

„ne Domini: verus ille adversus apostaticam; „Salvator adversus illam pestem; Princeps pacis adversus bellorum incentorem; ille singulari ergo hominum genus studio adversus „raptorem hominum. Benedictus qui venit in „nomine Domini, Dominus figmento proprio „misertarus. Benedictus qui venit in nomine „Domini, Dominus homini qui erraverat salutem allaturus, errorem convulsurus; impertiturus lumen agentibus in tenebris, idolorum abolitarus imposturam, ejus loco inducturus salutarem Dei notitiam, mundum sanctificaturus, scelus miseriamque cultus omnium deorum submoturus. Benedictus qui „venit in nomine Domini, unus pro multis, „ut inops hominum genus eripiat de manu fortiorum ejus, & egenum & pauperem a diripientibus eum. Benedictus qui venit in nomine Domini, vinum & oleum ei infusurus, qui „inciderat in latrones, & fuerat despectus. „Benedictus qui venit in nomine Domini, ut „nos ipse per seipsum salvet, quemadmodum „ait Propheta: *Non legatus, neque Angelus, sed* „*Dominus salvabit nos.* *Is.* 43. *v.* 9. Propterea „& ipsi benedicimus tibi Domine, qui cum Patre & Spiritu sancto benedictus es ante sæcula, & in sæcula sæculorum: ante sæcula „quidem & usque modo corpore vacans, nunc „autem & in sæcula cum divina tua & immutabiliter indivisequc assumpta humanitate.

Christus a Prophetis prædictus. 7. „Videamus etiam sequentia: Quid ait „divinus Evangelista? *Cum enim Dominus intrasset in templum, accesserunt ad eum claudi, &*

„*cæci,*

„*cæci, & ſanavit eos. Videntes autem principes*
„*Sacerdotum & ſcribæ mirabilia, quæ fecit, &*
„*pueros clamantes & dicentes: Hoſanna Filio Da-*
„*vid, benedictus qui venit in nomine Domini.*
„*Matth.* 21. *v.* 14. Non tulerunt exhibitum ho-
„norem, eoque accedentes ita dixerunt: *Non*
„*audis, quid iſti dicunt?* quaſi dicerent: non of-
„fenderis, qui velut Deus lauderis? non fers
„moleſte, qui audias ab innocenti ætate, quæ
„Deo ſoli ipſi conveniunt? nonne olim Deus
„prodidit per Prophetam: *Gloriam meam alteri*
„*non dabo. Iſ.* 42. *v.* 8. Et quei *tu, homo cum*
„*ſis, facis te ipſum Deum. Joan.* 10. *v.* 55. Quid
„vero ad hæc ille longanimis? ille multus in
„miſericordia & tardus ad iram? ſuſtinet fu-
„rentes, defenſione iras accenſas cohibet;
„ſcripturas ex adverſo in memoriam revocat,
„affert teſtimonia eorum, quæ aguntur, nec
„renuit interrogare: numquamne & vos di-
„centem me per Prophetam audiſtis; tunc
„ſcietis, quia qui loquebar, ipſe adſum? nec
„vero iterum: *Ex ore infantium, & lactentium*
„*perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas*
„*inimicum & ultorem?* Vos nimirum qui atten-
„ditis legi & Prophetas legitis, meque, qui
„in lege & Prophetis prædicor, aſpernamini.
„Videmini quidem pietatis ſpecie Dei gloriam
„ulciſci, non intelligentes, quia *qui me ſpernit, &*
„*Patrem meum ſpernit. Joan.* 15. *v.* 23. *Ego exivi*
„*a Deo, & veni in mundum. Joan.* 16. meaque
„gloria etiam Patris mei eſt gloria. Sic autem
„convicti ſtulti a Salvatore noſtro Deo deſierunt
„contradicere veritate ora obſtruente, alia vero
„dementi cogitatione adſcita conſilium inierunt

„contra ipsum. Nos porrro psallamus: *Magnus* „*Dominus, & magna virtus ejus, & sapientia ejus* „*non est numerus. Ps.* 145. *v.* 15. Haec enim „omnia facta sunt, ut Agnus ille, & Filius „Dei, qui tollit peccatum mundi sponte pro „nobis ad salutarem passionem accederet, ut- „que velut in foro & venditionis lapide cogno- „sceretur, iique qui emerent, triginta argenteis „eum paciscerentur, qui vivifico sanguine suo „mundum redempturus esset, ac Pascha no- „strum pro nobis Christus hostia fieret, ut qui „ejus pretioso sanguine essent adspersi, ac la- „bia tamquam postes signati exterminatoris „tela effugerent; sicque passus carne Christus, „& triduanus suscitatus pari cum Patre & Spi- „ritu sancto honore & gloria a creatis omni- „bus pariter adoraretur, quia *ipsi flectatur* „*omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum.* „*Philip.* 2. *v.* 10. ipsi submittentes gloriam in „sæcula sæculorum. Amen.

EXCERPTA
EX HOMILIA S. METHODII DE CRUCE ET PASSIONE CHRISTI.

§. I.

Monitum.

Orationibus præmissis a Combefisio editis D. Gallandius in nova sua Patrum Bibliotheca tria fragmenta adjecit ex homilia de cruce Dom. excerpta, uti videtur. „Duo priora ex „manu-

„manuſcripto codice Bibliothecæ Auguſtanæ „in Lucam protulit Jacobus Gretſerus *tom.* 2. „tertium ex eadem Bibliotheca Leo Allatius, „*Diatr. de Method. ſcript.* de horum quidem „fragmentorum auctore Gretſerus dubitat, & „cum eo Aubertus Miræus, ex eo, quod in „his fragmentis mentio fiat vexillorum a Chri„ſtianis Imperatoribus modo poſt S. Methodii „tempora in formam crucis commutatorum. Verum Allatius notat, jam ante Conſtantinum a S. Juſtino, Tertulliano, & Minucio Felice ethnicis objectum fuiſſe, quod & ipſi ſicuti Chriſtiani crucem colant & adorent, colendo ſigna militaria. Sane longe ante Conſtantini ætatem extant nummi excuſi, qui vexilla militaria in crucis ſpeciem efformata continent. Quare etiam Tillemontius *tom.* 5. & Cave in *hiſt. littera.* hæc fragmenta S. Methodio noſtro adſcribunt.

§. II.

Analyſis.

S. Methodii Epiſcopi ad eos, qui dicunt: quid profuit nobis Filius Dei crucifixus? & quare crucis figura pati ſuſtinuit, & non aliquod aliud ſupplicium? & quæ utilitas Crucis?

1. „Verſatus eſt Chriſtus Dei filius ex præcepto Patris cum viſibili creatura, „ut imperiis tyrannorum dæmonum videlicet „everſis eriperet animas ex dira ſervitute, eo- *Quid Chriſti crucifixi profuer*

„quod tota natura propinata velut iniquitate „fascinata tumultus turbarumque plena fuerit, „nec jam in rerum utilium memoriam redire „ullo modo poterat: quapropter etiam ad ido- „la facile trahebatur, quippe cum malum „omnia obruisset, omnesque depastum esset „generationes propter mutationem, quæ car- „neis tabernaculis nostris ex inobedientia pro- „manavit, donec Christus Dominus per car- „nem, in qua vixit & apparuit, repressis vo- „luptatum insultibus, quibus infernæ potesta- „tes adversum nos armatæ mentem in servi- „tutem redigebant, hominem omnibus malis „liberavit. Hujus enim rei gratia & carnem „gessit Dominus Jesus, & homo factus est, & „cruci per divinam dispensationem affixus, ut „per quam carnem dæmones superbe deos „ementiti fuerant, animabus compendiosa „fraude captis, per eam dejecti despectique „essent ut non dii. Prohibuit enim altius ex- „tolli superbiam ipsorum, factus homo, ut „per quod corpus, rationis particeps genus a „veri Dei cultu alienatum perdidit, per idem „ineffabili arte sapientiæ verbo suscepto exi- „tiales hostes arguerentur, non benefactores „animarum.

...ur Chri-...us cruci-...gi volue-...t.

2. „Non enim mirum fuisset Christum dei- „tatis terrore & invictæ potentiæ magnitudine, „adversarias debilitare naturas dæmonum. „Quoniam ergo ea res majorem dolorem & „cruciatum eis allatura erat, vinci enim a „præstantiore maluissent, idcirco per homi- „nem salutem universorum procuravit, ut ho- „mi-

„mines quidem, ubi ita & ipsa veritas corpo„raliter in eos immigrasset, ad formam lu„menque verbi recurrere valerent superatis „peccati illecebris, dæmones vero ab infir„miore contemtoque victi desisterent ab au„dacia & confidentia Typhonica ipsorum flam„ma repressa. Ideo namque maxime intro„ducta est Crux tamquam trophæum contra „iniquitatem erectum & terriculamentum, ut „abhinc iræ obnoxius non esset homo, post„quam cladem ex inobedientia acceptam com„pensasset, infernasque potestates legitime vi„cisset, ac Dei munere ab omni debito fuisset „liberatus. Ita siquidem primogenitum Dei „verbum muniit armis justitiæ hominem, in „quo habitavit, potestatibus, quæ nos in ser„vitutem redegerant, per Crucis figuram, uti „dictum est, superatis; hominemque corru„ptione ceu tyrannide quadam oppressum so„lutis manibus liberavit.

3. „Est enim Crux, si eam definire velis, „victoriæ firmamentum, via, qua Deus ad „hominem descendit, trophæum adversus im„puros spiritus, depulsio mortis, fundamen„tum ascensus ad verum diem, & scala festi„nantium frui luce illa, quæ illic est: ma„china, per quam ii, qui ad Ecclesiæ ædifi„cium adaptati sunt, inferne lapidis quadrati „instar attrahantur sursum adaptandi divino „Verbo. Hinc reges nostri ad dissipandum „omne malum figuram crucis assumendam „censuerunt, & vexilla, ut latino sermone ap„pellantur, confecerunt. Unde mare huic *Crucis* [...] *comium*

„figuræ cedens navigabile se hominibus præ„bet: universa enim, ut ita dicam, creatura „libertatis causa hoc signo insignita est: Nam „& volatilia in altum subvolantia crucis figu„ram expansione alarum adumbrant, itemque „homo expansis manibus eamdem repræsen„tat: unde ea ipsa figura, qua ab origine eum „condiderat ornaveratque, conformatum Do„minus deitati copulavit, ut organum deinceps esset Deo sacrum omnis dissonantiæ & „inconcinnitatis expers: neque enim homo „postquam ad Dei cultum informatus est, & „veritatis incorruptum veluti canticum con„cinnavit, ac per illum pietatis factus est ca„pax ligno vitæ fidium & nervorum instar „applicitus ad dissonantiam & corruptionem „potest redire.

Ejusdem S. Methodii ad eos, quos pudet Crucis Christi.

Crux Christi non erubescenda.

„Existimant nonnulli, etiam Deum, quem ex „suo sensu metiuntur, eadem vel lau„danda vel vituperanda ducere, quæ mali „ignavique homines, non secus acsi opinioni„bus hominum ceu regula & mensura qua„dam uteretur; neque apud se reputant præ „ignorantia, omnem scilicet creaturam Dei „egere pulchritudine. Ipse enim omnia ex „universa substantia naturaque suo ad vitam „trahit verbo: sive enim bonum velit, ipsum „bonum ipse est, & in se manet: sive pulchrum „esse ei libeat, unicum pulchrum ipse cum sit, „seipsum intuetur, nihil faciens, quæ homi-

„ni-

ibus admirationem movent. Pulcherrimum
amque revera & laudabile dicendum est id,
uod ipse Deus pulchrum duxerit, etiamsi
b omnibus contemnatur ac despiciatur; non
ero quod homines pulchrum putant. Unde
ametsi per hancce figuram corruptis affectio-
ibus liberare animas voluit insigni cum de-
ecore dæmonum, approbare oportebat, non
btrectare, quippe quæ liberaverit ac solverit
inculis, quæ ob inobedientiam incurrimus:
assum est enim verbum carne affixum cruci,
t hominem errore deceptum ad cælestis Nu-
ninis divinæque magnitudinis, nec non ad
ivinam quamdam perduceret vitam, qua
rius depulsus fuerat: nam hac figura passio-
es retusæ sunt, passio passionum per passio-
em factus est Christus, & mors mortis per
nortem non subactus a morte, nec victus
olore passionis, neque enim passio ipsum
mnino de statu mentis dejecit, nec mors læ-
t, sed manebat in patibili impatibilis, & in
nortali immortalis & quid aer & medium &
perum erat, comprehendit, & mortale dei-
ati contemperavit immortali. Perfecte victa
st mors carne ad immortalitatis expressio-
em crucifixa.



Ejusdem S. Methodii, quomodo Christus Filius Dei brevi definitoque tempore corpore circumclusus impassibilis existens passioni fuerit obnoxius.

Quomodo Christus passioni obnoxius fuit.

„Cum vero virtus ipsi haec inesset: potentia „enim est, contrahi quidem in parvis & „minimi, dilatari vero in magnis & magni. „Quod cum magnis una extendi esse quidem „ipsi possibile est, ingredienti vero in parvum con„trahi impossibile, virtus equidem [illegible] „erat: virtuti enim si hoc possibile esse dicas, „illud autem impossibile; eamdem virtutem „esse abnegas, tamquam quae infirmata atque [illegible] „imbecillis est circa quae non potest; [illegible] „aliquam divinitatis excellentiam continebit „circa ea, quae immutantur: namque & homi„nes, & reliqua animalia circa ea, in quibus „aliquid possunt operantur; circa ea, in qui„bus non possunt, resoluta viribus nihil agunt. „Propterea hanc ob causam Filius Dei in ho„mine circumclusus est, quod hoc illi impossi„bile non erat. Virtute enim passus est im„passibilis manens, & mortuus est, incorrupti„bilitatem mortalibus donans. Corpus siqui„dem a corpore verberatum aut sectum tan„tumdem verberatur aut secatur, quantum „verberans verberat, & secans secat: secun„dum enim rei subjectae repercussum verberan„ti ictus fit, cum aequalia pati necesse sit, & „agens, & id quod agitur. Siquidem si quod „secatur cum parva habitudine secanti non cor-

„respon-

respónderit, quod secat, secare non poterit; lationi enim ensis si non obstiterit subjectum corpus, sed potius cesserit, omni effectu operatio frustrabitur, ut videre est in corporibus subtilioribus ignis & aeris. Dissolvitur namque in similibus manetque absque effectu solidiorum corporum impetus. Quodsi ignis aut aer, lapis, aut ferrum, aut lignum, aut aliud, quod homines contra sese usurpantes sibi invicem cædem inferunt, vulnerare & dividere non potest, quod subtilioris naturæ sit, quanam ratione non potius invulnerabilis mansit sapientia & impassibilis, nulla in re ab aliquo læsa, licet simul conjuncta esset corpori, quod secabatur, & clavis figebatur, cum præstantior & purior omni natura, unum si excipias illius genitorem Deum, existeret.

Præter hæc Excerpta P. Combefisius onnulla alia attulit fragmenta S. Methodio dscripta, quæ servarunt S. Joannes Damasenus in *Parallelis* & Nicetas *in Catena in Iob* desumpta ex libris ejusdem adversus 'orphyrium. Verum cum auctoritas horum uorum Scriptorum omnino indubitatata non t, fragmentaque ista parum habeant moienti, ea libenter hic omittimus. Taceius etiam Prophetias quasdam latinas de ıntichristo Methodio adscriptas, quæ pro etu adulterino ab omnibus habentur. Deique D. Gallandius *in Biblioth. P. P.* seuens fragmentum ex *Catena Eminent. Card. Mazarini, & Corderiana* Combefisio interprete

prete ex *lib. de Resurrectione S. Methodii* refert.

Jonae historia figura Resurrectionis.

„Magnum continet mysterium Jonae historia. Videtur enim per cetum tempus intelligi, quod numquam consistat, sed semper labatur, longisque ac brevioribus intervallis cuncta consumat. Qui autem Jonas fugit a facie Dei, ipse ille primus homo est, qui mandatum transgressus, ac per peccatum amissa adversus Deum fiducia nudus immortalitate illi se coram sistere refugit. Navis quam conscendens tempestate jactatus est, brevis hæc est ac morosa præsentis temporis vita, tamquam nimirum nostrarum rerum mutato statu, ac qui a felicitate, tutaque illa a periculis vita ad turbulentam hanc ac instabilem veluti a terra in naviculam commigraverimus, quod enim terra ad navim, hoc præsens vita est, si compares cum illa immortali. Tempestas autem ac turbines navim undique conquassantes tentationes sunt, quæ in hoc mundo tamquam in turbulento mari rectum nos vitæ cursum faciles tenere, tranquilloque a malis cum æquore tum cœlo gaudere non sinunt. Jonæ in mare præcipitatio protoplasti a vita in mortem lapsum designat, qui idcirco, quia peccando a justitia deflexit, illam excepit sententiam: *terra es, & in terram reverteris.* Ipsius autem a ceto absorptio significat inevitabilem illam nostri, quæ a tempore fit, demolitionem ac interitum: venter enim, quo absorptus Jonas absconsus est, terræ est omnium susceptor „sinus,

ſinus, quo condantur, quæcunque edax tempus conſumit. Quemadmodum igitur Jonas in ventre ceti tres dies ac totidem noctes commoratus, rurſus ſanus inde ac integer evaſit, ſic & omnes, ubi tria ævi præſentis intervalla, principium ſcilicet, medium, ac finem, quibus præſens hoc ſæculum omne conſtat, ſub terra egerimus, reſurgemus. In univerſum enim tria ſunt temporis intervalla, præteritum, futurum, & præſens, propter quod & Dominus totidem dies in terra commoratus hoc nos ſymbolo „& figura manifeſte docuit, poſt exacta hæc „temporis ſpatia noſtram fore reſurrectionem, „quæ futuri ſæculi initium, hujus finis exi„ſtat. In ſæculo enim illo neque præteriit „aliquid neque futurum eſt, ſed præſens dun„taxat conſiſtit. Jonas inſuper in ventre ceti „non eſt corruptus, ad declarandum, fieri „poſſe, ut & noſtra hæc corpora ſuperiora „evadant, quam ut umquam intereant. Co„gita enim, Deum diverſas ſui habere imagi„nes, alias quæ ex puriori & ſpiritali ſubſtan„tia conſiſtant, uti Angelos, alios ex gypſo „quaſi, vel materiales, uti homines, animam „enim ad Dei imaginem conditam terrenæ „ſubſtantiæ copulavit. Sicut igitur hic regis „omnes imagines honorem habent, ita mini„me putandum eſt, nos qui Dei imago ſimus „usque adeo inhonorandos eſſe, ut penitus „ſimus abolendi. Quocirca etiam deſcendit „verbum in noſtrum hunc orbem, ac huma„nam carnem aſſumſit, ut divinius imaginem „componens tamquam tempore diſſolutam ex-

„tra

U. I. O. G. D.



INDEX
RERUM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMUS.

NOTA. Ziffra communis vel sola, vel prima Paginam, secunda *Sectionem* indicat.

A.

Anti-

Aste-

Rex

D.

opus

Hono-

L.

Li-

R.

V. U.

Votum

ERRATA

ERRATA
TOMI SEXTI.

Lin.	*Errata.*	*corrige:*
13.	ſcisma	ſchisma,
30.	Epietetum	Epictetum
7.	baptismata	baptisma
28.	plrimum	plurimum
15.	poſſet	poſſe
25.	debiliter	debilitet
4.	ptocedit	procedit
1.	lætalis	lethalis
24.	pectori	pectore
4.	ne	nec
3.	ſua	*omittatur.*
23.	anima	animæ
19.	malui	molui
24.	Didorus	Diodorus
21.	cervices	cervice
21.	ſigns	ſignis
13.	Eerogetur	Erogetur
32.	ſegnias	ſegnius
31.	quadraginta	*ſemel omittatur.*
24.	Quis eſt	qui eſt
28.	pefectionem	perfectionem
20.	quad	quod
10.	hunc	hinc
3.	magaritas	margaritas
1.	Scerdotium	Sacerdotium
9.	qui	quia.



